ILLUSTRISSIMI CARDINALIS TUSCHI SELECTA DE IURE STATUUMIN IMPERIO ROMANO: SIUE DE...

Domenico Toschi, Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
26 B
48

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-8.B.17

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMI

CARDINALIS TVSCHI

SELECTA

DE IVRE STATVVM IN IMPERIO ROMANO:

SIVE

DE REGVM, ET PRINCIPVM, TAM ECCLESIASTICORVM QVAM SECVLARIVM, nec non Comitum ac Ciuitatum priuilegijs, iuribus & conſuetudinibus.

EX EIVSDEM CONCLVSIONIBVS PRACTICIS excerpta, & in quatuor partes diſtincta; quarum prima continet Status Germanicos, altera Gallicos, tertia Italicos, quarta cæteros in Europa Reges.

Francofurti ad Mœnum, typis hæredum IOANNIS BRINGERI, Sumptibus RVLANDIORVM.

ANNO 1620.

Digitized by Google

Digitized by Google

PARS I.

DE IVRE STATVVM GERMANICI *Imperij, quà Eccleſiaſticorum, quà Laicorum.*

STATVS ECCLESIASTICI.

MEMBRVM I.

AQVILEGIENSIS PATRIARCHA, ET EIVS *ſtatuta, priuilegia, & conſuetudines.*

1. Ciuitas Aquilegienſis eſt Patriarchalis, habens dominium temporale in patria Fori Iulij.

2. Et conſtituebat officialem Marchionem in Hiſtria, quæ erat de temporali iuriſdione Patriarchæ, vt per Cardinal. Zabarell. *conſ.* 83. in caſu ibi poſito, & per totum conſilium, vbi Anton. Caraffa de Neapoli fuit conſtitutus Marchio, & poſteà ſe rebellauit occupando Caſtrum, & ciuitas Iuſtinopolis erat de iuriſdictione Patriarchæ temporali, vt ibi.

3. Iuriſdictionem habet temporalem, & Ciuitas Tergeſtina, & multæ terræ in Patria Flori Iulij ſunt de temporali iuriſdictione Eccleſiæ Aquilegienſis. Cardinal. Zabarell. *conſ.* 72. in caſu, qui ibi ponitur ante conſilium.

4. Recognoſcit reſpectu temporalium, Papam in ſuperiorem, vt dicit Zabar. *conſ.* 83 *in fin.* quod eſt Collegij Paduani, vbi, quod de conſuetudine Fori Iulij ſit iuſtitia contra ipſum in Parlamentis.

5. Contrarium, & male, dicit Caſtrenſ. *conſ.* 125. *dubitatur, in princ. lib.* 2.

 quem

quem ſequitur Iaſ.*conſ.*123.*lib.*1.& quod dicat malè, videatur idem Caſtr. *conſ.*155.*in cauſa, quæ vertitur, n.*2.*lib.*2. vbi, quod eſt de temporali iuriſdictione Eccleſiæ, & quod in ea ſeruatur Ius Canonicum.

6. Caſtrum S Danielis eſt de iuriſdictione Patriarchæ Aquilegienſis. Caſtr.*conſ.*155.*in pr* & per totum, *lib* 2.

7. Caſtrum Zopolæ eſt de iuriſdictione Eccleſiæ Aquilegienſis in temporalibus. Zabarel.*conſ.* 148. *Nobiles viri.*

8. Caſtrum Petræ piloſæ eſt de iuriſdictione dictæ Eccleſiæ temporali, quod fuit occupatum, poſtea reſtitutum per Anton. Catraſſam de Neapoli Officialem Patriarchæ. Zabarel. *dict. conſ.* 83. in themate præcedenti, vbi ponitur ſeries facti.

9. Caſtrum Sauorgnani penes Vtinam cepit Patriarcha, & ſpoliauit Comites omnibus munitionibus, qui fuerunt reſtituti: Zabarel. *conſ.* 134. per totum.

10. Prætendebat Patriarcha Aquilegienſis ſuperioritatem, videlicet cauſas appellationis, etiam reſpectu temporalium in Epiſcopatu Cenetenſi, quia Epiſcopus habet iuriſdictionem temporalem, ſed Iaſ.*conſ.*123.*li.* 1. conſuluit, & malè, quod imo ſuperioritas ſpectat ad dominium Venetorum, quia iuriſdictio temporalis fuit ab Imperio conceſſa.

11. Sed in facto dicas, quod non ſpectat ad dominium Venetorum, neque ad Patriarcham, ſed ad Papam ſpectat, ex quo ſicuti Patriarcha ſubijcitur Papæ, reſpectu temporalis iuriſdictionis, vt per Card. Zabarel *d. conſ.* 83.*in fi.* ita etiam Epiſcopis Cenetenſis, & maxime quia ex conuentione inter commune Cenetæ, & Epiſcopum Cenetenſem de anno 1429. dicitur quod ſpectat appellatio Vicarij Cenetenſis ad Epiſcopum, quia antiquitus non appellabatur niſi ad Epiſcopum: & hæc conuentio eſt facta coram deputatis à Republica die 19. Nouemb. in palatio S. Marci, rogatis duobus Notarijs.

12. Vide Caſtr. obiter dicentem, quod temporalis iuriſdictio Patriarchatus Aquilegienſis prouenit ex donatione Principum, & quod valet legitimatio Imperialis in terris Patriarchatus, quia Principes donantes non cenſentur abdicaſſe à ſe omnem iuriſdictionem, prout abdicatur quando fit donatio Eccleſiæ Romanæ: Caſtr. ita *conſ.*343.*circa* 1.*in pr lib.*2.

13. Contrarium, quia quando Imperator donauit Patriarchæ, nihil ſibi reſeruauit, & ead. libertas eſt, ſi donatur Eccleſiæ inferiori, ſicut ſi donatur Eccleſiæ Romanæ, ſentit, de communi opinione atteſtans Iac. Mand. *conſ.*52.*n.*14.*& ſeq.* & magis communem dicit Couar. *Pract.q c.*4.*n.*2.

14. Pa-

Digitized by Google

14. Patriarcha Aquilegienſis de anno 1445. ex tranſactione tranſtulit omnem iuriſdictionem, quam habebat in plurib. ciuitatibus, in dominium Venetorum, exceptis tribus, vt dicit Iaſ. *conſ.* 123 *col.* 1. *in fi. lib.* 1.

15. Schiſmatica fuit, vt *in c. quia diligentia, de election.* ideo non eſt mirum, ſi propter peccata veniunt aduerſa: Nam *propter iniuſtitias humiliantur Regna, & Principatus*, vt dicit Pſalmiſta.

16. Patriarcha Aquilegienſis fuit Antonius Caietanus poſtea translatus: Zabarell. *conſ.* 134.

17. Delictum Prælati non debet nocere Eccleſiæ: Bald. in terminis de Eccleſia Aquilegienſi loquens *d. c. quia diligentia, de electio.*

18. Epiſcopus Gurgenſis erat æmulus Patriarchæ Aquilegienſis: Zabarell. *d. conſ.* 83. in caſu, quem ibi præmittit.

19. Conſtitutio Aquilegienſis, quod non poſſit purgari mora, non valet tanquam contra Canones, vel ſaltem non ligat minores, ex quo de eis non facit mentionem: Zabarell. *conſ.* 148. *in princip o.*

MEMBRVM II.

FRATRES ORDINIS CRVCIFERORVM, & eorum priuilegia.

1. FRatres Ordinis Cruciferorum, & eorum Hoſpitale, & Generalis, ſubſunt immediate Papæ, & non habent dominium rerum acquiſitarum, ſed dominium eſt penes Papam; ideo ſine licentia Papæ non poſſunt compromittere: Gemin. *conſilio* 96. *numer.* 2. *&* 3. *verſ. & idem pater.*

2. Acquiſiuerunt multa territoria Samagitarum ex conceſſionibus Papæ & Imperatoris, qui illis conceſſerunt ius occupandi bona infidelium; ideo ſuper acquiſitis inter eos & Ducem Vultoldi fuit controuerſia, & factum compromiſſum in Regem Romanorum, vt per Gemin qui conſuluit ſuper nullitate laudi, *conſ* 96. *per tot.*

3. Non poſſunt habere bona, niſi quatenus per ſedem Apoſtolicam eis permittitur, quia ſunt aſtricti particulari voto paupertatis & obedientiæ: Gemin. *dict. conſilio nonageſimo ſexto. in fin. verſicul. tamen tenendo opinionem.*

4. Imo in bonis allodialibus ſuccedunt: Bal. *conſ.* 170. *Ad euidentiam, nu.* 2. *verſ. in allodialibus autem, lib.* 2.

5. Regulares ſunt, tamen militant Deo in armata militia contra infideles. Bald. *conſi.* 170. *numero* 2. *verſic. ſecundo præmittendum*, vbi quod ſucce-

Digitized by Google

dunt in fœudo, & ſunt capaces, niſi fœudum requirat ſeruitium, quod ab eis præſtari non poſſet, & late diſputat vtramque partem, *lib.* 2.

MEMBRVM III.

PRAGENSIS ARCHIEPISCOPVS, EIVS *ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia.*

ARchiepiſcopus Pragenſis eſt Legatus natus, & habet iuriſdictionem in exemptos, ſed tamen non habet iuriſdictionem in Monachos Ordinis Ciſtertienſis: Bald. *conſ.* 337. *Archiepiſcop. Pragenſ. lib.* 4. & eſt Praga ciuitas in Bohæmia.

MEMBRVM IV.

VERDENSIS EPISCOPVS, ET ECCLESIA, *eius ſtatuta, & priuilegia.*

1. ECcleſia Verdenſis ſubſtinuit guerram ſibi motam ab Epiſcopo ſuo translato ad Eccleſiam Bremenſem, contra quem Anchar. latiſſime conſuluit *conſ.* 158. *Ex n rratis*, vbi quod debet degradari, & vltimo ſupplicio damnari, tanquam fur, prædator publicus, & qui multas ſtrages procurauit, & homicidia bellica.

2. Concludit etiam Eccleſiam Bremenſem deliquiſſe patiendo ſuum Præſulem iſta facere, ex quo potuit reſiſtere; tandem concludit ſaltem in eo, in quo eſt facta locupletior, quod teneatur, quia Epiſcopus translatus redemit caſtra Eccleſiæ Bremenſis ex iis, quæ lucratus eſt in bello.

3. Caſtrum Rodombur Eccleſiæ Verdenſis reduxit iſte malus Epiſcopus ſub iuriſdictione Ducis fratris ſui, de conſenſu Capituli: vnde conſuluit, Capitulum & Clerum incurriſſe pœnam.

MEM-

Digitized by Google

MEMBRVM V.

TRIDENTINVS EPISCOPVS, EIVS ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia.

1. CIuitas Tridentina Comitem habebat Dominũ Tridenti, vt per Angel. *conſ.* 230. *Caſus eſt*, vbi nominat Comitem Tridentinum, & Epiſcopum Tridentinum, tanquam diuerſos.

2. Dux Auſtriæ fuit Dominus Tridenti, & Dux Burgundiæ occupauit multa caſtra in bello contra Ducem Auſtriæ, quæ erant de territorio Tridenti. Tandem facta pace inter iſtos Duces, compromiſerunt in Epiſcopum Tridentinum, qui laudauit ad fauorem Ducis Auſtriæ, vt per Abb. *conſ.* 62. *In controuerſia, per totum, l. b.* 2.

3. Caſtra quatuordecim in territorio Tridenti alias occupauit Dux Burgundiæ contra Ducem Auſtriæ, & facta pace, & capitulis prætendebat illa ad ſe ſpectare ex laudo Epiſcopi Tridentini, in quem fuerat comptomiſſum, ſed Abb. *conſ* 62. *In controuerſia, in prin l. b.* 2, conſuluit pro Duce Auſtriæ, quod ad eum ſpectent.

4. Sub iſtis caſtris prætendebantur centum & viginti duæ villæ de eodem territorio Tridentino pro parte Ducis Burgundiæ: Abb. conſuluit contrarium *d. conſilio* 61. *colu. n.* 4. *numero octauo. verſ. ſecundo prin ipaliter, libro ſecundo*, vbi, quod ex quo caſtra ſunt de territorio Tridenti ſubiecta ciuitati non poſſunt habere ſub ſe villas, quia licet fuerint villæ deputatæ caſtris tempore belli, tamen fuit per accidens, & accidentalia non mutant naturam rei.

5. Guerram habuit & hoſtilitatem Eccleſia Tridentina, & fuit expulſus Epiſcopus, & tempore expulſionis Abbas S. Laurentij extra muros Tridenti fuit per 40. annos Vicarius Epiſcopi: Caſtr. *conſ.* 116. *n.* 2. *verſ. quarto quia, lib.* 2.

6. Præpoſitus non eſt de corpore Capituli, ideo neque ligatur ſtatutis Capituli: Caſtr. *conſ.* 116. *in fi. lib.* 2.

7. Caſtrum Ripæ eſt in temporalibus de iuriſdictione Epiſcopi Tridentini, & conſequenter de iuriſdictione Papæ; ideo Imperator nihil poteſt ſtatuere, vel etiam in præiudicium teſtatoris ciuem dicti loci facere: Fulgoſ. *conſ.* 61. *per tot.* maxime in fin.

8. Conſuetudo Eccleſiæ Tridentinæ, quod Decanus quando eſt Canonicus

Digitized by Google

nonicus habeat duplicatas diſtributiones tanquam Decanus & Canonicus, ſuper quo Bald.*conſilio* 344.*libr.* 5. quod eſt cum caſu extenſo inter conſilia Zabarellæ 53. & illud ſubſcripſit Cardin. Zabarella.

9. Conſtitutio Synodalis eſt Tridenti, quod confeſſio facta ad fauorem vſurarii de ducentis intelligatur ſolutum eſſe de centum, & ſic de dimidia ad tollendas fraudes vſurariorum, ſed non habet locum, quando in inſtrumento notarius atteſtatur de vera numeratione facta in ſui & teſtium præſentia, quia licet vſurarii ſoleant pro vſuris facere fraudes, tamen quandoque etiam faciunt contractus licitos, plene Caſtr. *conſ.* 114. *In cauſa qua vertitur, lib.* 2 *per totum.*

10. Capitulum Tridentinum habet annexam Eccleſiam S. Mariæ Maioris de Tridento, quæ Eccleſia habet ſuas decimas, & licet dicta Eccleſia vnita, & Capitulum iam centum annis elapſis habuerit ſententiam in fauorem contra Abbatem S. Laurentij extra muros Tridenti, tamen quia Abbas, qui poſtea eſt effectus Præpoſitus Capituli, prætendebat præſcripſiſſe, quia per 40. annos & vltra non ſoluit, conſuluit Caſtren. *conſil.* 116. *In quæſtione, lib.* 2. quod non potuit præſcribere, quia erat malæ fidei, & quia expulſo Epiſcopo fuit Abbas Vicarius, & non potuit eſſe iudex & pars.

11. Fructus primi anni vacationis beneficiorum percipit Capitulum & Eccleſia Tridentina, & per perceptionem, quam facit Papa ex reſeruatione Ioannis XXII. fructus primi anni ſoluti Papæ non priuant Eccleſiam Tridentinam, cui ſoluuntur fructus ſecundi anni, ex quo non potuit habere fructus primi anni: Caſtren. *dict. conſilio* 116. *numero tertio libro* 2.

12. Statutum eſt Tridenti, quod ſuſpectus de fuga forenſis poſſit capi, & talis cauſa poſſit cognoſci non obſtantibus quibuſcunque feriis etiam ſolemnibus; quod ſtatutum valet, & poteſt captura fieri, & cognitio adhiberi etiam in die Dominico, & feriato in honorem Dei: Bald. *conſ.* 166. *Statuto ciuitatis, lib.* 5. *per totum.*

13. Statutum Tridenti circa ſucceſſionem diſponit, quod ſtante maſculo non poſſit filia fœmina aliquid petere, ſed ſit contenta illa quantitate, quam pater reliquerit pro dote: Abb. *conſilio nonageſimo ſecundo. Illud indubitati*, per totum, *libro ſecundo.* vbi, quod talis dos ſuccedit loco legitimæ; ideo filia poteſt ſtatim petere, & ſi moritur ante nuptias, tranſmittit ad hæredes. Mouetur primo, quia non poteſt ſtatutum in totum tollere legitimam; ſecundo, quia ſuccedit

dos

doſ loco legitimæ, quando ſtatutum non prouidet de alimentis; tertio, quia videtur excludere non perpetuo, ſed extante maſculo.

MEMBRVM VI.

TERGESTINVS EPISCOPVS, STATVTA, conſuetudines, & priuilegia eius.

1. TErgeſtina ciuitas eſt de iuriſdictione Aquilegienſis Eccleſiæ in patria Forijulij, vt dicit Card. Zab. *conſ* 72. in caſu qui ibi ponitur.

2. Monaſterium S. Georgij eſt in diœceſi Caſtellana, ſed habet Eccleſiam vnitam SS. Martyrum in diœceſi Tergeſtina, pro qua tenetur Monaſterium ſoluere procurationem Epiſcopo & Capitulo Tergeſtino: ita conſuluit Anchar. *conſ.* 248. *Ad prædicta dubia*, *num.* 13. *verſ. ſuper ſecundo*, vbi quod ita pronunſiauerunt antiqui Patres, Riccard. Malumbra, & Guido de Ferrariis, quorum reuerentia & ipſe mouetur ad conſulendum pro hac parte, *n.* 15. *& ſeq.*

3. Statutum, quod omnes coniugati ſub patria poteſtate exiſtentes cẽſeantur emancipati, ideo poſſunt teſtari: Anch. *conſ.* 213. *Quæſtio talis. in prin.*

4. Legare poteſt mulier forenſis non habens filios dotes ſuas, cuicunque: ergo à contrario ſenſu non poteſt, ſi habet filios: Anchar. *conſ.* 213. *nu.* 3. *verſ. item in* § *præterea.*

5. Bona immobilia non poſſunt legari forenſibus: Anch. *conſ.* 213. *n.* 2. *verſ. ſed impugnatur.*

6. Statutum eſt in ciuitate Tergeſtina ſub rubrica, *de violantibus mulierem*, in quo diſponitur, quod tenens mulierem ciuem, vel habitatricem in ciuitate Tergeſtina, vel diſtrictu, puniatur in libris ducentum: ſuper quo Bald. *conſ.* 199. *Tria reperiuntur*, *lib.* 2. vbi, quod non habet locum contra tenentem mulierem extra diſtrictum, non obſtante, quod huiuſmodi ſtatutum ſit repetitum, & loquatur ſimpliciter.

7. Item, quod mariti de Tergeſto ſtantes in matrimonio ſint vſufructuarij bonorum mulierum tam datorum in dotib. quam acquiſitorum, & mortuis maritis ipſarum mulierum omnia bona ipſarum mulierum in continenti deuenire debeant in mulieribus prædictis: Bald. *conſ.* 234. *Statuto cauetur*, *lib.* 2. vbi, quod non habet locum in repetitione dotis conſiſtentis in pecunia, quia hæredes mariti habent annum.

B 8. Item,

Digitized by Google

bet locum, vt poſſit tollere pater legitimam, vel ſupplementum legitimæ, quia de illis non fit mentio, prout requiritur, eſt ſtatutum correctorium, recipit interpretationem paſſiuam à iure communi; ergo filius petet legitimam, & ſupplementum: Angel. Areti. *conſilio* 79. *In ſupradicta conſultatione*, per totum, vbi pro vtraque, hanc tuetur, & tollit contraria.

22. Circa criminalia, quod iudex non poſſit in ſententia facere aliquam reſeruationem, ſed ſimpliciter teneatur ſententiare ſub pœna, quia non locum, qnando qualitas non probatur, vt quia inquiſitio vel accuſatio eſt de delicto certo loco commiſſo, quia ſi probatio fiat de alio loco, poteſt abſoluere, reſeruato iure inquirendi de delicto alio loco probato, quia hæc reſeruatio tacite ineſt, & eſt iuri conformis; ideo ſtatutum non loquitur de hac reſeruatione, ſed de malitioſa vel cauilloſa: Anchar. *conſ.* 147. *Super alia querela.*

STATVS LAICI

MEMBRVM VII.

DVX AVSTRIAE, ET EIVS FActa, & priuilegia.

1. HAbuit guerram cum Duce Burgundiæ, qui Dux Burgundiæ in bello occupauit multa loca inter territorio Tridentino, tandem facta pace, & compromiſſo in Epiſcopum Tridentinum, latoq; laudo, conſuluit Abb. *conſ.* 62. *In controuerſia*, per totum, *lib.* 2. quod 14. caſtra occupata debebant reſtitui Duci Auſtriæ.

2. Et occaſione huius pacis Dux Auſtriæ donauit Duci Burgundiæ ciuitatem Agrigentinam cum ſuo territorio, & pertinentiis omnibus, vt per Abb. *d. conſ.* 62. *col.* 6. *verſ. ſecundo facit, lib.* 2. vbi conſuluit, quod non debet conſequi Dux Burgundiæ caſtra, quæ erant dictæ ciuitatis, & fuerunt diſmembrata, & ſtant per ſe.

3. Portus prope Tritium non ſpectat ad ciuitatem Agrigentinam, quæ eſt Ducis Burgundiæ, ſed ad terram Tritij, quæ eſt Ducis Auſtriæ, quia ab immemorabili præſcriptus fuit: Abb. *conſ.* 62. *col. pen. num.* 18. *per totum, verſ. quintum dubium, lib.* 2.

4. Portus

4. Portus prope Soncinum pariter eſt Ducis Auſtriæ, non autem ciuitatis Agrigentinæ: Abb. *dict. conſ. 62. columm. final. verſic. & eiſdem rationibus, lib. 2.*

5. Habuit etiam guerram cum Marchione Montisferrati, & fuit Dux Bauariæ, qui mouit Ducem Auſtriæ ad mouendum bellum cum Marchione, & poſtea ambo ſimul occuparunt multa caſtra fœudalia, ſuper quorum reſtitutione conſuluit Franc. Aretin. *conſil.* 14. *viſo & diligenter, per tot.* maxime *num.* 15. *& ſequen.* vbi quod tam ope exceptionis, quam per viam actionis poteſt recuperare, quia nulla erunt omnia, & in *d. conſ. in 2. dub.* dicit, quod compromiſſum factum in Ducemmet Bauariæ, & Auſtriæ non valet. quia eſt doloſum, & bellum non eſt iuſtum inter vaſallos Imperij, & tradita per viam pacis poſſunt recuperari, quia per metum ſunt tradita. Vide Gozadi. *conſ. 9. n. 15.* vbi quod iſta ſunt nomina ſuppoſita ab Aretin. *d. conſ* 14. non autem vera.

MEMBRVM VIII.

DVX BAVARIÆ, ET EIVS facta, & priuilegia.

1. FVit colligatus cum Duce Auſtriæ, quem ipſe Bauariæ Dux mouit ad bellum contra Marchionem Montisferrati, & in bello abſtulerunt multa caſtra, quæ ipſe Marchio dimiſit per compromiſſum factum in Ducemmet Bauariæ, vt pax fieret, dum filius primogenitus Marchionis eſſet captiuus Ducis Bauariæ, conſuluit Franc. Aretin. *conſi* 14. *V'i,o, & diligenter*, per totum, quod Marchionis filius via iuris omnia debet recuperare, tanquam per metum facta, & quia bellum eſt illicitum inter fœudatarios Imperij, & bona non fiunt capientium.

2. Dicas, quod Aretin. *d ct. conſ.* 14. ſuppoſuit nomina aliorum Ducum ſupradictorum, tacito nomine Ducis Sabaudiæ, contra quem conſulebat pro Duce Mantuę, vt dicit Gozadi. *conſ. 9. nu.* 15. Ideo hic nomina reportata ſunt vera.

BAVARI IMPERATORIS geſta damnantur.

1. BAVARVS fuit perſequutor Eccleſiæ Romanæ, & ideo licet eſſet Imperator, & Rex Romanorum, tamen eius geſta de iure non va-

 lent,

Digitized by Google

PARS I.

DE IVRE STATVVM GERMANICI *Imperij, quà Eccleſiaſticorum, quà Laicorum.*

STATVS ECCLESIASTICI.

MEMBRVM I.

AQVILEGIENSIS PATRIARCHA, ET EIVS *ſtatuta, priuilegia, & conſuetudines.*

1. Ciuitas Aquilegienſis eſt Patriarchalis, habens dominium temporale in patria Fori Iulij.

2. Et conſtituebat officialem Marchionem in Hiſtria, quæ erat de temporali iuriſdione Patriarchæ, vt per Cardinal. Zabarell. *conſ.* 83. in caſu ibi poſito, & per totum conſilium, vbi Anton. Caraffa de Neapoli fuit conſtitutus Marchio, & poſteà ſe rebellauit occupando Caſtrum, & ciuitas Iuſtinopolis erat de iuriſdictione Patriarchæ temporali, vt ibi.

3. Iuriſdictionem habet temporalem, & Ciuitas Tergeſtina, & multæ terræ in Patria Flori Iulij ſunt de temporali iuriſdictione Eccleſiæ Aquilegienſis. Cardinal. Zabarell. *conſ.* 72. in caſu, qui ibi ponitur ante conſilium.

4. Recognoſcit reſpectu temporalium, Papam in ſuperiorem, vt dicit Zabar. *conſ.* 83 *in fin.* quod eſt Collegij Paduani, vbi, quod de conſuetudine Fori Iulij ſit iuſtitia contra ipſum in Parlamentis.

5. Contrarium, & male, dicit Caſtrenſ. *conſ.* 125. *dubitatur, in princ. lib.* 2.

quem ſequitur Iaſ.*conſ.*123.*lib.*1.& quod dicat malè,videatur idem Caſtr. *conſ.*155.*in cauſa,quæ vertitur,n.*2.*lib.*2.vbi,quod eſt de temporali iuriſdictione Eccleſiæ,& quod in ea ſeruatur Ius Canonicum.

6. Caſtrum S. Danielis eſt de iuriſdictione Patriarchæ Aquilegienſis. Caſtr.*conſ.*155.*in pr* &per totum,*lib* 2.

7. Caſtrum Zopolæ eſt de iuriſdictione Eccleſiæ Aquilegienſis in temporalibus.Zabarel.*conſ.*148.*Nobiles viri.*

8. Caſtrum Petræ piloſæ eſt de iuriſdictione dictæ Eccleſiæ temporali, quod fuit occupatum,poſtea reſtitutum per Anton.Catraſſam de Neapoli Officialem Patriarchæ. Zabarel.*dict. conſ.*83.in themate præcedenti,vbi ponitur ſeries facti.

9. Caſtrum Sauorgnani penes Vtinam cepit Patriarcha, & ſpoliauit Comites omnibus munitionibus,qui fuerunt reſtituti: Zabarel.*conſ.*134. per totum.

10. Prætendebat Patriarcha Aquilegienſis ſuperioritatem, videlicet cauſas appellationis, etiam reſpectu temporalium in Epiſcopatu Cenetenſi,quia Epiſcopus habet iuriſdictionem temporalem, ſed Iaſ.*conſ.*123.*li.* 1. conſuluit,& malè,quod imò ſuperioritas ſpectat ad dominium Venetorum,quia iuriſdictio temporalis fuit ab Imperio conceſſa.

11. Sed in facto dicas, quod non ſpectat ad dominium Venetorum, neque ad Patriarcham, ſed ad Papam ſpectat, ex quo ſicuti Patriarcha ſubijcitur Papæ,reſpectu temporalis iuriſdictionis,vt per Card.Zabarel *d. conſ.*83.*in fi.*:ita etiam Epiſcopis Cenetenſis, & maxime quia ex conuentione inter commune Cenetæ, & Epiſcopum Cenetenſem de anno 1429. dicitur quod ſpectat appellatio Vicarij Cenetenſis ad Epiſcopum, quia antiquitus non appellabatur niſi ad Epiſcopum: & hæc conuentio eſt facta coram deputatis à Republica die 19.Nouemb. in palatio S.Marci,rogatis duobus Notarijs.

12. Vide Caſtr.obiter dicentem, quod temporalis iuriſdictio Patriarchatus Aquilegienſis prouenit ex donatione Principum, & quod valet legitimatio Imperialis in terris Patriarchatus, quia Principes donantes non cenſentur abdicaſſe à ſe omnem iuriſdictionem, prout abdicatur quando fit donatio Eccleſiæ Romanæ:Caſtr.ita *conſ.*343.*circa* 1.*in pr lib.*2.

13. Contrarium,quia quando Imperator donauit Patriarchæ,nihil ſibi reſeruauit,& ead.libertas eſt, ſi donatur Eccleſiæ inferiori,ſicut ſi donatur Eccleſiæ Romanæ,ſentit, de communi opinione atteſtans Iac. Mand. *conſ.*52.*n.*14.*& ſeq.*& magis communem dicit Couar. *Pract.q* c.4.*n.*2.

14. Pa-

Digitized by Google

14. Patriarcha Aquilegienſis de anno 1445. ex tranſactione tranſtulit omnem iuriſdictionem, quam habebat in plurib. ciuitatibus, in dominium Venetorum, exceptis tribus, vt dicit Iaſ. *conſ.* 123 *col.* 1. *in fi. lib.* 1.

15. Schiſmatica fuit, vt *in c. quia diligentia, de election.* ideo non eſt mirum, ſi propter peccata veniunt aduerſa: Nam *propter iniuſtitias humiliantur Regna, & Principatus*, vt dicit Pſalmiſta.

16. Patriarcha Aquilegienſis fuit Antonius Caietanus poſtea translatus: Zabarell. *conſ.* 134.

17. Delictum Prælati non debet nocere Eccleſiæ: Bald. in terminis de Eccleſia Aquilegienſi loquens *d. c. quia diligent a. de electio.*

18. Epiſcopus Gurgenſis erat æmulus Patriarchæ Aquilegienſis: Zabarell. *d. conſ.* 83. in caſu, quem ibi præmittit.

19. Conſtitutio Aquilegienſis, quod non poſſit purgari mora, non valet tanquam contra Canones, vel ſaltem non ligat minores, ex quo de eis non facit mentionem: Zabarell. *conſ.* 148. *in princip o.*

MEMBRVM II.

FRATRES ORDINIS CRVCIFERORVM, & eorum priuilegia.

1. FRatres Ordinis Cruciferorum, & eorum Hoſpitale, & Generalis, ſubſunt immediate Papæ, & non habent dominium rerum acquiſitarum, ſed dominium eſt penes Papam; ideo ſine licentia Papæ non poſſunt compromittere: Gemin. *conſilio* 96. *numer.* 2. & 3. *verſ. & idem patet.*

2. Acquiſiuerunt multa territoria Samagitarum ex conceſſionibus Papæ & Imperatoris, qui illis conceſſerunt ius occupandi bona infidelium; ideo ſuper acquiſitis inter eos & Ducem Vultoldi fuit controuerſia, & factum compromiſſum in Regem Romanorum, vt per Gemin qui conſuluit ſuper nullitate laudi, *conſ* 96. *per tot.*

3. Non poſſunt habere bona, niſi quatenus per ſedem Apoſtolicam eis permittitur, quia ſunt aſtricti particulari voto paupertatis & obedientiæ: Gemin. *dict. conſilio nonageſimo ſexto. in fin. verſicul. tamen tenendo opinionem.*

4. Imo in bonis allodialibus ſuccedunt: Bal. *conſ.* 170. *Ad euidentiam, nu.* 2. *verſ. in allodialibus autem, lib.* 2.

5. Regulares ſunt, tamen militant Deo in armata militia contra infideles. Bald. *conſi.* 170. *numero* 2. *verſic. ſecundo præmittendum*, vbi quod ſucce-

Digitized by Google

dunt in fœudo, & ſunt capaces, niſi fœudum requirat ſeruitium, quod ab eis præſtari non poſſet, & late diſputat vtramque partem, *lib.* 2.

MEMBRVM III.

PRAGENSIS ARCHIEPISCOPVS, EIVS ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia.

ARchiepiſcopus Pragenſis eſt Legatus natus, & habet iuriſdictionem in exemptos, ſed tamen non habet iuriſdictionem in Monachos Ordinis Ciſtertienſis: Bald. *conſ.* 337. *Archiepiſcop. Pragenſ. lib.* 4. & eſt Praga ciuitas in Bohæmia.

MEMBRVM IV.

VERDENSIS EPISCOPVS, ET ECCLESIA, eius ſtatuta, & priuilegia.

1. ECcleſia Verdenſis ſubſtinuit guerram ſibi motam ab Epiſcopo ſuo translato ad Eccleſiam Bremenſem, contra quem Anchar. latiſſime conſuluit *conſ.* 158. *Ex n rratis*, vbi quod debet degradari, & vltimo ſupplicio damnari, tanquam fur, prædator publicus, & qui multas ſtrages procurauit, & homicidia bellica.

2. Concludit etiam Eccleſiam Bremenſem deliquiſſe patiendo ſuum Præſulem iſta facere, ex quo potuit reſiſtere; tandem concludit ſaltem in eo, in quo eſt facta locupletior, quod teneatur, quia Epiſcopus translatus redemit caſtra Eccleſiæ Bremenſis ex iis, quæ lucratus eſt in bello.

3. Caſtrum Rodombur Eccleſiæ Verdenſis reduxit iſte malus Epiſcopus ſub iuriſdictione Ducis fratris ſui, de conſenſu Capituli: vnde conſuluit, Capitulum & Clerum incurriſſe pœnam.

MEM-

Digitized by Google

MEMBRVM V.

TRIDENTINVS EPISCOPVS, EIVS ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia.

1. CIuitas Tridentina Comitem habebat Dominũ Tridenti, vt per Angel. *conſ.* 230. *Caſus eſt*, vbi nominat Comitem Tridentinum, & Epiſcopum Tridentinum, tanquam diuerſos.

2. Dux Auſtriæ fuit Dominus Tridenti, & Dux Burgundiæ occupauit multa caſtra in bello contra Ducem Auſtriæ, quæ erant de territorio Tridenti. Tandem facta pace inter iſtos Duces, compromiſerunt in Epiſcopum Tridentinum, qui laudauit ad fauorem Ducis Auſtriæ, vt per Abb. *conſ.* 62. *In controuerſia, per totum, l. b.* 2.

3. Caſtra quatuordecim in territorio Tridenti alias occupauit Dux Burgundiæ contra Ducem Auſtriæ, & facta pace, & capitulis prætendebat illa ad ſe ſpectare ex laudo Epiſcopi Tridentini, in quem fuerat comptromiſſum, ſed Abb. *conſ* 62. *In controuerſia, in prin l. b.* 2. conſuluit pro Duce Auſtriæ, quod ad eum ſpectent.

4. Sub iſtis caſtris prætendebantur centum & viginti duæ villæ de eodẽm territorio Tridentino pro parte Ducis Burgundiæ: Abb. conſuluit contrarium *d. conſilio* 61. *colu n.* 4. *numero octauo. verſi ſecundo prin ipaliter, libro ſecundo*, vbi; quod ex quo caſtra ſunt de territorio Tridenti ſubiecta ciuitati non poſſunt habere ſub ſe villas, quia licet fuerint villæ deputatæ caſtris tempore belli, tamen fuit per accidens, & accidentalia non mutant naturam rei.

5. Guerram habuit & hoſtilitatem Eccleſia Tridentina, & fuit expulſus Epiſcopus, & tempore expulſionis Abbas S. Laurentij extra muros Tridenti fuit per 40. annos Vicarius Epiſcopi: Caſtr. *conſ.* 116. *n.* 2. *verſ. quarto quia, lib.* 2.

6. Præpoſitus non eſt de corpore Capituli, ideo neque ligatur ſtatutis Capituli: Caſtr. *conſ.* 116. *in fi. lib.* 2.

7. Caſtrum Ripæ eſt in temporalibus de iuriſdictione Epiſcopi Tridentini, & conſequenter de iuriſdictione Papæ; ideo Imperator nihil poteſt ſtatuere, vel etiam in præiudicium teſtatoris ciuem dicti loci facere: Fulgoſ. *conſ.* 61. *per tot.* maxime in fin.

8. Conſuetudo Eccleſiæ Tridentinæ, quod Decanus quando eſt Canonicus

nonicus habeat duplicatas diſtributiones tanquam Decanus & Canonicus, ſuper quo Bald.*conſilio* 344.*libr.* 5.quod eſt cum caſu extenſo inter conſilia Zabarellæ 53. & illud ſubſcripſit Cardin.Zabarella.

9. Conſtitutio Synodalis eſt Tridenti, quod confeſſio facta ad fauorem vſurarii de ducentis intelligatur ſolutum eſſe de centum, & ſic de dimidia ad tollendas fraudes vſurariorum,ſed non habet locum,quando in inſtrumento notarius atteſtatur de vera numeratione facta in ſui & teſtium præſentia, quia licet vſurarii ſoleant pro vſuris facere fraudes, tamen quandoque etiam faciunt contractus licitos,plene Caſtr.*conſ.* 114.*In cauſa quæ vertitur,lib.*2 *per totum.*

10. Capitulum Tridentinum habet annexam Eccleſiam S. Mariæ Maioris de Tridento, quæ Eccleſia habet ſuas decimas, & licet dicta Eccleſia vnita, & Capitulum iam centum annis elapſis habuerit ſententiam in fauorem contra Abbatem S. Laurentij extra muros Tridenti, tamen quia Abbas,qui poſtea eſt effectus Præpoſitus Capituli,prætendebat præſcripſiſſe,quia per 40.annos & vltra non ſoluit, conſuluit Caſtren. *conſil.*116.*In quæſtione,lib.*2.quod non potuit præſcribere, quia erat malæ fidei, & quia expulſo Epiſcopo fuit Abbas Vicarius, & non potuit eſſe iudex & pars.

11. Fructus primi anni vacationis beneficiorum percipit Capitulum & Eccleſia Tridentina, & per perceptionem, quam facit Papa ex reſeruatione Ioannis XXII.fructus primi anni ſoluti Papæ non priuant Eccleſiam Tridentinam, cui ſoluuntur fructus ſecundi anni, ex quo non potuit habere fructus primi anni: Caſtren.*dict. conſilio* 116. *numero tertio libro* 2.

12. Statutum eſt Tridenti, quod ſuſpectus de fuga forenſis poſſit capi, & talis cauſa poſſit cognoſci non obſtantibus quibuſcunque feriis etiam ſolemnibus;quod ſtatutum valet,& poteſt captura fieri,& cognitio adhiberi etiam in die Dominico,& feriato in honorem Dei:Bald.*conſ.*166.*Statuto ciuitatis,lib.*5.*per totum.*

13 Statutum Tridenti circa ſucceſſionem diſponit, quod ſtante maſculo non poſſit filia fœmina aliquid petere, ſed ſit contenta illa quantitate, quam pater reliquerit pro dote: Abb. *conſilio nonageſimo ſecundo. Illud indubitati*, per totum, *libro ſecundo.* vbi, quod talis dos ſuccedit loco legitimæ; ideo filia poteſt ſtatim petere, & ſi moritur ante nuptias, tranſmittit ad hæredes. Monetur primo, quia non poteſt ſtatutum in totum tollere legitimam; ſecundo, quia ſuccedit

dos

Digitized by Google

dos loco legitimæ, quando ſtatutum non prouidet de alimentis; tertio, quia videtur excludere non perpetuo, ſed extante maſculo.

MEMBRVM VI.

TERGESTINVS EPISCOPVS, STATVTA, conſuetudines, & priuilegia eius.

1. Tergeſtina ciuitas eſt de iuriſdictione Aquilegienſis Eccleſiæ in patria Forijulij, vt dicit Card. Zab. *conſ.* 72. in caſu qui ibi ponitur.

2. Monaſterium S. Georgij eſt in diœceſi Caſtellana, ſed habet Eccleſiam vnitam SS. Martyrum in diœceſi Tergeſtina, pro qua tenetur Monaſterium ſoluere procurationem Epiſcopo & Capitulo Tergeſtino: ita conſuluit Anchar. *conſ.* 248. *Ad prædicta dubia*, *num.* 13. *verſ. ſuper ſecundo*, vbi quod ita pronuntiauerunt antiqui Patres, Riccard. Malumbra, & Guido de Ferrariis, quorum reuerentia & ipſe mouetur ad conſulendum pro hac parte, *n.* 15. *& ſeq.*

3. Statutum, quod omnes coniugati ſub patria poteſtate exiſtentes cēſeantur emancipati, ideo poſſunt teſtari: Anch. *conſ.* 213. *Quæſtio talis. in prin.*

4. Legare poteſt mulier forenſis non habens filios dotes ſuas, cuicunque: ergo à contrario ſenſu non poteſt, ſi habet filios: Anchar. *conſ.* 213. *nu.* 3. *verſ. item in* § *præterea.*

5. Bona immobilia non poſſunt legari forenſibus: Anch. *conſ.* 213. *n.* 2. *verſ. ſed impugnatur.*

6. Statutum eſt in ciuitate Tergeſtina ſub rubrica, *de violantibus mulierem*, in quo diſponitur, quod tenens mulierem ciuem, vel habitatricem in ciuitate Tergeſtina, vel diſtrictu, puniatur in libris ducentum: ſuper quo Bald. *conſ.* 199. *Tria reperiuntur, lib.* 2. vbi, quod non habet locum contra tenentem mulierem extra diſtrictum, non obſtante, quod huiuſmodi ſtatutum ſit repetitum, & loquatur ſimpliciter.

7. Item, quod mariti de Tergeſto ſtantes in matrimonio ſint vſufructuarij bonorum mulierum tam datorum in dotib. quam acquiſitorum, & mortuis maritis ipſarum mulierum omnia bona ipſarum mulierum in continenti deuenire debeant in mulieribus prædictis: Bald. *conſ.* 234. *Statuto cauetur, lib.* 2. vbi, quod non habet locum in repetitione dotis conſiſtentis in pecunia, quia hæredes mariti habent annum.

Digitized by Google

8. Item, quod quicquid acquirit vir cum vxore, conſtante matrimonio, vel vxor cum viro, ſit vtriuſque commune, ſaluo quod vir habere debeat vſumfructum: Et alio ſtatuto cauetur, quod maritus de bonis communibus prædictis poſſit vendere ſine conſenſu vxoris: ſuper vtroq; Bald. *conſ.* 235. *Statuto Tergeſti,* vbi quod non poſſet maritus donare in fraudem, ſed benemerito ſic, niſi conſuetudo ſit contraria, de qua conſtare debet, *Lib.* 2. Petr. Anchar. *conſ.* 102. *Queſtio eſt talis,* tenet, quod valet donatio, quia continetur ſub vocabulo *alienationis.*

9. E conuerſo extat ſtatutum, quod vxor teneatur ad medietatem debitorum mariti contractorum ipſis ſtantibus in matrimonio, quod ſtatutum habet locum, etiamſi ſolum inter eos eſt contractum matrimonium, & nondum eſt traducta ad domum mariti: Cardin. Zabarell. *conſilio decimo quarto. Statuta Tergeſti,* vbi quod non refert, etiamſi in inſtrumento debiti dicatur, quod *confitetur habuiſſe,* quia per hoc licet illud verbum præteritum importet, non tamen probatur, quod ante matrimonium, & de hoc ſtatuto meminit Anchar. vbi ponit verba ſtatuti, *conſ.* 102. *Queſtio eſt talis.*

10. Ratio huius ſtatuti eſt, quia ſicuti maritus grauatur in eo, quod quæſita etiam per vxorem acquiruntur marito de iure communi, & ſtatutum vult, quod communiter acquirantur, ita releuat in hoc, quod ſolus talia quæſita poteſt alienare, vt releuetur ab eo in quo eſt grauatus: Petr. de Anch. *conſ.* 102. *n.* 3. *&* 4.

11. Item ſtatutum prædictum diſponit, quod maritus non poſſit bona mulieris alienare, & ſi alienaret prædicta irrequiſito marito, teneatur contra poſſeſſorem ius reddere, & licet hoc ſit vnicum ſtatutum cum præcedentibus, tamen non extenditur, niſi ad caſum venditionis bonorum vxoris, ſecus communium: Anch. *conſ.* 102. *n.* 6. *in fi. verb. non obſtat ſtatutum.*

12. Declara, quia iſtud ſtatutum, quod bona acquiſita poſt matrimonium ſint communia mariti & vxoris, non inducit tranſlationem dominii ipſo iure in vxorem de iis, quæ acquiſiuit maritus pro ſe, & ſibi eſt facta traditio: Petr. Anchar. *conſilio* 102. *numero* 5. *& ſeq. verſ. ſecundo etiam ſubtilius.*

13. Item intelligitur de quæſitis ex induſtria, non autem ex legato, vel ex venditione rerum alterius: Anchar. *d. conſ.* 102. *nu.* 7 *vſque in fi. verſ. poſtremo.*

14. Item quod nullus poſſit conducere vinum forenſe ad ciuitatem Tergeſti,

Tergeſti,

Digitized by Google

Tergeſti, ſub pœna amiſſionis vini, & librarum 300. quod ſtatutum non comprehendit Clericos, neque eorum familiares, ſed bene laicos expreſſos in ſtatuto: Bald. *conſ.* 198. *Statuto ciuitatis, lib.* 2.

15. Item, quod teſtamenta, & codicilli, & vltimæ voluntates poſſint, & debeant exequi per Capitulum, ſuper quo Fulgoſ. *conſ.* 94. *Quidam V.* & dicit, quod minuit legitimam, & valet ſecundum omnes hoc ſtatutum minuens legitimam.

16. Item, quod nullus poſſit declinare iuriſdictionem Poteſtatis Tergeſti, de quo Fulgoſ. *conſilio centeſimo quadrageſimo ſexto.* per totum, vbi quod comprehendit cauſam vſurariam, quia cum ſint opiniones Doctorum, an ſit fori eccleſiaſtici vel ſecularis, potuit ciuitas condere ſtatutum inter dubias opiniones, nec dicitur contra ius Canonicum, vbi quod habet locum in foro ſeculari dicti loci.

17. Quod inter aſcendentes & deſcendentes, & alios agnatos vſque ad certum gradum fiat compromiſſum, & non liceat dicere de nullitate, neque petere reductionem, ſuper quo Fulgoſ. *conſ.* 159. dicit non habere locum inter ſpurios & inceſtuoſos, neque deſcendentes ab eis, & quod reductio peti poteſt, non obſtante ſtatuto, quando adeſt læſio enormis, quia ſtatutum illam non excludit.

18. Statutum circa teſtamenta dubium, quia videtur velle, quod ſufficiat eſſe rogatum cum quinque teſtibus, ſtante ſtatuto, quod Vicedominus cum notario, & quinque teſtibus ſufficiat: Anchar. *conſi* 422. *Viſo puncto, &* 423 dicit, quod ſtatutum, quando interuenit Vicedominus, intelligitur de teſtamento in ſcriptis; ideo maior ſolemnitas requiritur, quia non ſufficit coram notario, Vicedomino, & quatuor teſtibus, etiam inter deſcendentes non primi gradus.

19. Contrarium conſuluerunt multi excelſi Doctores, pro quorum opinione fuit iudicatum: eorum conſilium recitat, & confutat Anchar. *conſ.* 178. *Viſis & dil genter*, & dicit, quod iudex tanquam diſcipulus ſcribentis contra iudicauit pro opinione præceptoris, & male.

20. Statutum, quod habens filios, ſi legat eis aliquid pro benedictione, non poſſint reclamare, habet locum etiam in eo, qui habet filios computato ventre prægnante, quia licet ſit in caſu ficto, tamen habet locum propter identitatem rationis: Card. Zabarell. *conſi.* 60. *num.* 5. *verſi. ad ſecundum.*

21. Et quod pater poſſit legare filiis quantum velit, & non poſſint reclamare, nec audiantur, non obſtantibus quibuſcunque legibus, non ha-

bet locum, vt poſſit tollere pater legitimam, vel ſupplementum legitimæ, quia de illis non fit mentio, prout requiritur, eſt ſtatutum correctorium, recipit interpretationem paſſiuam à iure communi; ergo filius petet legitimam, & ſupplementum: Angel. Areti. *conſilio* 79. *In ſupradicta conſultatione*, per totum, vbi pro vtraque, hanc tuetur, & tollit contraria.

22. Circa criminalia, quod iudex non poſſit in ſententia facere aliquam reſeruationem, ſed ſimpliciter teneatur ſententiare ſub pœna, quia non locum, qnando qualitas non probatur, vt quia inquiſitio vel accuſatio eſt de delicto certo loco commiſſo, quia ſi probatio fiat de alio loco, poteſt abſoluere, reſeruato iure inquirendi de delicto alio loco probato, quia hæc reſeruatio tacite ineſt, & eſt iuri conformis; ideo ſtatutum non loquitur de hac reſeruatione, ſed de malitioſa vel cauilloſa: Anchar, *conſ.* 147. *Super alia querela.*

STATVS LAICI

MEMBRVM VII.

DVX AVSTRIAE, ET EIVS Facta, & priuilegia.

1. HAbuit guerram cum Duce Burgundiæ, qui Dux Burgundiæ in bello occupauit multa loca inter territorio Tridentino, tandem facta pace, & compromiſſo in Epiſcopum Tridentinum, latoq; laudo, conſuluit Abb. *conſ.* 62. *In controuerſia*, per totum, *lib.* 2. quod 14. caſtra occupata debebant reſtitui Duci Auſtriæ.

2. Et occaſione huius pacis Dux Auſtriæ donauit Duci Burgundiæ ciuitatem Agrigentinam cum ſuo territorio, & pertinentiis omnibus, vt per Abb. *d. conſ.* 62. *col.* 6. *verſ. ſecundo fuit, lib.* 2. vbi conſuluit, quod non debet conſequi Dux Burgundiæ caſtra, quæ erant dictæ ciuitatis, & fuerunt diſmembrata, & ſtant per ſe.

3. Portus prope Tritium non ſpectat ad ciuitatem Agrigentinam, quæ eſt Ducis Burgundiæ, ſed ad terram Tritij, quæ eſt Ducis Auſtriæ, quia ab immemorabili præſcriptus fuit: Abb. *conſ.* 62. *col. pen. num.* 18. *per totum, verſ. quintum dubium, lib.* 2.

4. Portus

4. Portus prope Soncinum pariter eſt Ducis Auſtriæ, non autem ciuitatis Agrigentinæ: Abb. *dict. conſ. 62. columm. final. verſic. & eiſdem rationibus, lib. 2.*

5. Habuit etiam guerram cum Marchione Montisferrati, & fuit Dux Bauariæ, qui mouit Ducem Auſtriæ ad mouendum bellum cum Marchione, & poſtea ambo ſimul occuparunt multa caſtra fœudalia, ſuper quorum reſtitutione conſuluit Franc. Aretin. *conſil.* 14. *viſo & diligenter*, *per tot.* maxime *num.* 15. *& ſequen.* vbi quod tam ope exceptionis, quam per viam actionis poteſt recuperare, quia nulla erunt omnia, & in *d. conſ. in 2. dub.* dicit, quod compromiſſum factum in Ducemmet Bauariæ, & Auſtriæ non valet, quia eſt doloſum, & bellum non eſt iuſtum inter vaſallos Imperij, & tradita per viam pacis poſſunt recuperari, quia per metum ſunt tradita. Vide Gozadi. *conſ. 9. n. 15.* vbi quod iſta ſunt nomina ſuppoſita ab Aretin. *d. conſ.* 14. non autem vera.

MEMBRVM VIII.

DVX BAVARIÆ, ET EIVS facta, & priuilegia.

1. FVit colligatus cum Duce Auſtriæ, quem ipſe Bauariæ Dux mouit ad bellum contra Marchionem Montisferrati, & in bello abſtulerunt multa caſtra, quæ ipſe Marchio dimiſit per compromiſſum factum in Ducemmet Bauariæ, vt pax fieret, dum filius primogenitus Marchionis eſſet captiuus Ducis Bauariæ, conſuluit Franc. Aretin. *conſ.* 14. *Viſo, & diligenter*, per totum, quod Marchionis filius via iuris omnia debet recuperare, tanquam per metum facta, & quia bellum eſt illicitum inter fœudatarios Imperij, & bona non fiunt capientium.

2. Dicas, quod Aretin. *d. d. conſ.* 14 ſuppoſuit nomina aliorum Ducum ſupradictorum, tacito nomine Ducis Sabaudiæ, contra quem conſulebat pro Duce Mantuę, vt dicit Gozadi, *conſ. 9. nu. 15.* Ideo hic nomina reportata ſunt vera.

BAVARI IMPERATORIS geſta damnantur.

1. BAVARVS fuit perſequutor Eccleſiæ Romanæ, & ideo licet eſſet Imperator, & Rex Romanorum, tamen eius geſta de iure non va-

 lent,

lent, neque approbanda ſunt. Bald. *conſic.* 204. *Longum thema. numer. tertio verſ. & ideo niſi Imperator, libro tertio.* vbi quod non valet reſtitutio, quam fecit in ciuitate Brixiæ ad fauorem bannitorum etiam ex crimine læſæ maieſtatis.

2. Et de eodem Bauaro meminit. *Oldrad. conſ.* 85. *Sanctiſſime Pater, circa med. ver. nam intrauit:* vbi, quod fuit fautor Petri de Tornaro Antipapæ.

3. Sed hodie ſucceſſores in Ducatu Bauariæ maximum ſplendorem fidei, & religionis Chriſtianæ afferunt, & temporibus noſtris nullus eſt, qui poſt Imperialem familiam Auſtriacam in partibus Germaniæ fidem Catholicam melius tueri, & propagare poſſit, pede inoffenſo, reque ipſa id euidentius præſtet.

MEMBRVM IX.

SAXONIÆ STATVTA, CONSVEtudines, & priuilegia.

1. CAROLVS Magnus Imperator primus fuit, qui gentem Saxonum ad Chriſti fidem conuerti fecit: Bald. *conſ.* 174. *Præſupponendum eſt, libr.* 5. *in prin.*

2. Conſuetudinem habent & ſtatutum Imperiale Caroli Magni, quod nullus poſſit alienare bona extra iudicium domini, & ſi contrarium fiat, non valeat alienatio, & proximiores poſſint reuocare talem alienationem, quæ conſuetudo valet & habet locum, etiamſi in Eccleſiam fieret alienatio: Bal, *d. conſ.* 174 *per totum, lib.* 5. vbi, quod ex quo loquitur in rem, & conſuetudo generalis immemorabilis ante Clericos, propterea ſeruanda eſt etiam contra Eccleſiam.

3. Contraria opinio verior eſt & magis ſubſtentabilis, vt dicit Felin. in *capit. Eccleſia Sancta Maria, numer ſeptuageſimo ſexto. in quæſtion. quinta de conſtitut.*

Vide, *Libertas Eccleſiaſtica in quibus conſiſtat, & quis contra eam facere dicatur,* tom. 5. concl. 342.

MEM-

Digitized by Google

MEMBRVM X.

FORVM IVLII, ET EIVS STATVTA, conſuetudines, & priuilegia.

1. FORVM IVLII eſt de iuriſdictione Eccleſiæ: Cuman *conſ.* 159. *Indubium vertitur, in fi.* vbi quod patria Forijulii eſt de iuriſdictione Eccleſiæ.

2. Idem dicit Fulgoſ. *conſ.* 78. *Quidam nomine Brittinus*, vbi, quod terra Vtini Aquilegienſis dioeceſis eſt de iuriſdictione Eccleſiæ.

3. Poſſidetur per Venetos, qui iuriſdictionem ſupremi Principis in ea prouincia habent, & bellum ſuſtinuerunt longo tempore, ita vt ius redditum non fuerit. ideo fecerunt legem quod præſcriptio non curreret tempore belli: Cuman. *dict. conſ.* 159. per totum, & bellum fuit de anno 1420. primo Septemb. vſque 1421. Auguſti.

4. Conſtitutio circa præſcriptionem perſonalem & realem, quod 20. annis compleatur, procedit & eſt ſubrogata loco præſcriptionis 30. annorum. Vnde non tollit minorem præſcriptionem 10. annorum cum titulo inter præſentes, & contra quos procedat, vel non, plene Caſtr. *conſ.* 229. *Venditio iſta, lib.* 2. per totum, & iterum *conſ.* 392. *Pro euidentia, n.* 2. *lib.* 2. vbi licet conſtitutio excipiat minorem 14. annis, & currat contra minorem 25. annis ipſo iure, tamen minori datur reſtitutio in integrum, prout contra præſcriptionem 30. annorum, quia loco illius eſt ſubrogata, & repetit omnia *d. conſ.* 229.

5. Conſtitutio noua eſt, quod cauſa appellationis tranſeat deſerta per lapſum trium menſium, licet ad pendentes cauſas trahatur, tamen non habet locum in cauſa, in qua eſt concluſum tempore conſtitutionis emanatæ de anno 1428. ſuper quam conſuluit Caſtr *conſ.* 135. *in prin. lib.* 2. & dicit, quod habet locum etiam in cauſis pendentibus, licet in ea nihil diceretur, ſed ſecus ſi diſputaretur de deſertione appellationis tempore quo fuit publicata.

6. Conſtitutio antiqua, quod cauſa appellationis tranſeat deſerta, ſi per 20. vel 30. dies appellans fuerit negligens, debet produci ſi negetur, quia non præſumitur: Caſtr. *conſ.* 135. *in prin. lib.* 2.

7. Conſtitutio Forijulii, quæ ſeruatur in portu Gruario de patria Forijulii, diſponit quod debitor ſit liberatus, ſi creditor ſteterit per viginti annos, quod non fecerit citare debitorem; ſuper quo Ioann. de Imola *conſil.* 26. quod non tuetur illum, qui habet ſcientiam debiti, quia eſt in

mala

Digitized by Google

mala fide, & non valeret ſtatutum vel conſtitutio, ſi expreſſe induceret præſcriptionem, pro eo qui eſt in mala fide, vbi dicit communem.

8. Conſtitutio Forijulii diſponit, quod in cauſis ſfortii, vbi probari non poteſt liquido per teſtes omni exceptione maiores in odium delinquentis, ſufficiant præſumptiones cum iuramento damnum paſſi, ſuper cuius intelligentia Caſtr. *conſ. 104 col. 2. circa med. verſ. nec adminiculatur, lib. 2.* & dicit, quod Locumtenens ſibi ſcripſit, quod eſt noua conſtitutio, quæ à menſe Octobris tunc habuit initium.

9. Conſtitutio Forijulii, quod nullus minor 25. annis poſſit contrahere ſine certa ſolemnitate, fuit innouata vt procedat, etiamſi iuramentum interuenerit per modum declarationis primæ, an comprehendat contractum factum cum iuramento à minore ante ſecundam conſtitutionem: Io. de Imol. *conſ. 67.* tenet quod non.

10. Conſtitutio Forijulii, quod facientes exfortium puniantur certa pœna, non habet locum, niſi prout loquitur conſtitutio, quia iſtud vocabulum *Sfortium*, vel *exfortium*, eſt adinuentum ex conſuetudine prouinciæ Forijulii, prout in ſimili de *podere* dicit Bartol. *in l. prim. circa finem. ff. de rebus dub.* ideo verba conſtitutionis ſunt attendenda, qua committit Sfortium ille, qui proprio arbitrio occupauit manſos, vel nemora, quorum alius exiſtit poſſeſſor. Nam *occupare* vel *inuadere* dicitur, qui ingreditur animo acquirendi poſſeſſionem alienam, quæ eſt ſpoliatio violenta: Si vero occupat poſſeſſionem à nemine tentam, ſed vacantem, eſt quidem occupatio ſimplex, ſed ſi non animo occupandi poſſeſſionem alienam, non intrat conſtitutio, niſi vno caſu, quando quis ingreditur domum alienam, contradicente domino, quia licet non animo occupandi poſſeſſionem inuadat, dicitur facere exfortium: Caſtrenſ. *conſ. 57. In cauſa exfortii, libro ſecundo.*

11. Et quod dicta conſtitutio Forijulij de Sfortio requirat vim & violentiam, quia loquitur de inuaſore & occupatore, ideo ſi non eſt probata, debet intentans ſuccumbere, & maxime quando etiam non requireretur ex conſtitutione, ex quo in accuſatione fuit narrata debuit probari, quia ſe adſtrinxit: Caſtr. *conſ. 105. In cauſa, quæ vertitur lib. 2.* in prin. & in fine, quod requirit dolum.

12. Imo quod ex quo violentia eſt delictum, quod committitur in perſonam, non ſit locus conſtitutioni, quando accuſantes non fuerunt præſentes, non poteſt eſſe locus violētię & Sfortio: Caſt. *d. conſ. 105 n. & ſeq. col. 1. verſic.*

Digitized by Google

verſ. & conſtat, quod introitus, lib. 2. & conſ. 395. In cauſa, quæ vertitur, col. 3. num. 2. verſ. bene ergo, lib. 2.

13. Et non ſufficit, quod qui accuſat, probet ſe poſſidere, ſed debet probare ſe ſolum poſſidere, alias non poteſt obtinere, quia alius accuſatus poteſt & ipſe habere ius & poſſeſſionem lignandi, & exboſcandi, cum locus ſit latus, maxime quando conſtat de poſſeſſione accuſatorum: plene Caſtrenſ. *d. conſ.* 205. per totum, *lib.* 2.

14. Et non habet locum ipſa conſtitutio, quando habens rem communem à ſuo fuit excluſus à re communi, ſi recuperat ſuam portionem, proteſtando quod non intendit recuperare, niſi partem ſuam, quia qui tenet ciuilem, poteſt recuperare naturalem ab alio clandeſtine occupatam: Caſtr. *conſ.* 395. *In cauſa quæ vertitur*, per totum, maxime *num. 2. col. 3. verſ. bene ergo, lib* 2.

15. Et non habet locum in bonis mobilibus, quia non competit interdictum *vnde vi*, niſi in acceſſoriis, quando ſunt in fundo, de quo quis fuit ſpoliatus: Caſtr. *d. conſ. 395. num. 2. col. 3. prope fin. verſ. cæterum, lib.* 2.

16. Et *conſ.* 104. *in princ.* dicit Caſtr. aliam conſtitutionem diſponere, quod in cauſa Sfortii non detur appellatio, licet dubitetur, an ſit in vſu, *lib.* 2.

17. Alia conſtitutio Foriiulii eſt, quod dantes damnum non dicantur committere exfortium, niſi excederet floren 25. & contenderet damnum dans ſe ratione dominii feciſſe: Caſtr. *d. conſ. 56. num. 3. & ſeq. lib.* 2. & hoc niſi probaret ſe poſſidere, vel poſſediſſe, & continuare, vt ibi.

18. Extende, quia procedit libellus, neque ſequi poteſt ſententia pro sfortio, ſi narratur, quod dedit damnum, niſi allegetur, quod animo acquirendi poſſeſſionem alienam, vel prout diſponit conſtitutio: Caſtr. *d. conſ. 57. fin. lib.* 2. vſque in finem, vbi quod ex vi turbatiua non infertur ad sfortium.

19. Comites de Arco, & Communitas de Senito habent reſponſionem caſei, & aliarum rerum ab hominibus de Pinzolo, & Balduno, ob paſcua montium, & herbatici perpetuo locatorum, ſuper quo Caſtr. *conſ.* 51. per tot. *lib.* 2. vbi quod probatur incidenter dominium ex ſolutione facta per decem & 20. annos.

20. Communitas Miniaci habuit litem cum Communitate Theſis, ſuper quadam campanea, & ſuper combuſtione fœni facta per illos de Miniaco, ſuper quo facto conſuluit Caſtr. *conſ.* 104. *In cauſa Sfortii, lib.* 2. quod Communitas Miniaci debet obtinere, quia habet titulum &

 poſſeſ-

poſſeſſionem, & poſſeſſio illorum de Theſis eſt precario conceſſa.

21. Baiæ caſtrum, & Oſopii caſtrum habuerunt litem ſuper paſcuis in territorio Oſopio, & quia illi de Baia intentarunt petitorium, & poſſeſſorium, & confeſſi ſunt paſcuum ſpectare illis de Oſopio, & actoribus, & aliis vicinis, & nihil probarunt: Caſtr. *conſ.* 110. *In cauſa, qua vertitur*, dicit illos de Oſopio abſoluendos, quia habent intentionem fundatam, quia paſcua ſunt in eorum territorio, & ſi quando actores poſſederunt, fuit vi aut clam, quia pluries fuerunt pignorati, & ſoluerunt pœnam, *lib.* 2.

22. Brazani Communitas contra Communitatem Cormonii habuit litem ſuper paſcuis, & Caſtr. *conſ.* 113. *In cauſa, qua vertitur*, conſuluit pro Communitate Brazani, quia melius probauit, *lib.* 2. & *conſ.* 115. *eod. lib.* 2. protulit votum conſultiuum ad fauorem Brazani, & Yaſici, quod habeant ius eundi per quandam ſtratam, quæ vocatur Armentarezza, & paſcendi in paſcuo vocato Silet, alias Salice, ſed quia ius paſcendi & eundi poteſt pluribus competere in ſolidum, non propterea excluduntur illi de Cormonio.

23. Muzan, & S. Andrati, habuerunt litem ſuper iure lignandi, & Caſtr. *conſ.* 205. *lib.* 2 dicit, quod debent homines S. Alberti abſolui, quia non probatur dolus, neque violentia, quæ ſunt neceſſaria, vt intret Sfortium.

24. Statutum Foriiulii eſt circa præſcriptionem, quod is, qui non petierit debitum infra quinque annos, ſit ipſo iure priuatus: Cuman. *conſ.* 159. *in princ.*

MEMBRVM XI.

HISTRIA, ET EIVS STATVTA, conſuetudines, & priuilegia.

1. IN Capite Hiſtriæ eſt conſuetudo, quod tutores pupillorum lucrentur redditus, & fructus bonorum, & hæreditatis, dummodo præſtent de ſuo alimenta pupillis: Caſtrenſ. *conſ.* 374. *Super iſtis, in princ. lib.* 2.

2. Extendit Caſtrenſ. vt debeant habere, etiamſi in domo aliena alimenta præſtiterint, non in ſua, puta, quia expediebat pupillos educari extra domum tutoris: Caſtr. *d. conſ.* 374. *in fin. lib.* 2.

3. Reſtrin-

3. Reſtringe, quia non habet locum in tutore, qui propter incontinentiam carnis, ſeu propter dilapidationem bonorum pupilli fuit remotus, ita dictante ſtatuto loci, quod ſtatutum non extenditur, ſi ob alias cauſas, vel alia delicta remoueatur, quin habeatur pro tempore pro quo fuit tutor, ſecus pro futuro: Caſtrenſ. *d. conſ. 374. num. 2. verſ. circa ſecundum, lib. 2.*

MEMBRVM XII.

RAGVSII CIVITAS, STATVTA, CONſuetudines, & priuilegia.

STatutum Raguſii eſt, quod valeat teſtamentum conditum coram duobus teſtibus, dummodo intra 30. dies coram iudicibus examinentur, & deponant, alias non valet: Zabarell. *conſ.* 124. vbi, quod non habet locum contra pias cauſas, quia non poteſt diſponere aliquid contra piam cauſam.

Digitized by Google

PARS II.

DE IVRE STATVVM GALLICI IMPERII, quà Eccleſiaſticorum quà Laicorum,

REX FRANCIAE NON RECOGNOSCIT Jmperium, & ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia Regni.

1. REx Franciæ eſt abſolutus dominus, & non recognoſcit Imperium, nedum de facto, vt in *c. per venerabilem, qui filii ſint legit.* ſed nec de iure, vt ibi not. Innoc. in verb. *recognoſcat*, Oldrad. *conſ. 69 in fin. incip. Conſueuit dubitari*, vbi allegat Compoſtel. *63. diſt. c. Adrianus*, & Vinc. & Io. de Deo in *c. & ſi neceſſe, de donat. inter vir. & vxo.* licet dicat Ioannem Theutonicum contrarium tenuiſſe cum aliis Italicis, quia Imperio erant ſubditi. Idem, quod non ſubſit Imperio, tenent Angel. in *l. Imperatores, ff. de appel.* allegat Specul. in *tit. de appellat. §. nunc tractemus*: Oldrad. *conſ. 98. Factum tale eſt, quadam vniuerſitas, in princ.* vbi dicit, quod Rex habet iura Imperialia ex priuilegio; ſed neſcio, an ibi de Rege Galliæ, quia dicit *Rex noſter*, & non exprimit de quo Rege, licet credam de eodem Rege Galliæ loqui: & hanc partem videtur tenere Bald. *conſ. 291. Ad euidentiam, nu. 11. in fin. lib. 2.* Et quod legitimatio Imperatoris non extendatur ad bona in ſtatu Eccleſiæ, vel Regis Franciæ, quia pro nullo reputatur: Bald. *conſ. 306. Caſus quæſtionis, in fin. lib. 2. & conſ. 37. Imperator habet, circa fin. lib. 4.* vbi, quod ſtatus Eccleſiæ eſt liber, & plus quam liber ab Imperatore, prout Regnum Francorum: Bald. in *cap. 1. an maritus ſuccedat vxori in ben. f.* per Gloſ. *Inſtit. de patr. poteſt.* in verb. *Romanorum*, quam ibi ſequitur Ia. qui allegat alios, & eam ſequitur Socin. *conſ. 62. num. 13. lib. 1.* vbi, quod Francigenæ non ſunt ſub Imperio, & ideo non habent filios in poteſtate. Et quod Rex Franciæ ſit francus à iure Romano, & dedignetur ſubiici legibus Imperialibus, non tamen dedignetur ſacros canones imitari: Bald. *conſ. 117. Orta guerra, in fin. lib. 3. verſ. certe illa lex, & conſ. 218. Petita venia, verſ. & ideo conſiderandum*, vbi quod Rex Francorum ſuper omnes Reges Chriſtiano-

ſtianorum obtinet coronam libertatis & gloriæ, *lib.* 3. Guilliel. de Cunio *in l.1.ff.de off.præfect prato.* quem allegat Signor. *conſ.* 215. *num.* 3. licet ipſe dicat tenuiſſe contrarium. Et quod non recognoſcat Imperium, neque ſuperiorem, Aegid. *conſ.* 1. *num.* 36. *& conſ.* 42. *num.*8. vbi quod Regnum ſua auctoritate tenet, neminem recognoſcit, & ſe Imperatorem reputat: Abb. *conſ.*3.*Nitar,col.*15. *in fin.num.*8.*lib.*2.

2. Contrarium tenent Ioan. Gloſſ. Theutonicus, allegatus per Oldrad. *d.conſ.*69.*fin.* Imol.in *d.l. Imperatores, ff.de appellat.* & eſt tex.in *l.* 2. §. *iubemus etiam, C.de Præfecto Pratorio,* vbi quod Gallia ſuberat Imperio, & videtur tenere Bald. *conſ.* 218. *Petita venia, col.*2. *ver. Vnde Marchio Salutiarum, lib.*3. vbi, quod Imperator eſt dominus totius orbis, & multa dicit, licet in ſpecie non ſubiiciat Regem Franciæ: Signor. Homod. *conſ.* 215. *Factum ſic ſe habet,* Floria. de Sancto Petro, *q.*3. *in vltimo dubio, num.*16.

3. Declara, vt fuerit ſubiectus olim florenti Imperio Romano, ſecus autem poſtea, quia Imperium mutationem, & diminutionem recipit: Bald. *conſ.*328. *Quaritur ſi Rex, num.*8.*ver. ſane ſub Imperatore, lib.* 1.

4. Declara, quia hodie Rex Franciæ, & Regnum illius non dicitur ſubiici Imperio, quia ob ſui potentiam dicit ſe non recognoſcere ſuperiorem: Ægid. Bellam. *conſ.*39.*nu.*22.*ver. modo,* C. & clarius *conſ.*42.*num.*8.

5. Vide circa hanc quæſtionem, an Rex Franciæ ſubſit Imperio, pro vtraque parte Fabia. de Monte tract. *de empt & vendit in* 4. *q. princ.q.*22.*n.*32. latius in tract. qui appellatur *Viridarii ſomnium, de poteſtate ſeculari & Eccleſiaſt. c.*35. *&* 36. *lib.*2. *& lib.*1. *cap.*80. Vide alios in Apoſt. ad Bart. in *extrauag. ad reprimendum,* in verb. *totius orbis.*

6. Declara, quia licet Rex Franciæ, & alii Reges non ſubſint Imperio ob eorum potentiam, tamen per hoc non deſinit Imperator eſſe vniuerſalis, quia ſpecies extracta de genere non facit perire genus: Ægid. Bellam, *d.conſ.*42.*num.*8.9. *&* 10.

7. Declara, quia licet Rex Franciæ, prout Florentini, de facto non recognoſcant Imperium, tamen legibus Imperialibus ſubiiciuntur, & illis vtuntur, quamuis etiam de facto poſſent nolle vti: Caſtr. *conſ.* 171. *Viſa & ponderata, in prin. lib.*1.

8. Vide Anſegiſum Abbatem, qui compilauit ſeptem libros Legum Francorum, quæ ſunt ſanctiſſimæ leges, & inter alia, *lib.*7. *c.*91. ponit intitulationem Regis Caroli Magni, videlicet; *Carolus gratia Dei Rex, Regnique Francorum Rector, & deuotus ſanctæ Eccleſiæ Defenſor atque Adiutor in omnibus, Apoſtolicæ Sedis hortatu, omniumque fidelium noſtrorum, & maxime Epiſcoporum & Religioſorum Sacerdotum conſultu.*

9. Lib.7.c.90. Lex Franciæ ait, *Prouidendum eſt in omnibus, ne in aliquo Apoſtolica vel Canonica decreta violentur.*

10. Lib.7.cap.120. *Sancitum eſt, vt ſine auctoritate, vel conſenſu Epiſcoporum Presbyteri in quibuslibet Eccleſiis non conſtituantur, neque expellantur, & ſi quis deinceps hoc facere tentauerit, Synodali ſententia diſtricte feriatur.*

11. Lib.7.c.57. *Vt nemo Clericorum abſque conſenſu Epiſcopi ſui Principem adeat. ſi quis adire Principem neceſſaria cauſa depoſcit, hoc agatur cum conſilio & tractatu Metropolitanorum, & cæterorum Epiſcoporum ipſius prouinciæ.*

Et per totum illud tractatum reperies canones antiquos pro legibus Franciæ eſſe receptos, & tanta fuit religio ipſorum Regum, vt impoſſibile ſit celebrare eorum religionem & obedientiam verſus Eccleſiam Romanam. Vide illum, quia propter maximam religionem ipſum Regnum ſemper recepit incrementum.

12. Amplia, quia nedum de facto non eſt ſuppoſitus Imperio, nec recognoſcit Imperium, ſed nec de iure: Ita Bertrand. *conſ.*157.*num.*4.*lib.*3. vbi, quod Notarius Imperialis valide etiam poteſt rogare inſtrumenta in Francia: Boer.*deciſ.*8.*nu.*4.

13. Contrarium, quod licet ſit ſciſſum Imperium, tamen effectus iuris extendatur: Bellam.*conſ.*43. vbi, quod imo valide poteſt rogare inſtrumenta in Francia, non obſtante prohibitione & conſuetudine contraria, *nu.*8. & *conſ.*43.*nu.*8. Alciat *lib.*2.*Diſpunction.cap.*22.

14. Declara, vt per Boer. *deciſ.* 242. *nu.*4. vbi, quod magis communis opinio eſt, quod poſſit de iure, ſed de facto ſeruatur contrarium.

15. Vide etiam Boer. *deciſ.* 8.*num.* 4. vbi, quod non recognoſcit Imperium.

16. Amplia, quia Rex Franciæ in toto Regno habet intentionem fundatam: Boer. *d deciſ.*8.*in princ.*

17. Extende, quia litteræ Regiæ etiam in ſtatu fœudatariorum exequuntur ſine vlla requiſitione in Francia: Boer. *deciſ.*§.*circa fin.* vbi ſecus dicit, ſi alius exequutor eſſet, quam litterarum Regiarum, & ita conciliat opiniones.

18. Limita, quia Rex Franciæ eſt ſuppoſitus Papæ, &, ſi faciat iniuſtitiam, vel ferat ſententiam contra non ſubditum, appellari poteſt ad Papam: Bald. *conſ.*217.*Ortaguerra, in princ. lib.*3. & in fin. dicit, quod licet Rex Franciæ dedignetur ſubiicii legibus Romanis, non tamen dedignatur imitari Canones.

19. Limita, quia Rex Franciæ, & omnes non recognoſcentes ſuperiorem,

Digitized by Google

orem, ſubſunt Papæ, & ab eis poteſt appellari, & recurri ad Papam, ſi faciũt de facto circa obſeruantiam contractuum, & eorum, quæ ſunt iuris gentium: Abb. *conſ.* 3. *Nitar. colum. fin. verſ. ſecundum remedium, libr.* 2.

20. Limita, quia Rex Franciæ reſpectu aliquarum prouinciarum, quæ ſunt ſub Imperio, & fœudales Imperii, ipſe quoque recognoſcit Imperatorem, & in iſtis non dicitur habere maieſtatem, nec committitur crimen læſæ maieſtatis in primo capite; neq; in ſecundo, reſpectu Regis, vt clare Ægid. Bellam. *conſ.* 15.*n.*6.*in fin. cum ſeq ver. primo igitur*, vbi, quod Prouincia eſt ſub Imperio ſine dubio. Sed quicquid ſit de iure, de facto ſeruatur contrarium. Et idem Bellam. ibi, *num.* 7. dicit idem eſſe de Regno Siciliæ & Apuliæ, quia recognoſcit Eccleſiam, licet quoad Regnum dubitet, vt habens Regnum in fœudum à Papa vel Imperatore, tamen habet quoad ſubditos iura Imperii.

21. Repræſaleas conceſſit Rex Franciæ contra Ianuenſes propter damna illata ſuis ſubditis per Ianuenſes, & tandem Ianuenſes compoſuerunt: Signorol. Homod. *d.conſ.*215.*per tot.*

22. Contra Ducem Sabaudiæ occupauit quædam Rex Franciæ, de quibus Bald. *d.conſ.*217. *Orta guerra, lib.*3.

23. Ædificat Rex Franciæ fortalitia ad æmulation[illegible] in confinio Angliæ, & è conuerſo: Boer. *conſ.*34.*n.*11.

24. Marchionem Sal[illegible]iarum habet fœudatari[illegible]m D[illegible]lphinus, & Rex Franciæ: Bald. *conſ.*218. *col.*2.*v. nam ſi Marchio, l.* 3. inter que[illegible] & Comitem Sabaudiæ orta fuit guerra, quia Marchio nolebat præſtare homagiũ Comiti pro certis caſtris, quæ ab eo recognoſcebat, vt Bald. *conſ.*121.*nu.*10.*ver. ſecundo alia, lib.* 3 & Rex Franciæ confouens Marchioni dedit ſententiam contra Comitem Sabaudiæ, & Baldus conſulit pro Comite; quod ad Papã appellet, quia Comes non eſt in aliquo ſubiectus Regi Franciæ, ſed Imperatori, *con.*217. *Orta guerra*, & latius *con.* 218. *Petita venia*, per tot. *lib.* 3.

25. Comitatus Bigorræ eſt fœudalis Eccleſiæ Auicenſis; ſed cùm Rex Angliæ, tunc etiam Dux Aquitaniæ, cum exercitu appropinquaſſet in illis partibus, vaſſallus recognitionem fecit Regi Angliæ, & præſtitit homagium, propter quod Eccleſia Auicenſis egit ad deuolutionem fœudi, & obtinuit ſententiam fauorabilem à miniſtris Regni Franciæ contra Regem Angliæ. Abbas conſuluit pro vaſallo, quod excuſetur propter metum, & quia ignorauit litem, & ſi ſciuiſſet, concludit, quod ſententia ei non præiudicat. Vide Abbat. *conſ.* 5. *Nitars.*

9. Lib.7.c.90. Lex Franciæ ait; *Prouidendum eſt in omnibus, ne in aliquo Apoſtolica vel Canonica decreta violentur.*

10. Lib.7.cap.120. *Sancitum eſt, vt ſine auctoritate, vel conſenſu Epiſcoporum Presbyteri in quibuslibet Eccleſiis non conſtituantur, neque expellantur, & ſi quis deinceps hoc facere tentauerit, Synodali ſententia diſtricte feriatur.*

11. Lib.7.c.57. *Vt nemo Clericorum abſque conſenſu Epiſcopi ſui Principem adeat. ſi quis adire Principem neceſſaria cauſa depoſcit, hoc agatur cum conſilio & tractatu Metropolitanorum, & cæterorum Epiſcoporum ipſius prouinciæ.*

Et per totum illud tractatum reperies canones antiquos pro legibus Franciæ eſſe receptos, & tanta fuit religio ipſorum Regum, vt impoſſibile ſit celebrare eorum religionem & obedientiam verſus Eccleſiam Romanam. Vide illum, quia propter maximam religionem ipſum Regnum ſemper recepit incrementum.

12. Amplia, quia nedum de facto non eſt ſuppoſitus Imperio, nec recognoſcit Imperium, ſed nec de iure: Ita Bertrand. *conſ.157.num.4.lib.3.* vbi, quod Notarius Imperialis valide etiam poteſt rogare inſtrumenta in Francia: Boer. *deciſ.8.nu.4.*

13. Contrarium, quod licet ſit ſciſſum Imperium, tamen effectus iuris extendatur: Bellam. *conſ.43.* vbi, quod imo valide poteſt rogare inſtrumenta in Francia, non obſtante prohibitione & conſuetudine contraria, *nu.8.* & *conſ.43.nu.8.* Alciat *lib.2.Diſpunction.cap.22.*

14. Declara, vt per Boer. *deciſ.242.nu.4.* vbi, quod magis communis opinio eſt, quod poſſit de iure, ſed de facto ſeruatur contrarium.

15. Vide etiam Boer. *deciſ.8.num.4.* vbi, quod non recognoſcit Imperium.

16. Amplia, quia Rex Franciæ in toto Regno habet intentionem fundatam: Boer. *d deciſ.8.in princ.*

17. Extende, quia litteræ Regiæ etiam in ſtatu fœudatariorum exequuntur ſine vlla requiſitione in Francia: Boer. *deciſ.§.circa fin.* vbi ſecus dicit, ſi alius exequutor eſſet, quam litterarum Regiarum, & ita conciliat opiniones.

18. Limita, quia Rex Franciæ eſt ſuppoſitus Papæ, &, ſi faciat iniuſtitiam, vel ferat ſententiam contra non ſubditum, appellari poteſt ad Papam: Bald. *conſ.217.Orta guerra, in princ.lib.3.* & in fin. dicit, quod licet Rex Franciæ dedignetur ſubiicii legibus Romanis, non tamen dedignatur imitari Canones.

19. Limita, quia Rex Franciæ, & omnes non recognoſcentes ſuperiorem,

Digitized by Google

orem, ſubſunt Papæ, & ab eis poteſt appellari, & recurri ad Papam, ſi faciũt de facto circa obſeruantiam contractuum, & eorum, quæ ſunt iuris gentium: Abb. *conſ. 3. Nitar, colum. fin. verſ. ſecundum remedium, libr. 2.*

20. Limita, quia Rex Franciæ reſpectu aliquarum prouinciarum, quæ ſunt ſub Imperio, & fœudales Imperii, ipſe quoque recognoſcit Imperatorem, & in iſtis non dicitur habere maieſtatem, nec committitur crimen læſæ maieſtatis in primo capite; neq; in ſecundo, reſpectu Regis, vt clare Ægid. Bellam. *conſ. 15. n. 6. in fin. cum ſeq. ver. primo igitur*, vbi, quod Prouincia eſt ſub Imperio ſine dubio. Sed quicquid ſit de iure, de facto ſeruatur contrarium. Et idem Bellam. ibi, *num. 7.* dicit idem eſſe de Regno Siciliæ & Apuliæ, quia recognoſcit Eccleſiam, licet quoad Regnum dubitet, vt habens Regnum in fœudum à Papa vel Imperatore, tamen habet quoad ſubditos iura Imperii.

21. Repræſaleas conceſſit Rex Franciæ contra Ianuenſes propter damna illata ſuis ſubditis per Ianuenſes, & tandem Ianuenſes compoſuerunt: Signorol. Homod. *d. conſ. 215. per tot.*

22. Contra Ducem Sabaudiæ occupauit quædam Rex Franciæ, de quibus Bald. *d. conſ. 217. Orta guerra, lib. 3.*

23. Ædificat Rex Franciæ fortalitia ad æmulation[illegible] confinio Angliæ, & è conuerſo: Boer. *conſ. 34. n. 21.*

24. Marchionem Saluciarum habet fœudatarium Delphinus, & Rex Franciæ: Bald. *conſ. 218. col. 2. v. nam ſi Marchio, l. 3.* inter quem & Comitem Sabaudiæ orta fuit guerra, quia Marchio nolebat præſtare homagiũ Comiti pro certis caſtris, quæ ab eo recognoſcebat, vt Bald. *conſ. 121. nu. 10. ver. ſecundo alia, lib. 3* & Rex Franciæ confouens Marchioni dedit ſententiam contra Comitem Sabaudiæ, & Baldus conſuluit pro Comite; quod ad Papã appellet, quia Comes non eſt in aliquo ſubiectus Regi Franciæ, ſed Imperatori, *con. 217. Orta guerra*, & latius *con. 218. Petita venia*, per tot. *lib. 3.*

25. Comitatus Bigorræ eſt fœudalis Eccleſiæ Auicenſis; ſed cum Rex Angliæ, tunc etiam Dux Aquitaniæ, cum exercitu appropinquaſſet in illis partibus, vaſſallus recognitionem fecit Regi Angliæ, & præſtitit homagium, propter quod Eccleſia Auicenſis egit ad deuolutionem fœudi, & obtinuit ſententiam fauorabilem à miniſtris Regni Franciæ contra Regem Angliæ. Abbas conſuluit pro vaſallo, quod excuſetur propter metum, & quia ignorauit litem, & ſi ſciuiſſet, concludit, quod ſententia ei non præiudicat. Vide Abbat. *conſ. 3.*

Nitar,

Nitar, per tot. maxime *col. 5. ver. venio ad ſextam, & col. 9. verſ. venio ad decimam, lib. 2.* vbi de Caſtro Lorda occupato à Rege Angliæ fit reſtitutio Eccleſiæ, ſed quia cauſa diu ſtetit penes Regem, donec cognoſceret, & Reges Franciæ ad effectum iudicii longiſſimo tempore poſſediſſent Comitatum, volebant illum retinere pro ſe ex præſcriptione, & Abb. *d. conſ. 3. col. 12. verſ. decima quarta quæſtio* dicit, quod non currit præſcriptio propter malam fidem.

26. Pacem fecit Rex Franciæ cum Rege Angliæ apud Bricamacum, & dedit Rex Franciæ dicto Regi Angliæ Comitatum Bigorræ, quod erat Eccleſiæ Auicenſis, vt dicit Abb. *d. conſ. 3. col. 13. verſ. decima ſeptima, lib. 2.* vbi concludit, quod non potuit dare rē Eccleſiæ, & quod *l. bene à Zenone, de quadr. præſcript.* non habet locum. Poſtea Eccleſia Auicenſis conceſſit iſtum Comitatum Reginæ Franciæ, pendente lite cum alio fœudatario ab Eccleſia prius inueſtito, vt concludit Abb. *d. conſ. 3. colum. 13. in 15. 16. & 17. quæſt.*

FRANCIÆ STATVTA, CONSVETVdines, & priuilegia.

1. Teſtamenta de conſuetudine non valent in Francia & Anglia, niſi ſint inſinuata coram Epiſcopo loci: Gemin. *conſ. 139. Circa principium, verſ. quod autem circa merita,* vbi, quod valida eſt hæc conſuetudo.

2. Spolia non habent locum in Francia de conſuetudine, quia collectores ſpoliorum nimis duri & impii erant, vt auferrent etiam non ſpolia ſine pietate. idem Rex tuetur teſtamenta ſibi recommendata contra collectores ſpoliorum: Ægid. *conſ. 1. in fin. num. 48.* vbi multa contra ſpolia, vſque in finem, & an bene vel male fiat reſiſtentia, dicit non audere dicere, ſed cuperet per Papam prouideri, quia Græcia pro tali cauſa receſſit ab Eccleſia Romana.

3. Fœuda inuitis vaſſallis alienantur de conſuetudine Franciæ: item conceduntur vt plurimum perſonis, vel æqualibus, vel minoribus. Ideo non attenditur oppoſitio vaſſalli, quod maiori debuit concedi, ſeu alienatio fieri, prout eſt de iure: Abb. *conſ. 3. Nitar. col. 17. ver. 22. quæſt. lib. 2.*

4. Fœuda ex conſuetudine Galliæ tranſeunt ad fœminas, non extantibus maſculis: Apoſtilla ad Roman. *conſ. 367. in verſic. non ſuccedere, circa fin.* vbi plures allegat.

5. Pœnæ

5. Pœnæ omnes de conſuetudine Franciæ ſunt arbitrariæ iudici, ideo poſſunt iudices augere & minuere ex cauſa: Clar. *in Prax. crim. q. 85. num. 10. verſ. & hoc niſi conſuetudo*.

6. Imo iudicantur bona fœudalia, prout alia allodialia bona, quia tranſeunt ad quoſcunque: ideo confiſcantur de conſuetudine: Boër. *deciſ. 264 num. 9.*

Vide tamen quia fœudum conceſſum iure Francorum ſolum tranſit ad primogenitos. Vide *Fœudum Francorum iure quale*, Concluſ. 138.

7. Confiſcatio bonorum in Francia de ſtylo non fit, niſi per iudices Regios, ideo Barones, licet habeant merum imperium, & territorium, non poſſunt confiſcare: Boër. *deciſ. 264 num. 5.*

8. Confiſcatis bonis clerici, mobilia ſpectant ad Epiſcopum, immobilia ad Regem, de conſuetudine: Boër. *deciſ. 264. num. 9.*

9. Monetarii falſificantis monetam bona confiſcantur de conſuetudine Franciæ: Boër. *d. deciſ. 264. num. 9.* in fin.

10. Confiſcatio bonorum fit vbicunque imponitur pœna mortis in Francia, vel vbi quis bannitur: Guiliel. de Benedict. in *Repet. cap. Raynutius, de teſtamentis.*

11. Contrarium oſtendit Boer. *dec. 264. nu. 15. v. quinimo hodie*, vbi, quod plura ſunt loca, & prouinciæ, in quibus non fit cōfiſcatio, bene verum eſt, vt di. it, quod iudices propter delicta atrocia fere ſemper confiſcant bona.

12. Crimen læſæ maieſtatis non punitur, neq; cadit in aliquos, præter Regem: ideo ſolus Rex habet confiſcationes bonorum, & facit gratias condemnatis: Boër. *de ſeditio. §. ſexto, num. 21. & ſeq.*

13. Prohibere qui poteſt delictum, & non prohibet, licet non teneatur, neq; puniri poſſit, ſecundum communem, & magis communem, licet ſit controuerſa opinio, tamen de conſuetudine Franciæ, ſi commiſſum eſt homicidium, quod pot it ab aſtantibus prohiberi, tenentur omnes obtinere à Principe litteras, quas vocant, innocentiæ, alias præſumerentur in culpa: Clar. in §. *fin. q. 87. num. 3. in fin. verſ. cæterum in Gallia.*

14. Conſuetudo eſt, quod ſi meretrix petat damnatum ad mortem ſibi matrimonio copulari, conſueuit quandoque liberari: Caſſane. ſuper *conſuet. Burgund. tit. des iuſt ces, §. 5. nu. 97.* Papo *lib. 24. tit. 10. ariſto 14.* quos citat Clar. §. *fin. q. 98. num. 6. verſ. quæro etiam.*

15. Item quod ſi laqueus ſuſpenſi rumpitur, conſueuit liberari, tamquam ex miraculo, ſeu innocens: Papo *lib. 4. tit. 16. ariſto 14.* quem ad hoc citat Clar. *d. q. 98. num. 9. verſ. vltimo quæro.*

16. Quod non adhibeatur ſacra communio delinquentibus damnatis in Francia atteſtatur Igneus *in l.1, in princ. n. 6. ff. ad Syllania.* quem ad hoc citat Clar. §. *fin. q* 99. *n.* 3. Sed quæro, quæ conſuetudo eſſet tollenda ex pietate Regis Chriſtianiſſimi, ſi delinquentes peterent poſſe communicari?

17. Francigenæ non ſunt poteſtate patris: ideo filiifam. poſſunt libere teſtari: Soc. *Reg.* 12. *filiusfamilias regulariter teſtari non poteſt, in tertia limitatione.*

FEVDVM FRANCORVM IVRE QVALE.

Idem Cardinalis Pract. Concluſ. Iuris, tomo III. F. concl. CXXVIII.

1. FOEudum iure Francorum ſolum tranſit ad primogenitum, ſi eſſet dictum pro ſe & filiis hæredibus deſcendentibus, quia ſi eſt additum *iure Francorum,* ad ſolum primogenitum ſpectat: Alexand. *conſ.* 30. *Viſis dubitationibus, in princ. lib* 6.

2. Et quod de iure Francorum ſoli primogeniti ſuccedant in fœudis dignitatum: Angel. *conſ.* 287. *Factum, ſuper quo conſilium, num.* 8. vbi quod de conſuetudine in omnib' fœudis ſolus primogenit' ſuccedit iure Francorū.

3. Declara tamen, quia de conſuetudine Franciæ fœuda hodie ſunt redacta ad inſtar allodialium, & tranſeunt ad fœminas.

GALLIÆ STATVTA, CONSVETVdines, & priuilegia.

1. IN Gallia eſt conſuetudo vniuerſalis, quod bona clericorum, quæ ob delicta confiſcantur, ſpectent & applicentur Dominis temporalibus, ſi ſunt immobilia, & ſola mobilia ſpectent ad Epiſcopum, vel Eccleſiam: Oldr. *conſ* 17. *vir. rurſus, n.* 5. *& ſeq.* vbi quod valet dicta conſuetudo.

2. Et quod fiant emptiones annuorum redditiuum ad vitam ementis, etiamſi fructus ſint exceſſiui contractus de conſuetudine, non eſt vſurarius: Oldr *conſ.* 207. *in fin.* vbi quod eadem conſuetudo eſt vniuerſalis quaſi per totum orbem, & quod de iure valent huiuſmodi emptiones propter incertitudinem vitæ ementis.

3. Notarii Imperiales & forenſes inter laicos non poſſunt rogari de inſtrumentis aliquibus in Francia: Boer. *deciſ.* 295. *n.* 14.

4. Inſtrumenta omnia habent in Francia exequutionem paratam, quia de ſtylo apponitur conſenſus partium: Boer. *d. deciſ.* 295. *n.* 6. 5. Fœu-

Digitized by Google

5. Fœuda de conſuetudine Galliæ poſſunt alienari, & ſunt in hoc redacta ad inſtar allodialium.

STATVS ECCLESIASTICI.

MEMBRVM I.

BISVNTINVS ARCHIEPISCOPVS, eiusque ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia.

CApitulum Eccleſiæ Biſuntinæ habet ius eligendi Archiepiſcopum, quia de anno 1502. pridie Nonis Nouembris ſub Alexandro Papa VI. anno vndecimo Pontificatus ſui, elegit Antonium de Vergeio in Archiepiſcopum, & Alexander VI. illum confirmauit, & de Eccleſia prouidit, & habuit effectum, vt vidi ſcripturas & iura.

MEMBRVM II.

GEBENNENSIS EPISCOPVS, ET ALIqua de eo.

1. GEbennenſis ciuitas, quæ appellatur Geneura, eſt ciu't s fœudalis Ducis Sabaudiæ conceſſa ab eodem Duce in fœudum & Comitatum, & ſuper quo Comitatu adeſt fideicommiſſum, & deuenit ipſe Comitatus in Robertum, qui fuit Clemens VI. de quo conſuluit Ægid. Bellam. *conſ. fin. per totum.*

2. Et vide Ægid. Bellamer. *conſ.* 48. *num.* 47. *verſ. Guilielmus tunc Comes,* vbi quod Guilielmus Comes Gebennenſis donauit inter viuos Comitatum Ioanni tunc Delphino de anno 1316. & ſtatim Delphinus redonauit Guilielmo cum pacto, quod omnes ſucceſſores faciant recognitionem, & fecit ſe Guilielmus ligium Delphino cum iuramento reciproco.

3. Et de anno 1338. cum Delphinatus eſſet translatus in primogenitum Regis Franciæ, & per illum facta ceſſio de Comitatu Duci Sabaudiæ, licet recognitio fuerit denegata, & propterea multæ lites

inter Comites Amedæos ortæ, tandem tranſactione facta Comes Gebennenſis recognouit Ducem Sabaudiæ.

4. De anno 1375. Petrus Gebennenſis Comes recognouit Comitem Sabaudiæ in Dominum, & in fœudum ligium recognouit dictum Comitatum, cui ſucceſſit filius Robertus factus Papa Clemens VI. vt prædicta refert Ægid. *d. conſ.* 48. *num.* 47.

5. Et quod Comitatus & Ciuitas Gebennenſis eſſet de fœudo Imperii prius, & non potuerit Comes recognoſcere Delphinum pro Domino ſuo: Ægid. *d. conſ.* 48. *num.* 8 *ver. circa quintum*, quia vaſallus, & fœudatarius vnius non poteſt alium dominum recognoſcere, vt idem Ægid. *d. conſ.* 48. *num.* 7. *ver. ad quartum.*

6. Finaliter dicit, quod Imperator declarauit Comitatum Gebennenſem à tempore Caroli Magni ſolum teneri ab Imperio, ſed tamen talis declaratio non præiudicauit Comiti Sabaudiæ abſenti: Ægid. *d. conſ.* 48. *nu.* 15. *verſ. ſeptimo quæri poteſt.*

7. Poſtquam igitur deuenerat ad Robertũ, qui fuit Clemens VI. ipſe debuit forte donaſſe Eccleſiæ & Epiſcopo Gebennenſi, quia Guido Pap. in *c. ſi duobus*, *in princ.* pro abſoluto ponit, ipſos Gebennenſes eſſe de temporali iuriſdictione Eccleſiæ, & ideo eis ſeruari debet Ius Canonicum, & appellant ab omni grauamine.

MEMBRVM III.

GRATIANOPOLIS ECCLESIA, & eius priuilegia.

1. HAbet Cathedralem Eccleſiam ordinis S. Auguſtini, & infra eamdem ciuitatem eſt alia eccleſia eiuſem ordinis, in qua ſunt inſtituti quatuor Canonici, & Prior debet eſſe Canonicus Cathedralis, & iſti quatuor Canonici ſi volunt inſeruire in Cathedrali, debent habere diſtributiones ſeruientium: ita Ægid. Bellamer. *conſ.* 6. *num.* 3. *verſ. ſecundus articulus*, vbi quod iuriſdictio ex ſententia arbitri antiqua in Canonicos & ſeruientes Cathedrali ſpectat ad Decanum exceptis certis caſibus, in quibus ſpectat ad Epiſcopum.

2. Et quoad iſtos quatuor Canonicos in Eccleſia particulari, Ægid. dicit, quod ſubſunt Epiſcopo, qui habet intentionem fundatam quoad

omnia,

omnia, quia ſententia arbitri ſtricte in odioſis eſt intelligenda. Et quia iſti ſunt ſeruitores voluntarii, non neceſſarii, ideo non comprehenduntur appellatione ſeruientium, niſi in actu ſeruitutis delinquerent, quia tunc ſubſunt Dec no; ita Ægid. *d. conſ. 6. num 3. & ſeq. verſ. ſecundus articulus.*

3. Epiſcopus Gratianopolis eſt in poſſeſſione conferendi beneficia iuris patronatus ex cauſa permutationis ſine præſentatione & conſenſu patroni per XXXV. annos, & quia eſt in bona fide, quia conſuetudo eſt cœpta tempore prædeceſſoris, idcirco in poſſeſſorio debet manuteneri, & in petitorio requiritur præſcriptio XL. annorum, quia eſt contra canones: Ægid. *d. conſil. 6. in princ.*

MEMBRVM IV.

BELVECENSIS EPIſcopus, eiusque ſtatuta. conſuetudines, & priuilegia.

EX DOMINICI THVSCHI CARD. ROM. Pract. Concluſ. Iuris, tom. I. B. concl. XLIII.

CIVitas Beluecenſis licet ſit Regni Franciæ, tamen Epiſcopus in ea præſcripſit ab immemorabili tempore citra merum & mixtum imperium, & facultatem creandi Notarios etiam priuatiuè quoad Notarios Regis: Bald. *conſ. 201. Caſus eſt talis, lib. 2.*

MEMBRVM V.

AVINIONENSIS CIVITAS, ET STATVS eſt Eccleſiæ Romanæ, eius ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia.

1. CIuitas Auinion eſt de temporali iuriſdictione Romanæ Eccleſiæ, & Sedis Apoſtolicæ: Signorol. *conſ. 219. nu. 1. & per totum.*

Digitized by Google

2. Et non facit alicui remiſſionem delinquentium, prout nec alii Principatus, nec Comitatus, de quibus Ægid. Bellam. *conſ. 11. num. 7. ver. ad propoſitum.*

3. Non eſt in Regno, neq. de Regno Franciæ ſtatus Auinionenſis, ſed extra Regnum, ideo Rex non poteſt in eo citari facere: Ægid. Bellam. *conſ. 40. num. 32. & 34. vbi latè.*

4. In ſtatu Auinionenſi, quod eſt Romanæ Eccleſiæ, Papa habet multa caſtra, quæ ſunt ſub iuriſdictione Imperii, & licet Papa ipſa caſtra conceſſerit in fœudum ligium, tamen talis conceſſio fuit nulla: Ægid. Bellam. *conſ. 33. num. 41. & ſeq. ver. primo quæritur*; Et eſt Comitatus Valentinenſis cum caſtro de Motellinis, quæ fuerunt conceſſa in fœudum pro florenorum triginti millibus: imo *num. 54 verſ. præterea quod ſaltem*, dicit quod ſunt caſtra ſeptuaginta ſex: quorum pars eſt ſub dominio Imperii, alia pars Eccleſiæ Romanæ, & aliarum Eccleſiarum, & quòd Comes ſe recognouit fœudatarium pro omnibus Eccleſiæ Romanæ, quia Papa promiſit centum quinquaginta octo millia florenorum, vt *nu. 60.* & per totum, vbi inſerit pacta contractus.

5. Auinion ciuitas fuit electa vna ex tribus ciuitatibus, in qua celebrari deberet Concilium Baſileæ, in quo Græci conueniebant, & Auinionenſes promittebant mutuare pro Concilio florenorum ſeptuaginta millia, tamen fuit translatum Ferrariæ, quia Græci conſenſerunt, licet Concilium Baſilienſe non vellet conſentire. Pro Concilio conſuluerunt Rom. *conſ. 352. Quæritur primo*, per totum, Caſtr. *conſ. 228. lib 2.* pleniſſime Abb. ſatis intereſſatus, & appaſſionatus in ſermone ſuo de Concilio, vbi inuehitur contra Eugenium, quia voluit Concilium transferre, prout tranſtulit ad ciuitatem Ferrariæ ex cauſa legitima.

6. Conſuetudo & priuilegium Auinionenſibus Aulicis competit, quod ſint ciues Auinioni, quia Gregorius, quando trāſtulit Curiam Romanam, ita conceſſit: Ægid. Bellam, *conſ. 24. in princ.*

7. Conſuetudo eſt Auinioni, quod parentes poſſunt eligere, vbi velint, pro eorum impuberibus filiis: Oldrad. *conſ. 225. Grauamina, col 2. nume. 7. verſ. duodecima:*

8. Eccleſia S. Deſiderii Auinionenſis fuit ædificata à Cardinale Bertrando de Dioceo Epiſcopo Sabinenſi.

9. Epiſcopus Auinionenſis habet multa caſtra, & in ſpecie caſtrum Barbentanæ, in quibus tam ex priuilegiis Imperialibus, quam ex antiqua conſuetudine immemorabili exercet merum & mixtum imperium, & regalia

galia abſolute, prout alij Domini temporales Imperiales ſolent exercere; & propterea præſcripſit iꝰ piſcandi in flumine publico, quia prohibuit per X. & XX annos omnibus, & acquieuerunt, plene Ægid. Bellam. *conſ.* 7. *in princ.* & per totum.

10. Item habet caſtrum de Lertio ſibi fœudatarium: Ægid. Bellam. *conſ.* 1. *num.* 11. *& ſeq.* vbi eſt etiam Caſtrum nouum, & alia caſtra, vt in duobus inſtrumentis ibi regiſtratis, quæ videas.

11. Caſtrum Barbentanæ erat Eccleſiæ Auinionẽſis, & fuit conceſſum cuidam Georgio pro ſcutis viginti mille, quos expendiderat in fauorem Eccleſiæ Romanæ tempore Clementis Papæ, qui in defenſione Reginæ Ioannæ Siciliæ aduerſus Bartholum, & adhærentes inimicos Reginæ expendidit: Caſtr. *conſ.* 415. *In facto præſenti*, per totum *lib.* 1. vbi, quod valuit dicta alienatio, quia Papa eſt dominus, & habet liberam adminiſtrationem omnium Eccleſiarum.

STATVS LAICI.

MEMBRVM VI.

DVX BVRGVNDIÆ, ET EIVS FACTA.

1. DVx Burgundiæ habuit guerram cum Duce Auſtriæ, & occupauit in bello plura Caſtra in territorio Tridentino, ſubiecto Duci Auſtriæ, Domino ciuitatis Tridenti, tandem fecerunt compromiſſum in Epiſcopum Tridentinum, factaq. pace inter eos, dubitabatur, an ex laudo lato per Epiſcopum Tridentinum XIV. loca eſſent reſtituenda Duci Auſtriæ, pro quo conſuluit Abb. *conſ.* 62. *In controuerſia*, *lib.* 2. per totum.

2. In pace prædicta ſecundum capitula pacis, Dux Auſtriæ donauit ciuitatem Agrigentinam cum ſuis pertinentiis Duci Burgundiæ: Abb. *d. conſ.* 62. *col.* 6. *n.* 12. *ver. ſecundo facit*, *lib.* 2.

3. Habet ciuitatem Biſuntinam, quæ eſt de Comitatu Burgundiæ, & ſub Imperio, vt per Ægid. Bellam. *conſ.* 42. *in princ.*

MEMBRVM VII.

SABAVDIA EST PROVINCIA IN ITALIA, & ciuitas extra Italiam.

1. SAbaudia eſt prouincia in Italia, quæ eſt Ducis Sabaudiæ: Abb. *conſ.* *ſuper concilio Baſilienſi*, *in primo dubio*, *col.* 5. *v. & dum dicitur.*

2. Sabau-

Digitized by Google

2. Sabaudia eſt ciuitas extra Italiam in Auſtria, vt dicit Abb. *conſ. ſuper Concilio Baſilienſi*, vbi in *princ. num.* 3. dicit, quod à Græcis fuit electa pro Concilio, ſed poſtea capta occaſione pœnituerunt, aſſerentes elegiſſe Sabaudiam in Italia, vt in *primo dubio, col. 5. verſ. & dum dicitur.*

DVX SABAVDIÆ, EIVS FACTA, & priuilegia.

1. DVx Sabaudiæ, Comes Sabaudiæ appellabatur tempore Oldradi, vt ipſe commemorat *in conſ.* 178. quod habebat bellum cum Marchione Montisferrati; imo etiam tempore Baldi, vt ipſe Bald. *in conſ.* 209. *Quidam ſubditus, lib.* 2. vbi commemorat quaſdam differentias inter Comitem Virtutum, qui fuit poſtea Dux Mediolani, & Comitem Sabaudiæ, ob turbatas iuriſdictiones, & latius *conſ.* 121. *Orta guerra, lib* 3. vbi ponit caſum inter Lucium & Mæuium, de quodam bello, & Lucius erat Comes Sabaudiæ, & Mæuius erat Comes Marchio Luciarum ſeu Salutiarum vt declarat in conſilio, quod occaſione fœudi certorum caſtrorum Comes Sabaudiæ indixerat bellum Comiti Luciarum, quia nolebat recognoſcere fœudum, & quia Marchio Salutiarum habuit recurſum ad Regem Franciæ, Rex apponi fecit ſua inſignia in Caſtro, contra quod bellum indicebatur & ſcripſit Comiti Sabaudiæ, vt vellet deſiſtere à bello, & Comes remiſit cognitionem in Regem cum proteſtatione, quod non tanquam in ſuperiorem. Et idem repetit Bald. *conſ.* 217. *Orta guerra, & conſ.* 218. *lib.* 3. vbi clare deducit, quod Comes Sabaudiæ non eſt ſubiectus Regi Franciæ, in quibus locis ſunt epiſtolæ ſcriptæ: Et Signorol. *conſ.* 108. *In quæſtione*, vbi de differentiis inter Comitem Sabaudiæ Amadæum, & Iacobum Principem de Sabaudia. Et tempore Ancharani erat Comes, vt ipſe dicit *conſ.* 310. *Tres Domini*, per totum, vbi contra eum conſulit pro Marchione de Buſca, & Marchione Montisferrati.

2. Vaſſallus eſt Imperii Comes Sabaudiæ, & nullo modo ſubiectus Regi Franciæ: Bald. *d. conſ.* 121. *numer.* 10. *verſ. ſecundo alia principali, lib.* 3. vbi quod propterea non potuit compromittere de fœudis Imperii in Regem Franciæ; & idem tenet *conſ.* 218. *Petita venia, in princ.* & latius *colum.* 2. *verſ. nam etſi Marchio, lib.* 3. licet poſtea fuerit ab Imperatore effectus liber & francus ex particularibus priuilegiis, infrà *numer.* 10. *& numer.* 13.

3. Ha-

Digitized by Google

3. Habuit guerram cum Comite Virtutum Imperiali Vicario, Ioanne Galeatio Vicecomite, eius nepote: (Nam Ioannes Galeatius erat filius filiæ Comitis Sabaudiæ) & tamen inter ſe fecerunt pacta confœderationis & pacis, vt per Bald. *conſil.* 241. *Verba capituli, lib.* 3.

4. Tempore Baldi gubernabat Comitiſſa Bona Borbonia, tutrix pupilli Comitis, vt per Baldum *conſilio trecenteſimo ſeptuageſimo ſexto. Ex iis etiam concluditur, libro quinto.* vbi, quod tutrix habet pleniſſimam adminiſtrationem, maxime quando eſt dictum, vt hic, vbi ponit verba teſtamenti Comitis circa hoc; & idem Bald. *conſilio ducenteſimo nonageſimo quarto. Dicta particula, eodem libro quinto.* vbi quod non cenſetur relicta tutrix, ſed bene adminiſtratrix, & ideo habebit gubernium, ſed tamen non poteſt infœudare, vel ſubinfœudare caſtra, licet ſit relicta Adminiſtratrix, & Domina, & vſufructuaria.

5. Guerram habuit cum Marchione Montisferrati, & obtinuit ciuitatem Montis Regalis ſeu Montis Vici, cum nonnullis caſtris Marchionalibus, tandem fecerunt treguam, & compromiſerunt in Ducem Mediolani Comitem Virtutum: Angel. *conſ.* 367. *& in conſ.* 368.

6. Item habuit iterum bellum cum ipſo Marchione, prout mutatis nominibus conſuluit Franc. Aretin. *conſilio decimo quarto. Viſo & diligenter*, per totum.

Vide, *Mantuæ Dux, & eius facta, & priuilegia, conſil.* 73.

7. Item obtinuit à Clemente Papa ſibi concedi caſtra Diani, Rodelli, Rodi, Piani, & Verdini, quoad directum dominium, quæ ſunt caſtra in territorio Albæ, ſuper qua conceſſione Anchar. *conſilio* 310. *Tres Domini.*

8. Conſilium Sabaudiæ eſt idem cum Duce, ideo in cauſis, in quibus ipſe Dux non eſt competens iudex, neque eius Conſilium poteſt iudicare: Signorol. *conſ.* 108. *in prin.*

9. Iacobus Princeps de Sabaudia eſt fœudatarius Comitis ſeu Ducis Sabaudiæ, ſed tamen non eſt iudex Comes in cauſa pedagii: Signorol. *dict. conſ.* 108. *in prin.*

10. Pedagia, & onera, & angarias poteſt Comes concedere, & imponere, imo etiam Iacobus de Sabaudia Princeps, licet ſit vaſallus Comitis, hoc poteſt de conſuetudine, & ex priuilegio Caroli Imperatoris: Signor. *d. conſ.* 108. *per totum.*

11. Gebennenſis Ciuitas eſt Ducis Sabaudiæ: Bald. *conſ.* 333. *Ad intelligentiam, col.* 2. *verſ. videmus etiam quod alii Duces, lib.* 1.

E 12. Con-

Digitized by Google

12. Conſuetudo eſt in Sabaudia, & regione Pedemontana, quod fœudum probatur ex profeſſione, & ex libro Regeſtri, quod tamen non eſt in Marchionatu Salutiarum, neque in alijs regionibus: Brun. *conſ.* 117. *colu.* 35. *verſ. quod ſi vndecimum.*

13. Habet iura Imperialia Dux Sabaudiæ, & alij Duces & Marchiones Magni, quia eo ipſo, quod habent merum & mixtum imperium, & perpetuam adminiſtrationem, in eis ſuprema ſuperioritas, quæ in Imperatore propter excellentiam reſeruata, tranſit. Et ideo Dux Sabaudiæ poteſt creare Duces, & Marchiones: ſecus ſi ſunt inferiores Duces, quia in iſtos non tranſit ent reſeruata Imperatori: Roland. à Valle *conſ.* 4. *num.* 41. *& ſeq. lib.* 3.

MEMBRVM VIII.

PROVINCIALES HABENT SVVM Principem liberum.

1. BERENGARIVS Cõmes Prouinciæ non recognoſcit Imperium, neque alium ſuperiorem, quia eſt Princeps abſolutus, & habet iura Imperij in ſuo Comitatu: Ægidius Bellamer. *conſil primo, num. trigeſimo ſexto.*

2. Et amant Prouinciales ſuas conſuetudines.

MEMBRVM IX.

SALVTIARVM CIVITAS, MARCHIONATVS, & eius ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia.

1. MARCHIO Salutiarum eſt fœudatarius Regis Franciæ, & reſpectu nonnullorum caſtrorum etiam erat fœudatarius Comitis Sabaudiæ, inter quem Comitem Sabaudiæ & Marchionem orta guerra, Marchio recurſum habuit ad Regem Franciæ, qui ſe interpoſuit, & dedit ſententiam contra Comitem, ſuper cuius inueſtitura Bald. conſuluit *conſil.* 121. *Orta guerra, lib.* 3. *& conſil.* 217. *Orta guerra, lib.* 3, vbi, quod ex quo Rex

Digitized by Google

Rex non poteſt præcipere Comiti, is poteſt appellare ad Papam, imo *conſ.* 218. *Petita venia, per tot. lib.* 3. dicit Comitem Sabaudiæ eſſe ligium vaſallum Imperij, & quod poteſt vel ad Papam, vel ad Imperatorem recurrere pro iuſtitia.

2. Marchiones Salutiarum ſunt fœudatarij Imperatoris, licet in aliquibus ſint fœudatarij Ducis Sabaudiæ, & ideo cum ipſi Marchiones in bello occupaſſent caſtrum Mulazzani, & Dux Sabaudiæ cauſam commiſiſſet ſuo Conſilio, & Conſilium pronuntiaſſet, quod reſtitueret dictum caſtrum Furianis ſpoliatis, appellauit ad Imperatorem, qui cauſam commiſit, & Iaſon *conſil.* 60. *libr.* 1. conſuluit pro appellatione, & non exequutione, quia cum caſtrum Mulazzani non ſit fœudum Ducis, nō habet iuriſdictionem, & ſi eſſet, quia Marchio Salutiarum eſt titulatus, tunc controuerſia coram Imperatore debet tractari, *ca.* 1. *apud quem, vel apud quos controuerſ. fœudi terminari debeat, cap. ſi inter pares, de leg. Corradi.*

Digitized by Google

PARS III.

DE IVRE STATVVM ITALICI IMPERII, QVA ECCLESIASTICOrum, quà Laicorum.

ITALIA EST PROVINCIA VNIVERSALIS, & facta diuerſa Italia.

1. ITALIA eſt prouincia vniuerſalis, continens in ſe plures prouincias, vt dicit Barto. in *Extrauag. qui ſint rebelles, in ver. Lombardia, in pr. numer. 2. verſ. quadam eſt diuiſio*, vbi diſtinguit prouincias particulares, prout Lombardia, Tuſcia, & ſimiles, quæ ſunt particulares; & alias, prout Italia, Francia, Germania, & ſimiles, quæ ſunt vniuerſales, & iterum in verb. *Italia.*

2. Sumitur etiam Italia pro omni regione, in qua lingua Latina profitetur, licet comprehendat plures prouincias; Bart. in *Extrauag. qui ſunt rebelles, in ver. Italia.*

3. Italia erat in armis diuiſa per confœderationes, & poſtea fuit pacata: vide plene Bald. *conſ.* 147. *Orta guerra, per tot.* vbi ponit quæ ciuitates, & qui Principes eſſent confœderati ſimul, & de prætenſionibus eorum, & de interuentu ciuium pro concordia, & qualiter concordia fuerit declarata.

4. Itali milites de more Italorum ſunt ſoliti violentias & extorſiones facere; Bald. *conſ.* 137. *Quidam Nobilis, libr.* 1. *in princip. & conſ.* 126. *eodem. lib. in princ.*

ITALIÆ CONSVETVDO, STAtuta, & priuilegia.

1. Conſuetudo eſt in Italia, quod fructus ſeminantur vno anno, & colliguntur alio; ideo expedit habere poſſeſſiones locatas diſpari numero annorum; Lap. *Allegat.* 81. *Quæris cum locatio, n.* 5. *verſ. item ſecundum.*

2. Conſuetudo Italiæ præſcripta eſt, quod licet collecta ſit munus perſonale, quia imponitur perſonæ pro reb. & ideo forenſib. imponi non poteſt, ſecus in Italia: Bar. *in l.* 1. *C. mulier, & in quo loco, lib.* 10. Alex. *conſ.* 101. *Viſis inſtru-*

*inſtrumentis,nu.4.verſ.& dicit Bart.lib.*1.vbi Apoſtilla in verb. *conſuetudinem*, dat plures concord.& dicit ita etiam practicari in Regno Franciæ.

3. Statuta excludentia fœminas ad conſeruationem familiarum in Italia,vt plurimum fuerunt,vt inquit Soc.*conſ.*163.*Non fuiſſet opus,lib.*2.

4. Et maxime circa filias fœminas dotatas, vt non ſuccedant, extant ſtatuta communiter per Italiam:Ang.*conſ.*136.*in quæſtione,in fin.*

5. Iudæorum libris creditur ex obſeruantia,quæ de facto ſeruatur in Italia propter conceſſiones capitulorum,quæ fiunt ipſis Hebræis: Soc.*conſ.* 62.*In præſenti conſultatione.n.*6.*lib.*1.

6. Statuta ſunt per Italiam,quod mulieres & minores non poſſint contrahere ſine conſanguineorum aut proximiorum conſenſu:Ang.*conſ.*143. *Tria videntur*,ante medium.

LOMBARDIAE POPVLI, ET CONſuetudines.

1. POpuli Lombardiæ ſunt ſubiecti Imperio, & illi iuramento fidelitatis adſtricti per Pacem Conſtantiæ:Caſtillio *conſ.*13.*nu.*20. quod intelligas ſecundum tenorem Pacis Conſtantiæ,& quoad expreſſos in ea.

2. Bellum omne dicitur licitum de conſuetudine Dominorum Lombardiæ,quando fuit publice indictum:Caſtillio *conſ.*12.*n.*6.*verſ.amplius.*

LONGOBARDI VNDE, ET DE LEge Longobardorum.

1. LOngobardi Reges fuerunt ex Germania, & dicti ſunt à longis barbis, & quanto tempore regnauerint, & de Legibus Longobardorum,plene Marantha *in Praxi,*3.*p.n.*94.*& multis ſeq.*

2. Ius Longobardorum dicitur aſininum,& ſine ratione, ideo iniquũ: Marant.*d.Praxi,par.*3.*n.*121.

3. Et eſt locale:Maran.vbi ſup.*n.*130.

4. Diſponit, quod cognati non ſuccedant ſtantib. agnatis,in tantum, quod nec mater ſuccedit filio:Maranta in *Praxi,*3.*par.n.*127.

5. Item naturales non excluduntur à filiabus fœminis, legitimis, & naturalibus:Marant.vbi ſu[illegible]7.

6. In Sicilia an ſeruetur primo ius Longobardorum, an ius commune Romanorum, eſt magna controuerſia, & verior eſt opinio, quod viuentes more Longobardorum vtuntur iure Longobardorum; viuentes more Romanorum vtuntur iure Romanorum communi. Hodie de conſuetudine viuunt omnes more Romanorum: plene Marant. vbi ſupra, *nu. 95. & ſeq.* vbi plura adducit, & in *quæſt. 2.* quam ponit poſt praxim.

7. Mondualdus datur mulieribus contrahentibus, & etiam teſtantibus de iure Longobardorum; alias non valet teſtamentum: Marant. *d. Praxi, in 3. par. n. 123.*

STATVS ECCLESIASTICI.

MEMBRVM I.

LATERANENSIS ECCLESIAE PRIuilegia, conſuetudines, & ſtatuta.

1. ECcleſia Lateranenſis habet priuilegium, vt in fundis ſuis poſſit ædificare Eccleſias, & capellas cum altari, & celebratione Miſſarum: Calderin *conſ. 527. in prin.* alias 12. *de priuileg.*

2. Declara tamen, quod huiuſmodi priuilegium non extenditur ad prædia poſtea quæſita, quia agitur de præiudicio Ordinarij, quia in iſtis non poſſunt ſine ordinarij licentia: Calderin. *dict. conſilio* 527. alias 12. *de priuileg.*

3. Vnde dicatur Eccleſia *Laterana*, ponit Rebuff. in *Gloſſis concord. tit. de approbatione conuentorum, in prin. pag.* 50. vbi ex Alberico, quod quaſi *latens rana*, quam ibi euomuit Nero, quæ amplius viſa non eſt, & putat ipſe, Neronem ibi euomuiſſe Diabolum in ſpecie ranæ, quæ diſparuit.

4. Hæc Eccleſia eſt Cathedralis Vrbis Romæ, & Epiſcopatus Summi Pontificis, & Papa poſt coronationem ſolet ad eam perſonaliter accedere, & poſſeſſionem ſolemniter capere, & populum benedicere, ſed tamen Rebuff in *Concorda. in verb. Leo Epiſcopus*, dicit, quod Papa bene dicitur Epiſcopus ratione ordinis, quia non datur maior ordo, ſed negat eſſe Epiſcopum Eccleſiæ Lateranenſis, quia eſt Epiſcopus vniuerſalis, ſed imo vtrumque credo verum, quod ſit Epiſcopus vniuerſalis tanquam caput Eccleſiæ, & et-

Digitized by Google

& etiam ſit Epiſcopus Vrbis Romæ & Lateranenſis Eccleſiæ, quia iſta poſſunt ſtare ſimul, & epiſtola, *inter claras*, C. directa Iuſtiniano continet, quod Ioannes Papa ſe inſcribit Epiſcopum Romæ, & Imperator ibi appellat Archiepiſcopum & Patriarcham Vrbis Romæ.

MEMBRVM LI.

RAVENNÆ ARCHIEPISCOPVS, EIVS ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia.

1. Rauennæ ciuitas eſt in Romandiola, prout caſtrum Foſſignani; Ancharan. *conſil.* 142. & quod ſit de prouincia Romandiolæ, quæ eſt ſubiecta prouincia Eccleſiæ Romanæ: A g. Aret. *conſ.* 108. *In conſultatione, nu.* 16. *verſ. tertio etiam præmitto, & n.* 30. *&* 31 *verſ. ſexto*, vbi, quod ius Canonicum in ea attendi debet.

2. Fuit ſub dominio particulari Dominorum Rauennæ; qui ſubſtinebant de facto Fratrem Benedictum Cambiatorem Abbatem S. Victoris notorie per ſententiam priuatum: Zabarel. *conſ.* 114. per totum.

3. Polentorum familia in ciuitate Rauennæ, & diſtrictu vltra 100. annos exercuit liberam iuriſdictionem, ſciente & patiente Papa: Anch. *conſ.* 142. *Clarior, n.* 7.

4. Et Opizo Polenta erat Dominus Rauennæ tempore Angel Aret. vt ipſe atteſtatur *conſil.* 120. *In cauſa de confinibus*, vbi inter Opizonem & Marchiones Eſtenſes erat differentia confinium inter Rauennam & Argentam, quia vtraque Communitas prætendebat habere territorium, & iuriſdictionem in rupta S. Blaſij, & caſtri, & locorum comprehenſorum, & conſuluit pro Marchionibus Eſtenſib. & Argenta, contra Polentos & Rauennates, vbi iura in facto recenſet vtriuſque partis.

5. Archiepiſcopus Rauennæ nominatur poſt Archiepiſcopum Mediolani, ideo illi cedit: Collegium Paduanum *conſ.* 2. poſt conſ. Zabarell. *num.* 20.

6. Archiepiſcopus Rauennæ eſt dominus directus bonorum villæ Ducatus, quæ conceſſa fuerant Marchioni Alberico ſeu Alberto, & ipſe ceſſit iura ſua, quæ habet D. Ioann. de Robertis, & Alex. *conſ.* 187 *In hac cauſa, lib.* 2. per totum, maxime *n.* 4. *& ſeq.* conſuluit pro Archiepiſcopo, quod ſunt deuoluta ad Archiepiſcopalem menſam, quia non acceperunt ſcientes bona emphy-

Digitized by Google

emphyteutica inueſtituram infra annum, vt tenentur vigore Bullæ Apoſtolicæ.

7. Et quod Eccleſia Rauennatenſis ſit domina integræ villæ Ducatus, dicit Alex. *d. conſilio* 187 *in fin. num. 17. verſ. ad confirmationem. libro* 2. probari ex locatione facta de anno 1266. in quo inſtrumento locat integram villam Ducatus D. Brachino Opizoni de Rizabellis, & per alia inſtrumenta 1268. conſtat, quod bis ſoluit Canonem: item ex inueſtitura facta poſtea ipſi Marchioni Alberico de anno 1383. in emphyteuſim, & vlterius *num.* 16. & 17. dicit, quod dictæ Eccleſiæ Rauennæ de anno 1273. Alexander Papa conceſſit villas Bandi, & Ducatus, cum omnibus pertinentiis & iuribus earundem, & quod poſſeſſio & dominium ex tali priuilegio tranſlatum fuit ſine apprehenſione poſſeſſionis.

8. Canonici Rauennatenſes appellantur Cardinales, alii vero appellantur Ordinarij: Collegium Bonon. *conſ.* 1. poſt conſ. Zab. *n.* 60.

9. Habet Suffraganeum Epiſcopum Regienſem, & ſic conſtat, quod de iure Canonico Lombardia non eſt prouincia, quia Cremona eſt ſub Archiepiſcopo Mediolani, Regium ſub Archiepiſcopo Rauennæ: Bart. *in extrauag. Qui ſint Rebelles*, in verb. *Lombardia*, in princ. allegat Bernard. in cap. *coram, de electio.*

10. Fuit occupata à Venetis, qui exercebant in ea iuriſdictionem tempore Angeli Aret. vt in *conſ.* ſuo deciſiuo 42. *In cauſa mihi conſulenda*, & *conſil.* 88. *In cauſa*, in princ.

11. Concordia facta inter Clerum & populum Rauennæ non potuit tollere ius quæſitum, vt in emphyteuſi Eccleſiaſtica recepta pro maſculis præiudicetur vocatis, & fœminæ admittantur: Alexand. *conſ.* 44. *Viſo themate.*

12. Pacta & conuentiones inter Clerum & populum Rauennæ per 300. annos & vltra tempore Petri de Anchar. vt ipſe dicit *conſ.* 125, *num.* 9. & *ſeq.* continent, quod bona emphyteutica eccleſiarum poſſint vendi, legari, & ab inteſtato tranſeant in deſcendentes & tranſuerſales, adeo quod effecta ſunt quaſi patrimonialia, & ſubiacent ſtatutis de ſucceſſione loquentibus.

13. Bulla Apoſtolica extat Rauennæ, quod ementes bona eccleſiaſtica emphyteutica teneantur infra annum petere inueſtituram, alias bona deuoluantur ad Eccleſiam: Alexand. *conſilio* 187. *numer.* 6. *verſi.* & *ſi dixerint, lib.* 2. & ibi *num.* 10. *in fin. verſic.* & *per prædicta, cum ſeq.* declarat bullam, vt licet concedat, quod emphyteuta poſſit vendere ius ſuum ſine licentia, intelligit ſi

Digitized by Google

git ſi vendat reſeruato iure Eccleſiæ, alias cadit, & eſt bulla odioſa, & ſtricte interpretanda.

14. Statutum Rauennæ excludit fœminas ſtantibus maſculis, ideo emphyteuſis recepta pro ſe, & hæredibus, intelligitur de maſculis, vt recipiens videatur ſe conformare cum ſtatuto; Alex.*conſ*.44.*n*.2.*lib*.1. & idem tenet Anchar.*conſ*.125.*Viſis & diligenter*;*n*.11.*verſ.ſecundo principaliter*, & ponit verba ſtatuti, *n*.3.

15. Extende, quia etiamſi pater receperit emphyteuſim, pro ſe & filiis, licet appellatione filiorum & liberorum veniant tam maſculi quam fœminæ, tamen ſtante ſtatuto & conſuetudine, quod maſculi excludant fœminas, ſtipulatio intelligitur de maſculis: Anchar.*d.conſ*.125.*n*.9.*& ſeq*. vbi loquitur in terris emphyteuticis Eccleſiæ.

16. Statutum Rauennæ, quod mulieres dotatæ non ſuccedant in emphyteuſi, quod intelligitur tam de Eccleſiaſtica quam non Eccleſiaſtica, tam propter pacta ciuitatis cum Clero, quam etiam de iure cõmuni, quia vtile dominium eſt laici: Anchar.*conſ*.125.*nu* 3.*& n*.15.

17. Decretum habet nullatiuum, quod nullus poſſit facere ſe inueſtire de bonis emphyteuticis, ſeu cenſualibus, de quibus alius primo erat inueſtitus: Ang.Aret.*conſ*.88.*In cauſa*;*fin*.

18. Statutum habet, quod vendere & alienare volens teneatur vendere proximioribus & vicinis volentibus emere, quod ſtatutum non habet locum in permutatione, quia licet loquatur ſtatutum in vendente, dante in ſolutum, & alienante, & verbum *alienationis* latiſſimum compræhendat permutationem, non tamen in caſu iſto, quia ſtatutum odioſum, ergo reſtringendum, & quia loquitur de precio ſoluendo, quod non poteſt conuenire permutationi, etiam ſi fiat in parte in re ſtabili, & in parte in pecunia, quando maior pars eſt res permutata; ita plene Ang.Aret.*conſil*. ſuo deciſiuo 42.*In cauſa mihi conſulenda*. per tot. vbi allegat pro vtraque, & hanc tuetur, & reſpondet omnibus contrariis.

19. Contrarium conſuluit Alex. *conſilio* 63. *In cauſa & lite, libro* 7. vbi, quod mentio pretij fit in verbo, *vendere*, & in verb. *alienare*, & *alienationis* verbum compræhendit omnem alienationem & permutationem, maxime procedit, quando permutatio fuit partim permutatio, & partim alienatio, quia cenſetur in fraudem, & maxime quando plus importat pretiũ datum, quam res permutata, & quia permutans ſoluit gabellam, & poſuit cridas ad fauorem vicinorum, & ibi Apoſtil. approbat.

20. Iſtud ſtatutũ de retractu conſanguineorũ proximiorũ, & vicinorũ,

Digitized by Google

licet requirat quod fiat notificatio emptionis in platea per præconem,& tunc currat menſis ad retrahendum, tamen etiam non facta notificatione, ſi conſanguineus vel vicinus ſciuit, currit ſibi tempus, quia notificatio fit ad certiorandum vicinum, ergo cum ſit certus, non requiritur alia certioratio: Alex. *conſ.* 138. *Viſo puncto* per totum, *lib.* 7.

21. Contrarium tenet Apoſtil. ad Alex. *d. con.* 138. *in ver. non poſſe*, *lib.* 7. vbi, quod donec ſit facta notificatio, ſemper eſt in termino retrahendi, niſi lapſa eſſet præſcriptio iuris communis 30. annorum, vel 10. inter præſentes, & 20. inter abſentes, & ipſemet Alex. ibi *nu.* 8. *verſ. ex alio capite*, videtur fateri, quod dictum ſtatutum ſit formale, & qui nititur ſtatuto, debet docere quod concurrant & ſeruatæ ſint qualitates ſtatuti.

22. Adde etiam, quod huiuſmodi ſtatutum reſpectu actoris ad redimendum eſt formale; ideo qui vult agere ex iſto ſtatuto, debet probare ſe impleuiſſe omnes qualitates à ſtatuto requiſitas, & pretium ſoluiſſe, prout ſtatutum requirit, alias obtinere non poteſt: Alex. *conſ.* 138. *n.* 7. & 8. *verſ. ex alio capite*, *lib.* 7. vbi Apoſtil. in verb. *formam*, dat concord.

23. Non habet locum hoc ſtatutum in bonis emphyteuticis Eccleſiæ, & deuolutis: Alex. *d. conſ.* 138. *n.* 8. *verſ. poſſet & alio fundamento*, *lib.* 7.

24. Quod cauſæ inter coniunctos debeant compromitti, & quod lato laudo Poteſtas, & eius Vicarius vinculo iuramenti faciant obſeruari cũ exactione pœnæ, & aliis remediis, compræhendit etiam minores, ſed tamen non tollit appellationem, & reductionem, quia cum ſit laudum latum, & compromiſſum ex neceſſitate, æquiparatur ſententiæ, & ſicuti à ſententia datur appellatio, ita etiam à laudo, quod ex neceſſitate fit compromiſſum, & recipit interpretationem paſſiuam à iure communi. Et dum dicit ſtatutum, debere Poteſtatem & Vicarium eius facere ſeruari, intelligi debet, ſi non eſt appellatum; ita plene Ang. Areti. *conſ.* 108. *in conſultatione*, per totum, vbi pro vtraque parte, hanc tuetur, & contraria tollit, & maxime quia ciuitas Rauennæ eſt de ſtatu Eccleſiæ, & ius Canonicum in dubio ſeruandum.

25. Statutum, quod nullus debeat inueſtiri de bonis, de quibus alius eſt inueſtitus, vel de quibus alius eſt poſſeſſor, niſi ſeruata certa forma, eſt etiam in ciuitate Ceſenæ, vt in verb. *Ceſena*, *concl.* 201. vbi videas, quod habet locum in bonis eccleſiaſticis: & ſuper ſtatuto Rauennæ Alex. *conſil.* 81. *Lecto*, *numer.* 17. & *ſeq. libr.* 3. dicit, quod tale ſtatutum non denegat poſſeſſionem naturalem, neque habet locum, quando alius inueſtituram nullam haberet de eadem re.

MEM-

Digitized by Google

MEMBRVM III.

MEDIOLANI CONSTITVTIONES Epiſcopales, & Synodales.

EPiſcopalis conſtitutio eſt Mediolani contra vſurarios diſponẽs, quod teſtamenta facta per manifeſtos vſurarios non valeant, ſed ſint irrita ipſo iure, ſi facta ſunt vſuris non reſtitutis pro viribus facultatum ſuarum, & cautione non præſtita, & continet hæc verba: *Illos namque, quoad prædicta, vſurarios manifeſtos de laramus, de quibus per parochiam, in qua habitauerint, vel vbi morantur, fama pu lica fuerit, extorſiſſe vſuras, à quibus iurantibus etiam in abſentia vſurarii coram ipſo Vicario, vel Sacerdote illum vſurarium extitiſſe, vel de quibus recepiſſe vſuras per confeſſionem ipſorum, aut per idonea argumenta, aliove legitimo modo apparebit.* Bald. *conſ. 141. Præmiſſis verbis, in princ.* verb. *item præſupponitur quædam conſtitutio lib. 1.*

MEDIOLANENSIS ECCLESIÆ priuilegia.

1. ARchiepiſcopus Mediolani in Magna Valle habuit, & conſueuit habere iuriſdictionem, honorem, diſtrictum, & quaſdam reales & perpetuas præſtationes: Bald. *conſ. 419. Ad euidentiam præmittendum, lib. 1.* vbi declarat quid importet iuriſdictio, honor, & prædicta omnia.

2. Summarie & ſine ſtrepitu & figura iudicii poteſt committere cauſas, & ſacrilegus reputaretur dubitans de hoc apud Mediolanenſes: Sign. Homod *conſ. 15. In quæſtione vertente, n. 3.*

3. Declara, illud fuiſſe tempore Signoroli, quia Archiepiſcopus & Dominus Luchinus eius frater erant Domini Mediolani, vt commemorat idem Signorol. *conſil. 22. In quæſtione vertente, in principio.*

Digitized by Google

MEMBRVM IV.

TAVRINVS EPISCOPVS, STATVTA, conſuetudines, & priuilegia eius.

1. EPiſcopus Taurinenſis habet caſtrum Montaldi, in diſtrictu Cherij, quod in fœudum conceſſit nonnullis Nobilibus Cherij: Bald. *conſ.* 158. *Proponitur, quod quidam, in princ. lib.* 3.

2. Conſuetudo eſt in diœceſi Taurinenſi, quod quando electio eſt facta in concordia, confirmatur abſque eo, quod fiat citatio, vel edictum, de quo in *c. fi. de elect. in* 6. & valet talis conſuetudo: Ioan. de Imola *conſ.* 132. *In cauſa Taurinenſi, n.* 4. *in fi. verſ. præterea reſponderi poteſt.*

MEMBRVM V.

VERCELLARVM EPISCOPVS, Statuta, conſuetudines, & priuilegia eius.

1. VERCELLARVM ciuitas fuit ſub dominio Magnifici Luchini Vicecomitis, habuit differentiam territorij cum Caſali Montisferrati, & vtraque ciuitas fecit compromiſſum, compulſa à Dominis dictarum Ciuitatum: fuit latum laudum, & ſuper illius nullitate conſuluit Bald. *conſ.* 142. *Dominantibus Magnificis, lib.* 1. per totum.

2. Epiſcopus Vercellenſis captus à tyrannis, fuit liberatus à quodam D. Galiardo, cui Papa in recompenſam conceſſit fœudum dictæ Eccleſiæ Vercellenſis, vt per Gemin. *conſ.* 14. per totum, vbi concludit, talem infœudationem fore validam.

3. Abbas S. Andreæ eſt Dominus Hoſpitalis S. Andreæ ciuitatis Vercellarum, quia Monaſterium eſt caput, & Hoſpitale eſt membrum: Bald. *conſilio* 205. *In cauſa quæ vertitur, libro tertio.* vbi quod ſoluunt onera ſeparatim, quia non eſt vnitum Hoſpitale Abbatiæ, ſed eſt ſubiectum ex priuilegiis Apoſtolicis.

4. Emergentia cauſarum trahuntur in longum in ciuitate Vercellarũ: Signor. *conſ.* 261. *in fin.* vbi quod triennio durauit deciſio emergentis, quod quis reſponderet interrogationi præparatoriæ in petitione hæreditatis.

5. Et

Digitized by Google

5. Et ſtatutum habet, quod ſoluatur datium pro omnibus mercibus & ſalmis, quæ introducuntur in ciuitatem, & ex ea extrahuntur, ſuper quo conſuluit Caſtill. *conſ.* 14. Quod ſi eſt facta ſolutio pro introductione, & eędem res breui ſpatio, vel in continenti extrahuntur, non ſoluitur pro extractione, quia vnicus eſt actus; ſi vero vendantur, & alius extraheret, ſoluitur etiam pro extractione. & idem, ſi ipſe dominus per longum ſpatium poſt introductionem vellet extrahere, vbi etiam quod Communitas non poteſt declarare aliter in præiudicium datij, quod eſt Principis.

6. Statutum Vercellarum, quod ſi offenderit aliquem bannitum condemnatum de maleficio, de quo perdi debet vita in perſonam, & rebus nullam ſubſtineat pœnam, habet locum in eo, qui in contumaciam fuit poſitus in bando, quia dictio *de maleficio*, importat occaſionem, & ſic remotam cauſam, ne ſequatur abſurdum quod loquatur, quando captus eſt, & mittitur ad mortem: Signorol. *conſil.* 170. *Quæſtio diſputata*, per totum.

MEMBRVM VI.

TORTONENSIS EPISCOPVS, STATVTA, conſuetudines, & priuilegia eius.

1. EPISCOPATVS Tortonæ habet exemptionem à taleis & fodris ciuitatis, ex tráſactione inita cum ciuitate circa bona ſuorum ſubditorum, qui ſoluunt cenſum, ſuper qua conſuluit Caſtillio ad fauorem Epiſcopi, *conſ.* 32. per totum, vbi quod iſta fodra, & taleæ non poſſunt imponi pro bonis in territorio poſſeſſis à non ſubdito.

2. Locus Cognarij eſt iuriſdictionis ciuitatis Tortonæ ex conceſſionibus Imperialibus. ideo Papienſes non habent ius, neque iuriſdictionem in dict. loco; Bald. *conſil.* 161. *Proponitur, quod Commune*, per totum. vbi in cauſa & lite inter Tortonenſes & Papienſes conſuluit pro Papienſibus, *libro tertio*.

3. Contrarium poſtea ex nouiter deductis, & ex iurib. Papienſium ſententiuit Bald. *conſ.* 251. *Sententia, quam tulimus, lib.* 5. vbi reddit iuſtificationem ſententiæ contra ſuum conſilium prius datum.

4. Statutum habet, quod decedente muliere, conſtante matrimonio, ſuperſtes vir lucretur dotem ſaluo iure communium liberorum ipſius matrimo-

trimonij in ipſa dote, & ad ipſam dotem, aliquo iure Canonico vel ciuili non obſtante: Bald. *conſ.* 273. *Super dicto puncto, lib.* 5. vbi quod propter clauſulam, *non obſtante*, habet locum, ſi exſtant filij primi matrimonij, quia habebunt ſolum legitimam, reſiduum pater, ſecus ſi extarent filij communes.

5. Terdoneæ eſt ſtatutum, quod omnia inſtrumenta exequi debeant non obſtantibus quibuſcunque exceptionibus nullitatis, falſitatis, ſolutionis, vel alterius cuiuſcunque generis, & eſt confirmatum à Clero & Epiſcopo: Bald. *conſ.* 350. *Proponitur quod quidam, libr.* 3. vbi quod non habet locum in inſtrumento mutui facto Prælato Eccleſiæ pro melioramentis faciendis contra ſucceſſorem, niſi probentur melioramenta facta.

MEMBRVM VII.

MANTVANVS EPISCOPVS, ET EIVS ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia.

1. BAGNOLI caſtrum fuit conceſſum antiquitus Epiſcopo Mantuano, & eſt de iuriſdictione Epiſcopi Mantuani, & Carolus IV. confirmauit conceſſionem, ſuper qua Franc. Aretin. *conſ.* 15. *Reuerendiſſime Pater*, per totum conſuluit, quod juriſdictio eſt ſua; ſed an bona particularium, & Communitatis ſint, dicit, quod ſi fuiſſent inculta tempore conceſſionis, eſſent conceſſa, quia non fuiſſent in bonis alicuius, ſi vero erant culta, ſeu habebant ſignum culturæ, tunc non veniunt in conceſſione, & præſumuntur fuiſſe culta ſi hodie ſunt culta, quia quando ſtatus præſens poteſt conuenire ſtatui antiquo, de præſenti præſumitur in præteritum.

2. Eſt in territorio Regij, vt per Caſtrenſ. *conſil.* 317. *libro ſecundo.* vbi quod vnà cum Nouolaria eſt Dominorum de Gonzaghis in territorio Regij.

3. Dicit tamen Aretin. *dict. conſ.* 15. quod ex quo Epiſcopus habet teſtes antiquos examinatos contra Comunitatem Mantuæ, qui ſunt de antiquo ſemiplene probant, & iuncta probatione famę in antiquis poſſet obtinere etiam contra habentes titulum, ex *cap. reintegranda.* ita idem Aretin. *d. conſ.* 15 *n.* 3. *& ſeq.*

Vide, *Regienſis Ciuitas, & eius ſtatuta, conſuetudines & priuilegia*, Concluſ. 89. n. 19. & ſeq.

MEM-

Digitized by Google

MEMBRVM VIII.

VRBINI EPISCOPVS, STATVTA, conſuetudines, & priuilegia eius.

EX DOMINICI TVSCHI CARDINALIS PRACT. *Concluſ. Iuris, tom. VIII. V. concl. CCXCV.*

1. CIVITAS Vrbini eſt de iuriſdictione Romanæ Eccleſiæ, vt in *cap. Raynaldus, de teſtam.*

2. Vrbini eſt Confraternitas S. Mariæ Miſericordiæ, quæ regitur per duodecim Nobiles, & hæc Confraternitas non ſubeſt Epiſcopo, neq; poteſt viſitari, neque ſoluit quartam de legatis: Card. Zabar. *conſ.* 13. *in Ciuitate Vrbinat.* per tot.

3. Conſtitutio Epiſcopi eſt in ciuitate Vrbini, quod de rebus emphyteuticis etiam litigioſis & deuolutis componitur, vt poſſit emphyteuta de eis teſtari: Fulg. *conſ.* 131. *Quidam ſer Secretus, in pr. & in fin.*

4. Conuentiones ſunt inter Canonicos Vrbini & Comunitatem, quod emphyteuſis non deuoluatur ad Eccleſiam ob canonem non ſolutum, ſed quædam aliæ pœnæ imponuntur, quæ Capitula ad emphyteuſes præteritas extendi conſuluit Petr. de Anchar. *conſ.* 44. *Primo de viribus*, per totum, dummodo caducitas ſeu non ſolutio ſit poſt conuentiones.

5. Paulus de Caſtro *conſil.* 173. *Præſuppoſita obſeruantia*, *libr.* 1. dicit, quod dicta Capitula habent locum etiam in bonis Eccleſiaſticis in territorio Vrbini, licet Eccleſiæ prædictæ, quarum ſunt bona, ſint extra territorium Vrbini, quia ſufficit bona eſſe in territorio Vrbini, vt ſeruentur Capitula, & conſuetudines.

6. Imo quod Communitas Vrbini habeat concordiam cum Archiepiſcopo, quod finita generatione inueſtitus poteſt in extraneum alienare, licet non in præiudicium inueſtitorum, & habentium ius ex inueſtitura: Caſtr. *conſ.* 244. *Viſo & examinato, nu.* 3. *verſ. ſuper* 3. *lib.* 2. vbi per totum recitat plura capitula, & dicit, quod ille, in quem debet fieri renouatio, debet eſſe hæres vltimi inueſtiti ſecundum capitula, quia filius, qui repudiat vel non eſt hæres, non habet renouationem.

7. Cõſuetudo ex cõuentione inter Eccleſiaſticos & laicos, eſt in territorio Vrbini, ꝙ emphyteutæ bonorũ Eccleſiaſticorũ non cadãt, neq; expelli poſſint

poſſint ab emphyteuſi, etiamſi ceſſauerint ſoluere per biennium: Abb. *conſ.72. In negotio Guidonis, in princ. libr.1.* vbi quod non habet locum in emphyteutis Abbatiæ vel Eccleſiæ, quæ eſt extra territorium Vrbini, etiam pro bonis emphyteuticis in territorio Vrbini dictæ Eccleſiæ, quia Clerus non poteſt pro Eccleſiis extra territorium, vel dioeceſim conuenire vel præiudicare.

8. Canonici Vrbini habent ius eligendi ad Canonicatus, & præbendas Eccleſiæ Cathedralis; & ideo expectatiua ad beneficia, & Canonicatus ad collationē Epiſcopi non capit Canonicatus ad electionem Capituli: Abb. *conſ.38. in quaſtione colum.2. verſi.4. poſſ t attentari, lib.*

9. Et conſuetudo eſt Vrbini, quod Canonici præſentes in ciuitate poſſunt eligere ad Canonicatus vacantes non vocatis abſentib. & dato quod non eſſet præſcripta ſaltem conſtituit præſentes in quaſi poſſeſſione eligendi, quæ quaſi poſſeſſio ſufficit: Abb. *dict. conſ.38. col.2. circa med. verſ. vnio nunc ad iura, lib.2.*

MEMBRVM IX.

BELLVNENSIS EPISCOPVS, EIVSQVE Statuta, conſuetudines, & priuilegia.

1. EPISCOPVS Bellunenſis habet etiam ciuitatem Feltrenſem vnitas ſimul, vt per Card. Zabar *conſ.90. In caſu, incip. Epiſcopus Feltrenſis,* vbi quod ille Epiſcopus actu legebat Papiæ.

2. Decimas & quarteſia exigit Capitulum Eccleſiæ Bellunenſis, etiam ex bonis Patriarchæ Aquilegienſis, & ſic Eccleſiæ matricis ex præſcriptione & donatione facta vſque de anno 1015. & 1241. Zabarel. *conſ.88. per tot.* maxime *n.3.*

3. Conſtitutio Epiſcopalis Bellunen. & Feltren. contra vſurarios diſponens, quod inſtrumentum mutui vſurarij præſumatur ſolum pro medietate verum, & pro alia medietate præſumatur vſurarium, valet, ſed tamen non habet locum in mutuo facto per vſurarium fratri ſuo: Io. de Imol. *conſ.117.* per totum, maximè *in fin. verſ. ſed aduertendum.*

4. Et non habet locum dicta conſtitutio contra inſtrumentum inciſum ad repetendum contra ſolutionem factam: Io. de Imol. *conſ.117 nu.3. verſ. in contrarium.*

5. Decanus Eccleſiæ Bellunenſis eſt loco Archidiaconi, & Archipreſbyteri,

Digitized by Google

byteri, & ſola dignitas eſt in Cathedrali, & de conſuetudine eſt maior poſt Epiſcopum: Card. Zabarel. *conſ. 62. in princ.* vbi quod cum canonicis habet eligēdi, ius & Epiſcopus confirmat ad canonicatus & decanatum vacantes.

6. Extende, quia Decanus eſt in poſſeſſione ſolus inducendi in poſſeſſionem prouiſos in Cathedrali, & valet talis conſuetudo: Zabarell. *conſ. 62. in ſecundo dubio.*

7. Statutum Belluni diſponit, quod nullus poſſit ſuccedere, qui non ſubſtinet onera, & factiones cum communi, & excipit vxores, quæ morantur cum maritis ſuis. Fulgoſ. *conſ. 92. Ad id, de quo, n. 2. ver. nec refragatur.* & loquitur ſtatutum de bonis immobilibus.

8. Et huiuſmodi ſtatutum non habet locum contra eos, qui poſt acquiſitionem ſunt effecti, & tolerati, vt ciues: Caſtrenſ. *conſil. 234. numero 3. lib. 2.*

9. Appellari non poteſt niſi ſemel; ideo appellans ſecundo non poteſt audiri, & iudex caret iurisdictione, & ſententia eſt nulla tanquam lata ſine iurisdictione: *Fulgoſ. conſ. 158. Domina Crauolina col 2 circa fin.*

10. Statutum, quod cauſæ occaſione datiorum ſummarie expediantur per Rectores ciuitatis, & in eis non appelletur, procedit in cauſis inter Datiarium & priuatos, quia tales cauſæ requirunt celerem expeditionem, & in iſtis non habet locum conſilium ſapientis, ſecus ſi cauſa eſt de toto datio locatori dimittenda, quia tunc poteſt dari conſilium ſapientis, cum ſit ordinaria: Caſtrenſ. *conſ. 432. Ego puto, lib. 2.*

MEMBRVM X.

TRIVISII EPISCOPVS, STATVTA, conſuetudines, & priuilegia.

1. Ciuitas Taruiſina antiquitus appellabatur Tartaginenſis ciuitas, vt apud Zabarell. *conſ. 116.* ibi in caſu iniuncto.

2. Et eſt caput prouinciæ Marchiæ Triuiſanæ, vnde illius ſtatuta debent ſeruari in tota prouincia ſubiecta, niſi adſint particularia ſtatuta locorum confirmata: Caſtrenſ. *conſ. 39. n. 3.* & per totum, *lib. 2.* vbi, quod non recurritur ad ſtatutum Triuiſii, niſi in defectum propriorum ſtatutorum.

3. Erat Epiſcoporum pro tempore in ſpiritualibus & temporalibus, ſed hodie per DD. Venetos detinetur, vt Mandoſ. *conſ. 82. in princ.* clare dicit.

4. Epiſcopus Taruiſinus habet fœuda Aduocatiæ, & alia fœuda, de quibus Zabarell.*conſ.*123. vbi quod huiusmodi fœudum aduocatiæ eſt ius patronatus eccleſiaſticum, vel eſt fœudale, quod regulatur ſecundum inueſtituram.

5. Monaſterium S. Chriſtinæ Triuiſij Ordinis Carmelitarum habet hoſpitale inſtitutum à quadam muliere nuncupata Domina India, & electio hoſpitalarii ſpectat ad Abbatiſſam, & certum Nobilem, de quibus Dyn, *conſ.*26. *Quæſtio talis eſt, quadam Domina.*

6. Hoſpitale S. Antonij prope mœnia ciuitatis Triuiſij eſt de iure patronatus familiæ de Baldechinis: Zabarell, *conſ.*117. vbi ponitur fundatio & dotatio.

7. Eccleſia Triuiſij habet ſtatutum iuratum de non recipiendo Canonicos vltra certum numerum, & de optando, cui non cenſetur derogatum, ſi in ſpecie non eſt dictum: Fulgoſ, *conſil.* 200. *Pro euident.* 4, quod eſt Hendorici de Alano, & Fulgoſij.

8. Reſeruat ſtatutum Triuiſij legitimam aſcendentibus, & deſcendentibus, ideo licet mater excludatur à legitima filij ex ſubſtitutione expreſſa pupillari, vel exemplari, ſecus ſtante hoc ſtatuto, vt aliquid operetur: Caſtrenſ.*conſ.*222. *Super primo, num.* 4. *verſ. ſuper ſecundo, lib.* 2.

9. Ius congrui ſpectat ciuibus: & ideo ſi res vendatur, is qui continet poteſt retrahere, & procedit etiam in Venetis, quia ſunt priuilegiati, nedum vt ciues, ſed ex conſuetudine; non habet locum ius retractus in bonis, quæ venduntur vel emuntur à Venetis: Caſtrenſ. *conſil.* 439 *Conſuetudo, lib.* 1.

10. Statutum eſt Triuiſij, *lib.* 2 *cap.* 2. *de ſucceſſionibus maſculorum neptibus & filiabus excluſis*, cuius interpretationem & intelligentiam ponit Bald. *conſil.* 184 *Factum proponitur*, vbi qualiter intelligatur, & an fœminæ transmittant dotem incertam hæredibus, ſi decedant antequam dotentur, per totum libr. 1. & de eodem ſtatuto Cuman. *conſil.* 115. *Dominus Antonius*, per totum, vbi quod dos ibi reſeruata recipit grauamen ex teſtamento patris, quia non ſuccedit loco legitimæ, & in fin. dicit communem, licet velit eſſe loco integræ portionis ex ſucceſſione, & ſic pars dotis ſit loco legitimæ pro modo & numero filiorum; & Bald. *conſil.* 117. *Præmiſſo ſtatuto, lib.* 4. vbi quod transmittitur iſta portio declaranda, quia loco legitimæ, & late interpretatur ſtatutum; & Barthol. de Capitibus, cuius eſt conſil. Bald. 414. *Ad euidentiam, lib.* 3.

11. Statutum

Digitized by Google

11. Statutum Triuiſij prohibet patrem poſſe legare extraneo vltra tertiam partem bonorum ſuorum, in præiudicium filiorum. quod ſtatutum cenſetur augere legitimam filiorum ad duas tertias partes, & ideo renunciatio filiæ facta de bonis paternis cum iuramento, non ſe extendit ad hanc portionem ſtatuti: Bald. *conſil.* 186. *Quia allegationes numero* 8. *verſ. hoc præſuppoſitio, libro* 1. & de eodem ſtatuto meminit Cuma. *conſ.* 120. *Ioannes inſtituit* vbi quod neque poteſt facere fideicommiſſum poſt mortem filiorum vltra tertiam, & quod tale ſtatutum augeat legitimam filiorum, ita vt non poſſit pater vltra tertiam donare: Fulgoſ. *conſil.* 41. *Transuerſus*, licet in hoc vltimo quod non augeat legitimam, Cuman. *conſil.* 114. & omnes dicunt habere locũ in filiis ſiue maſculis ſiue fœminis: Fulgoſ. vero *conſ.* 98. *Magiſter Guadagninus*, per totum, dicit ꝙ imo non habet locum, ſi pater ſubſtituat, vel inſtituat poſt mortem filiorum ſine filiis, & quod illud verbum, *extranei*, intelligitur de non conſanguineis.

12. Et quod iſtud ſtatutum Triuiſij prohibens aſcendentem poſſe in extraneos diſponere de duabus tertiis, cenſeatur augere legitimam ad duas tertias ad fauorem filiorum & deſcendentium: Caſtrenſ. *conſil.* 222. *Super primo dubio, col.* 3. *verſ. & ſecundum formam ſtatuti Triuiſani, libro* 2. & plenius *conſ.* 438. *verſ. circa ſecundum, n.* 2. *lib.* 2.

13. Declara, quia ſi pater teſtatur inſtituendo vnum ex filiis, tunc ſtatutum quoad alios filios non habeat locum, & tunc legitima filiorum eſt illa, quæ de iure communi debetur: Caſtr. *d. conſ.* 222. *col.* 3. *verſ. item aduertendum, libr.* 2. & idem per alia verba repetit à contrario ſenſu ſtatuti *conſ.* 438. *n.* 2. *lib.* 2.

14. Extende, quia licet iſtud ſtatutum loquatur, quod non liceat in teſtamento relinquere, tamen habet locum etiam in donatione cauſa mortis, quia ſubiungit, quod vult, quod duæ tertiæ remaneant deſcendentibus: ideo ratio ſtatuti generalis extendit diſpoſitionem, prout in prohibitione alienationis, quæ ſi habet rationem, quia vult bona perpetuo in familia remanere, inducitur perpetua & omnimoda prohibitio: Caſtrenſ. *d. conſil.* 438. *numero* 2. *verſ. ad ſecundum, libro* 2. vbi maxime extendit, & dicit verum quando factum fuit teſtamentum, quod voluit valere in vim donationis cauſa mortis, ſi non poteſt valere, vt teſtamentum, quia dicitur teſtamentum factum translatum in donationem effectu.

15. Extende, quia iſtud ſtatutum ſeu conſtitutio, ex quo loquitur de

Digitized by Google

aſcendentibus, qui non poſſunt relinquere extraneis vltra tertiam, quia duas tertias reſeruat deſcendentibus, operatur quod omnis, qui non eſt deſcendens, dicitur extraneus, & perinde ac ſi diceret, nullus aſcendens poſſit legare, ſeu relinquere non deſcendenti vltra tertiam: Caſtr. *d. conſ.* 438. *Quantum ad primum, n. 2. verſ. circa ſecundum, lib. 2.*

16. Reſtringe, quia ſtatutum huiuſmodi non habet locum, ſi pater inſtituat filium impuberem, & ei ſubſtituat directo, quia cum ſubſtitutio pupillaris, vel directa ſit teſtamentum filii, qui nullos reliquit deſcendentes, tunc non intrat ſtatutum: Caſtr. plene *d. conſ.* 222. *col. 3. ver. & ex iis reſpondetur, lib.* 2. vbi, quod ita conſuluit Angel. de Peruſio Bononiæ legens, & Franciſcus de Ramponibus.

17. Reſtringe, quia ſtatutum huiuſmodi diſponens, quod aſcendentes non poſſint de duabus tertiis diſponere in extraneos, quæ duæ tertiæ applicari debeant venientibus ab inteſtato, non tamen compræhendit collaterales, ſed ſolos deſcendentes propter verbum, *nullus aſcendens*; ita Caſtr. *d. conſ.* 222. *col.* 4. *verſ. & ſi dicatur, lib.* 2. & repetit *conſ.* 438. *n.* 2. *lib.* 2.

18. Item criminale ſtatutum eſt Triuiſii, quod omnis vulnerans teneatur de homicidio ſequuto ex vulnere, excepta percuſſione caſu fortuito facta. Caſtr. Cuman. *conſ.* 135. *Viſis denuncia, verſ. ad ſecundum, num.* 5. vbi quod illa exceptio eſt fauorabilis, & late interpretanda in omni caſu fortuito, etiamſi quis percutiat leuiter & deliberate, quia licet ſequatur mors, dicitur caſu fortuito interfeciſſe, veluti ſi quis cum pede percutiat alium, vel manu aperta.

19. Item, quod maiores XIV. annis, minores XXV. ſui iuris mercantiam exercentes publice poſſint valide contrahere, & obligari cum curatore; cæteri vero minores non poſſint, neque teneantur ex contractu ſine ſolemnitate celebrato: Bald. *conſ.* 108. *Domina Ioanna, in princ. lib.* 3. vbi quod habet locum tam in maſculo, quam fœmina, nu. 6. & quod non compræhendit donationem cauſa mortis.

20. Statutum de raptu ſeu violentia mulierum puniens ſtuprantem mulierem, habet locum, ſiue committatur cum virgine viripotente, ſeu etiam immatura: Signorol. *conſ.* 207. *In quæſtione præſentibus alligata*, per tot. vbi late qualiter intelligatur.

21. Item de interruptione præſcriptionis diſponit, quod requiratur interpellatio iudicialis: Card. Zabarell. *conſ.* 107. *Petitur quadam ſententia*, per tot.

22. Statutum contra Notarios conuictos falſificantes inſtrumentum,

Digitized by Google

vt pœnæ manus abſciſſæ apponatur, non habet locum contra confitentem non notarium, quia eſt odioſum: Fulgoſ *conſ.*123. *Præſuppoſitis ſtatutis*, vbi quod iudex ex cauſa rationabili poteſt augere & minuere pœnam.

23. Vendere nemo poteſt Triuiſij, niſi primo adeat poteſtatem, & ponat bona ad cridas, & datur tempus mentis conſanguineis & volen ibus contradicere: Anchar.*conſ.*206.*Viſis actis*, vbi quod non prouidet vlterius, tamen ſi in termino compareat contradictor, debet impediri venditio.

24. Et non poteſt iudex adiudicare rem vendendam excipienti, ſed debet agere via ordinaria, quia exceptio ſolum impedit alienationem: Anchar.*d.conſ.*206. vbi eſt caſus.

25. Item, quod præſcriptio interrumpatur, ſi coram Poteſtate vel ſuis officialibus fuit denunciatum, vel creditori Poteſtatum de quibus conſtat inſtrumentum: Zabarell.*c nſ.*107. vbi quod non ſufficit vnicus teſtis etiam cum iuramento, quando eſt affinis.

26. Item ſtatutum, quod hæres ex teſtamento mittatur in poſſeſſionem bonorum, quæ poſſidebat defunctus tempore mortis, excluſa omni controuerſia, quæſtione & querela, ſuper quo Signorol. plenius *conſ.*250. *ſuper dub.is*, vbi quod prouidet plenius, quam edictum D. Adriani, & plus quam interdictum *Quorum bonorum*, *& recuperanda*, & *n.*2. dicit, quod tale ſtatutum impedit omnem proceſſum, per quem impeditur miſſio, & quod ſolum duo requirit, probari hæredem, & defunctum poſſediſſe, vbi quod requiritur petitio, quia ſtatutum requirit præambulum, quod ſit hæres, & quod defunctus poſſederit.

27. Item ſtatutum Triuiſij circa minores approbat contractus factos à maiore quatuordecim annis, quando ſe gerit publice pro patrefamilias, item contractus factos cum auctoritate curatoris vel tutoris, extra iſtos caſus annullat contractus minoris etiam cum iuramento: Signorol.*conſ.*250. *n.*6.*verſ.redeo ad primum*.

28. Item ſtatutum Triuiſij, quod bannitus capitaliter teneatur ſeruare bannum per quindecim milliaria vltra territorium Triuiſij, & poſſit impune interfici: Alex.*conſ.*106.*Viſis narratis*, per totum, *lib.*7. vbi, quod tale ſtatutum, quatenus mandat extra territorium ſeruari bannum, non valet, & quod interficiens talem bannitum extra territorium, licet excuſetur à dolo & pœna ordinaria, non tamen excuſatur à culpa, & ſic à pœna extraordinaria.

Digitized by Google

MEMBRVM XI.

CENETENSIS EPISCOPVS, ET EIVS ſtatuta, priuilegia, & conſuetudines.

1. Ciuitas Cenetenſis eſt de iuriſdictione temporali Epiſcopi Cenetenſis, quia Otho primus Imperator de anno 962. donauit iuriſdictionem temporalem abſolute Sicardo Epiſcopo Cenetenſi, de quo priuilegio etiam meminit Iaſon. *conſil.* 123. *libro* 1. Et de anno 994. Otho Rex eidem Epiſcopo Sicardo conceſſit terram Oppitergij cum iuriſdictione Imperij. Et Berengarius Rex de anno 995. donauit eidem Eccleſiæ portum Septimi, & ſyluas de Gaio, & de Cerano. Et de anno 1184. Federicus Imperator recepit eamdem Eccleſiam & Ciuitatem in ſua protectione, & ſeparauit ab omni ſubiectione Communis Taruiſij. Et de anno 1354. Carolus Romanorum Rex omnia confirmauit ex certa ſcientia, inſerendo omnia priuilegia prædicta, non obſtante, quod cecidiſſent à poſſeſſione aliquorum ex conceſſis.

2. Eodem anno 994. Valentinus Epiſcopus Cenetenſis coram Luitprando Rege, & Calliſta Patriarcha Aquilegienſi, ac Ludouico Duce Carinthiæ Epiſcopo Triuiſano, inueſtiuit Comitem Ioannem de Camino, de Caſtellariis & curiis Gemellarum, Vallis Mareni, Serauallis, Frigone, Rigonzuli, Curdigiani, Caualani, Formenice, cum mero & mixto imperio, in fœudum.

3. De anno 1337. die 12. Octobris Frater Franciſcus Epiſcopus Cenetenſis, narrata deuolutione dictorum caſtrorum ob lineam finitam Comitum de Camino, conceſſit eadem caſtra Marco Mauroceno, Marco Iuſtiniano, & Iuſtiniano Iuſtiniano, Procuratoribus Communis Venetiarum, cum pactis, quod medietas introituum aſſignetur Epiſcopo, alia ſit Reipublicæ, & iurauit fidelitatem Epiſcopo, & inſuper conuenerunt, quod Eccleſia Cenetenſis & Caſtrum & Rocca S. Martini de Ceneta, cum Curia Caſtri Noui, cum iuribus & poſſeſſionibus eorundem, quæ dictus Epiſcopus aſſerit nunquam fuiſſe fœudalia, ipſi Epiſcopo & Eccleſiæ prædictæ expedita remaneant: & de anno 1442. fuit facta diuiſio fructuum inter Epiſcopum Antonium de Caracio, & Agentes Communis Venetorum, & partes deſcribuntur.

4. Et anno 1343. die 13. Octobris confirmatur dicta inueſtitura ab Epiſcopo & Capitulo, eo quia expedit Eccleſiæ habere vaſallos, qui poſſint iura Eccleſiæ tueri, prout eſt Commune Venetorum.

5. De

Digitized by Google

5. De an. 1374. Mortuo Fratre Franciſco Epiſcopo ſucceſſit in Epiſcopatu Oliueri⁹. q eandem inueſtiturã Communi Venetiarum confirmauit cum conſenſu Capituli ad fœudum rectum & legale, & iterum iurat Procurator Cõmunis ſpecialiter deputatus fidelitatem Epiſcopo Cenetenſi.

6. Franciſcus pater & Franciſcus filius de Carraria, Domini Paduæ, occuparunt de facto Ciuitatem Taruiſinam, Cenetenſem, & Feltri, ac Belluni: propterea facta liga & concordia inter Comitem Virtutum Mediolani Dominum, & Rempubl. Venetam. Tandem de anno 1388. de menſe Nouembris per obſidionem & fortiam obtinuerunt Veneti & Comes Virtutum; & ſic ciuitas Cenetenſis recuperata, eiecto Carraria, vt atteſtatur hæc omnia Antonius Venereus Dux Venetiarum per litteras ſuis Officialibus, die 16. Decemb. 1388. vbi dicit, quod die 21. Nouembr. dicti anni fuit deuictus Carraria, & 13. Decembr. facta diuiſio & exequutio Sacræ ligæ.

7. De anno 1411. in vigilia Natiuitatis Domini, Vngari fracto exercitu Venetorum tranſiuerunt Liquentiam, & occuparunt totum agrum Cenetenſem & Triuiſanum, eiecto Antonio Corario Epiſcopo Cenetenſi, & p ſeptem annos perſeuerarunt in occupatione: tandẽ de anno 1418. Veneti expulerunt Vngaros, relicta cõbuſta Ceneta, q̃ reſtituerunt Antonio Corario Epiſcopo, qui vixit vſque ad annum 1445. vt in libro Hiſtoriarum Cenetenſium.

8. De anno 1419. orta quadam rebellione inter ſubditos Cenetenſes aduerſus Epiſcopum, concluditur pax, in qua Cõmune recognoſcit Corarium Epiſcopum in ſuum dominum, promittit eidem omnẽ obedientiam & reuerentiam, & ipſe eidem parcit, & renouat capitula corã Sapientibus terræ Dominij Venetorũ in ciuitate Venetiarũ, in ſala parua audientiæ Superioris Palatij Sereniſſ. Ducis, ſunt rogati duo Notarij, videlicet Petr. Entius fil.⁹ Ser Martini de Venetiis, Hieronymus de Miuola. q. Ser. Andreæ Notarij & ſcribæ Veneti.

9. De anno 1493. conceditur & obtinetur pars in Conſilio Venetorum, ꝙ ex quo iuriſdictiones ſunt diſtinctæ, quod ſubditi Cenetenſis Epiſcopi confugientes in dominio Venetorum conſignentur Epiſcopo, quia Epiſcopus idem faciet verſus Venetos, & p vtrãq; partẽ fit hæc concordia.

10. De an. 1504. ſententia Io. Zantani Prætoris Taruiſij ſup franchitiis Cenetenſium, in qua inſeruntur multa priuilegia Cenetenſium: alia 1537. & vltima Legati, & Collectorũ decimarum conceſſarũ in Dominio Venetorum, ꝙ in eo nõ continetur Ciuitas Cenetenſis de an. 1539. rogato Presbytero Iac. de Zambel. Notario decimarũ deputato: & conſtãt multa alia.

per quæ ſemper abſoluta iurisdictio & omnino libera fuit Epiſcopi, & inter alia, quia in inueſtitura facta per Epiſcopum ad fauorem Reipublicæ, Epiſcopus eidem Reipublicæ in caſtris infœudatis concedit, quod poſſint onera & datia imponere, quæ denotant ſupremum dominium in Epiſcopo concedente & Rempubl. ſereniſſimam pro tali eundem recognouiſſe.

11. Sereniſſima Reſpublica Venetorum prætendit ſubiectionem ſibi deberi ab Epiſcopo Cenetenſe, reſpectu prætenſi alti dominii, aſſerens, quod ex quo ipſa Reſpub. bis redemit ciuitatem Cenetenſem, primo loco à Carraria, & deinde ab Vngaria, vt ſupra, quod propterea ipſa ſereniſſ. Reſpublica ſuccedit loco Imperatoris in alto dominio, quod prætendit remanſiſſe penes Imperatores, & propterea cœpit Reſpublica turbare Epiſcopos, & multos actus cum ſubditis Cenetenſibus exercere, & appellationes ſubditorum à ſententiis Epiſcopi velle committere, & alios actus exercere in vim conſilii Iaſ. 123. *lib.* 1. & prætendit ſe præſcripſiſſe prædicta.

12. Pro parte Epiſcopi dicitur, quod nullum altum dominium remanſit penes Imperium, quia non ſumus in conceſſione feudali, ſed in libera donatione facta Eccleſiæ Cenetenſi, & quia ſereniſſ. Reſpublica tanquam vaſalla tenebatur adiuuare Epiſcopum, & recuperare ciuitatem Cenetenſem Epiſcopis, quibus iurauit fidelitatem, maxime quia expreſſe hoc dicitur in inueſtitura facta, quod inueſtiuntur Veneti potentes, vt tueantur Eccleſiam Cenetenſem, vt in puncto Io. de Anan. *conſ.* 7. *n.* 4. *& ſeqq.* & quod tenerentur recuperare eſt text. *de noua forma fidelit. in Feudis, ver. & ſi contigerit rem aliquam, quam habes*, Alexand. *conſ.* 30. *n.* 18. *ver. ad tertium, lib.* 1. & quod expenſas non recuperent à domino, & reſtituere tenerentur libere, plene Grammat. *conſ crim.* 13. *n.* 40. *& ſeqq.*

13. Quare S. D. N. Clemens Papa VIII. cupiens pro iuſtitia hanc cauſam terminari, deputauit congregationem particularem plurimorum illuſtriſſ. DD. Cardinalium, & mandauit, quod pro veritate ſcriberemus, prout ſcripſimus quatuor Cardinales, videlicet illuſtriſſ. DD. mei Cardinales Plata, Arigonus, S. Marcelli, & ego, prout etiam pro ſereniſſ. Republica plene & doctiſſime fuit ſcriptum.

14. Sed vltimo & pleniſſime illuſtriſſ. D. meus Cardinalis S. Marcelli, etiam replicauit allegationibus ſereniſſimæ Reipublicæ, & omnia deducta pro Republica ſuſtulit, & confutauit mirifice, concludens, quod ciuitas Cenetenſis libere ſpectat ad Epiſcopos, & Eccleſiaſticam iurisdictionem, & ſolus Papa, & Sedes Apoſtolica habet ſuperioritatem.

15. Et

Digitized by Google

15. Et ad conſ. Iaſonis 113. *lib.* 1. fuit reſponſum, quod non releuaret, quia omnia eius fundamenta corruunt, primo dum allegat Ioann. Andr. in *Addit. ad Spec. l. titu. de iur. ſdict. omn. iud. c.* §. 1. *nu. decimoſexto in verb. paſtoralis*, quod in donatione facta Eccleſiæ Romanæ tranſit omne dominium, & omnis ſuperioritas; ſecus in donatione facta Eccleſiæ particulari, vel priuato, quia eſt contra communem, de qua Iacob. Mandel. *conſi. 62. numer. decimo quarto & ſeq. en.* imo ſi Ioann. Andr. legatur ibi *verſic. ſexta opinio*, loquitur quando donatio, vel conceſſio eſt facta de ciuitate cum iuribus, & nihil fuit dictum omnino de iuriſdictione, vel de mero imperio, quia tunc dicit Ioann. Andr. in Eccleſiam Romanam tranſit omnis iuriſdictio & ſuperioritas, & nihil remanet penes concedentem, ſecus in priuato, vel Eccleſia inferiori; ſed ſi fuit expreſſio facta, tranſit in omnes, prout eſt caſus noſter, & ita Ioannem Andr. in puncto declarat Angel. de Peruſio *in l. 1. §. fin. ff. de iuriſd. omn. iud.* & quod non potuit Reſpublica præſcribere cum mala fide, quia ex iuramento fidelitatis & tanquam vaſſalla Epiſcopi tenebatur recuperare, & tueri Ciuitatem Cenetenſem ex præmiſſis cum alijs videndis, quæ poſui in verbo, *Donatio facta per Conſtantinum Eccleſia Romana*, Concluſ. 689. num. 8. & ſequen. verſ. *Amplia quia*, vbi patet, quod appellatio deuoluitur ad concedentem, ſi fœudum conceditur Eccleſiæ, ſecus ſi conceſſio fiat per viam liberæ donationis, vt in caſu noſtro, quia deuoluitur ad Eccleſiaſticum ſuperiorem, & iterum ibi *num. 15. & ſequen. verſi. ſecundus caſus*, & ſic conſ. Iaſon. videtur contra textum clarum, & communes opiniones in hac parte & prædicta, ſaluo ſemper ſaniori conſilio, & ſalua veritate.

MEMBRVM XII.

FELTRENSIS EPISCOPVS, EIVSQVE ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia.

1. EPISCOPVS Feltrenſis habet intentionem fundatam in ſua diœceſi tota, quod omnes poſſidentes decimas, debent recognoſcere in fœudum ab Epiſcopo, quia ita eſt fama publica antiqua, & ex alijs apparet: Fulgoſ. *conſ. 226. Præſuppoſito iure communi.*

2. Et ſunt vnitæ ciuitates Feltrenſis & Bellunenſis, quia Epiſcopus eſt vtriuſque loci: Zabar. *conſ.* 90. in caſu conſilij incip. *Epiſcopus Feltrenſis, c. expoſita, de arbitr.* vbi primo nominatur Feltrenſis, quod ponderat Card. ratione maioris dignitatis.

3. Conſuetudo Feltrenſis eſt, quod licet Vicarius & Poteſtas faciant vnum & idem tribunal, ſecus eſt de conſuetudine: Cuma. *conſ.* 86. *Quamuis de iure inprin.*

4. Archidiaconus Feltrenſis ſi probat ſe habere ius percipiendi decimas à ruſticis, & exegiſſe, debet obtinere in poſſeſſorio & petitorio, non obſtante, quod ſoluere debentes allegent, quod debeat reſidere in loco: Caſtr. *conſ.* 407. *Viſis duobus, lib.* 2.

5. Statutum Feltri circa appellationes diſponit, quod à ſententia Vicarij Poteſtatis poſſit appellari ad Poteſtatem, tamen non imponit neceſſitatem. ideo valet appellatio ad alium ſuperiorem, ad quem de iure communi poteſt appellari: Io. de Imol. *conſ.* 120. *In aſupram ſſo.*

6. Statutum Feltri permittit cognoſci de decimis Eccleſiæ coram Poteſtate Feltri, quod poteſt valere, ſi Eccleſia velit agere, vel ſi eſſet decima conceſſa laico: Cuman. *conſ.* 84. *Quia cau a decim. lis.*

7. Item quod poſſidens per 20. annos aliqua bona vel iura incorporalia non poſſit moleſtari: Cuman *d. conſ.* 84. vbi, quod non comprehendit decimas Eccleſiæ.

8. Item quod per aliquem contractum vel vltimam voluntatem non poſſint tranſire bona in non ſubiectum, & non ſuſtinentem onera Communis: Cuman. *conſ.* 85. *Præſuppoſito caſu,* vbi quod non habet locum in ſucceſſione filiæ ab inteſtato, neq; contra Monialem.

9. Contrarium, quod ſi filia eſt nupta forenſi non ſuccedat, etiam ſi ſit vidua, licet ſtatutum excipiat filios, fratres, & nepotes ex filio defuncti, tenet Zabar. *conſ.* 135. vbi inferit ſtatutum, quia oportet, quod tempore delatæ ſucceſſionis ſuſtineat onera.

10. Poſſeſſio defuncti cenſetur tranſlata in defuncti hæredem per ſtatutum Feltri, & intelligitur hæres apprehendiſſe poſſeſſionem: Cuma *conſ.* 86. *n.* 2.

11. Statutum excludit filias fœminas, ſtantibus maſculis, quas mandat arbitrio propinquorum dotari, & valet ſtatutum: Cuman. *con,* 90. *Deriſorium, n.* 2. *verſi. in* 2. vbi, quod non poteſt filia dicere ſe præteritam in teſtamento, ex quo non debetur ſucceſſio.

12. Exequutio inſtrumentorum datur per ſtatutum, niſi is, contra quē petitur exequutio, infra duos dies excipiat: & ideo non dicitur excipere, qui negat narrata, prout narrantur, & excipiendo poſt duos dies non euitat exequutionem, etiamſi exceptio extra tempus ſit admiſſa, ſi & in quantum: Fulg. *conſ.* 138 *In quaeſt. & cauſa in orim*

13. Sta-

Digitized by Google

13. Statutũ circa criminalia diſponit, quod ſi accuſatus vel inquiſitus de crimine in quo pœna corporalis imponitur, ſi non comparet, & non conſtat de delicto, ponatur in banno, & confiſcentur bona, donec compareat; ſi vero conſtat de delicto condemnari poſſet, ac ſi præſens eſſet: Caſtr. *conſi. 365. Notandum eſt, c r. pr. lib. 2.* vbi, quod eſt ſub rubrica *de modo citandi accuſatum*, & quod condemnatus in caſu, in quo non conſtat de delicto, ſi comparet, ceſſat condemnatio, & datur copia proceſſus, nec poteſt torqueri, niſi data copia indiciorum, & facta defenſione.

MEMBRVM XIII.

FESVLANVS EPISCOPVS, ET aliquid de eo.

1. FESVLANA Ciuitas eſt ſolo æquata, & deſolata notoriè, & in diœceſi Feſulana non eſt aliquis locus inſignis, neq; copia peritorum, ſed Epiſcopus Feſulanus retinet ſuam ſedem in ciuitate Florentiæ, in Eccleſia S. Mariæ in Campo, vbi reddit ius ſuis ſubditis: Lap. *alleg.* 124. *Ciuitas Feſulana*, & de conceſſione iſtius eccleſiæ S. Mariæ in Campo facta libere Epiſcopo Feſulano, quod ſit exempta ab Epiſcopo Florentino in totum, ex verbis conceſſionis conſuluit idem Cald. *conſ.* 325. *per tot.* licet ibi in fine reprobetur quoad iuriſdictionem temporalem, quia ſolum Feſulanus habet inſtitutionem & deſtitutionem in illa, & circa ea quæ ſunt ordinis iuriſdictionem, quod eſt 6. *de donat.*

2. Monaſterium Vallis Vmbroſæ eſt in diœceſi Feſulana, & habet latiſſimas poſſeſſiones in diœceſi Florentiæ, ſed tamen de obſeruantia & cõſuetudine poſſeſſiones prædictæ ſoluunt decimas & collectas in Epiſcopatu Feſulano, non autem in Florentino: Feder. de Sen. *conſ.* 151. *in fin. verſi. prætereà omnia*, vbi atteſtatur de iſta obſeruantia.

MEMBRVM XIV.

NVCERINVS EPISCOPVS, EIVSQVE ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia.

1. EPiſcopalis conſtitutio eſt in ciuitate Nucerina, quod ad probandum aliquem manifeſtum vſurarium ſufficiat probare publicã famam à maiori parte populi: Bal. *conſ.* 277. *Inquiſitio formata*, vbi quod non probatur fama ex auditu à pluribus, & pluribus, *lib* 3.

2. Erat in Ducatu Spoletano, quia conſtitutio Spoletana ligabat eam ad capiendum malefactores & bannitos ſub pœna, ſuper qua conſtitutione Bart.*conſ.*102.*Chariſſime,lib.*1. dicit, qualiter probetur negligentia, item ex quibus excuſentur Communitates à negligentia; item quæ diligentiæ fieri debeant.

MEMBRVM XV.

SARSINATENSIS EPISCOPVS, EIVSQ. ſtatuta, & priuilegia.

1. CIVITAS Sarſinatenſis eſt de dominio temporali Epiſcopi dictæ ciuitatis cum multis caſtris, & eſt in Romandiola, nec Eccleſia Romana habet fundatam intentionem circa temporalem iuriſdictionem dictæ ciuitatis, quia fuit facta conceſſio Epiſcopo per Imperatores Corradum & Federicum, antequam Rodulphus eſſet qui poſtea donauit Eccleſiæ Romanæ Bononiam, & Romandiolam, & ſic habet cauſam ab Imperio Epiſcopus ante Eccleſiam Romanam, vt hæc omnia, quæcunque ſint, tradit Io. de Imol.*conſ.*116.*in cauſa ſp. ctabilis, in prin.*

2. Habet ſuper hac iuriſdictione temporali contra Cameram Apoſtolicam ſeu Eccleſiam Romanam ſententias, quæ mandatæ ſunt exequutioni per Gregorium Papam, vt dicit vidiſſe Io. de Imol.*d. conſ.* 116.*in prin.*

3. Caſtrum Linarij inter alia caſtra continetur in dicta conceſſione Imperiali: Io. de Imol. *d.conſ.* 116. *in prin.* vbi enunciat conceſſiones dicti caſtri per Epiſcopos vſque 1258. & ſuper eodem caſtro Linarij, quod ſit Epiſcopatus prædicti, Roma.*conſ.*70.*Viſis tl eſtate, in pr.* & per totum, vbi quod ex quo eſt ſolitum infœudari, cum eſſet ob non ſolutum canonem deuolutum, valuit infœudatio facta per Epiſcopum Carolo Malateſtæ ſine alia ſolemnitate.

4. Adde, quod iſtudmet caſtrum Epiſcopus poſt inueſtituram factam Carolo Malateſtæ nouam fecit inueſtituram in Gulielmum de Nomais, cui etiam tradidit poſſeſſionem: Roman. *d. conſ.*70. *num.*3. *verſ. quoad ſecundum*, vbi, quod talis inueſtitura non præiudicat primo inueſtito extraneo, licet ille Gulielmus eſſet conſanguineus vltimi morientis ſine linea, vbi dicit non eſſe neceſſario inueſtiendum alium de familia vltimi defuncti.

5. Habet ius conferendi ſeu concedendi caſtra prædicta tanquam ſolita infœudari ſine ſolemnitatibus: Io. de Imol. *d.conſ.*116.*n.*4.

MEM-

Digitized by Google

MEMBRVM XVI.

BVRGI SANCTI SEPVLCHRI EPISCO-pus, *ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia.*

1. CIuitas eſt hodie habens Epiſcopum, ſed olim tempore Antonij de Butrio fuit oppidum ſub Epiſcopatu Ciuitatis Caſtelli, & orta contentione Papa conceſſit Abbati, qui tunc præerat in loco Burgi, priuilegium per hæc verba, vt Abbas poſſit omnia exercere libere, & licite in omnibus & per omnia, ſicut verus Epiſcopus, & ordinarius, tam iuriſdictionis, quam alia quæcunque ad forum Eccleſiaſticum ſpectantia, veluti verus ordinarius vel d œceſanus in ſuis locis, ſuper quo Anto. de Butrio *conſi.* 20. conſuluit plene, quod licet verba ſint vniuerſalia, & prægnantia, tamen non continent ea, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, quia iſta per Papam non poſſunt vel non debent concedi, vbi multa hinc inde allegat.

2. Roman. vero *conſ.* 180. *Si admittimus*, per totum, dicit, quod eſt locus de diœceſi ciuitatis Caſtelli, & quamuis in priuilegio conceſſo per Papam Alexandrum Camaldulenſium Ordini narretur, quod eſt dicti Ordinis, tamen dictum priuilegium non probat, quia ſunt verba enuntiatiua Papæ de facto alieno.

3. Statutum Burgi circa ſucceſſionem eſt, quod mater, & coniuncti ex latere materno non ſuccedant filio vel filiæ ab inteſtato, ſtantibus fratre, vel ſorore defuncti, quod ſtatutum valet, & habet locum, etiam in infante inteſtabili decedente: Ang. *conſ.* 104. *Statutum Communis*, per totum.

4. Item, quod inquiſito debeant aſſignari certæ dilationes, de quibus Ang. *conſ.* 146. *Tria ſunt ſtatuta*, vbi, quod pendente dilatione ſententiæ, vel bannum latum eſt nullum.

5. Item, quod pater teneatur pro delicto filij vſque ad legitimam, quando filius non habet, vnde aliunde ſoluat: Ang. *conſ.* 146. *in prin. verſ. alio quidem ſtatuto.*

6. Item, quod percutiens in facie, ex qua remaneat cicatrix, ſiue imago apparens cum ſigno vituperabili, etiam manifeſto, condemnetur in libris cccc. & ſi eſt dubium, ſtetur conſilio, & declarationi Medicorum: Ang. *conſ.* 146. vbi, quod ſi eſt dubium de cicatrice, ſententia eſt nulla non præcedente declaratione Medicorum.

Digitized by Google

7. Item, quod Communitas teneatur emendare damnum vel robbariam datam à quibus ignoratur, ideo ſi conſtat ex confeſſione extraiudiciali damnum dantis,& ex inimicitia,non tenetur Communitas: Caſtren. *conſ*.174.in caſu ibi poſito,*lib*.1.vbi,quod neque habet locum ſtatutum, ſi de nocte robbaria committatur.

MEMBRVM XVII.

GROSSETANVS EPISCOPVS, ET EIVS *ſtatuta,conſuetudines,& priuilegia.*

1. PLebania de Præto Groſſetanenſis diœceſis, quæ habet duas plebes, eſt beneficium ſimplex,& non Curatum,neque dignitas; ideo poteſt conferri habenti quatuordecim annos:Feder.de Sen.*conſ*.132.*Caſus talis eſt,quadam eſt Canonica n.*2.*verſ.& videmus.*

2. Epiſcopus Groſſetanus habet bona fœudalia in caſtro Aſtriæ, quæ bona poſſunt vendi ſine alia licentia inter continuo habitantes dicti caſtri,alias non, quia licentia generalis data eſt ab Epiſcopo cum dicta limitatione:Rom.*conſ*.494.*per tot*.maxime *n* 2.

3. Statutum Groſſeti mandat,quod Priores ciuitatis de menſe Ianuarij debeant eligere vnum medicum per annum cum ſalario ſtatuendo,& imponit pœnam negligentibus.Euenit caſus, quod Priores de menſe Ianuarij non elegerunt,an alii Priores,puta de menſe Aprilis,poſſint eligere.videtur quod primi non poſſint,quia non ſint Priores: ſucceſſores non poſſint, quia data videtur forma, quod de menſe Ianuarij fiat electio, dicit Abb.*conſilio* 93.*Duo ſunt, lib. primo.* quod ſucceſſores poterunt eligere per annum,& de alio tempore,quia dignitati fit delegatio, & cum pœna, & regula eſt, quod ſi negligunt, ſucceſſores poſſunt facere ea, ad quæ tenebantur prædeceſſores,& multa fundamenta adducit,& forma ſeu ſolemnitas in modicis non attenditur.

MEMBRVM XXIII.

ABBAS FARFENSIS, ET ALII QVI HAbent iuriſdictionem temporalem,quid poſſint.

1. ABbatia Farfenſis eſt de territorio Eccleſiæ Romanæ, & in temporalibus territorium Farfenſe eſt Abbatiæ,*cap.ſi duobus*, ad finem, *de appel-*

Digitized by Google

*appellat.*Rom *conſ.*275.*Quoad primum*,in fin.nu.9 verſ *quæ quidem iuris Canonici.*

2. Et ad Abbatem Farſenſem ſpectant pleno iure caſtra, & territorium Farſenſe, & ideo licite potuit vnire caſtri Tribici territorium territorio caſtri Montopuli,vt per Rom.d.conſ.275 in princip.& per tot. vbi, quod Abbates præſcripſerunt hoc ius vniendi,etiam non requiſito Epiſcopo, & quod tale ius eſt præſcriptibile.

3. Abbas Sancti Saluatoris de Monte Amiato habet iuriſdictionem temporalem in dicto caſtro ex conceſſionibus Imperialibus. ideo regalia ſpectant ad Abbatem, non ad Communitatem, niſi quædam ex concordia,quæ Communitati conceduntur:Abb.*conſ.6.In quæſtione*,in prin. lib.2. vbi col. 2. circa fi. quod appellatur ad Abbatem tam in ciuilibus quam in criminalibus.

4. Extende, quia habentes iuriſdictionem Abbates, ſi moriantur, iuriſdictio ſpectat ad Conuentum, non autem ad Communitatem caſtri vel ciuitatis:Abb.d.conſ.6.col.2.in fi.lib.2.

MEMBRVM XIX.

NONANTVLANVS ABBAS HABET multa priuilegia, & conſuetudines.

1. NOnantulana Eccleſia ex priuilegiis & conceſſionibus Summorum Pontificum & Imperatorum habet quam plurima caſtra, villas, & loca, in quibus Abbas habet ordinariam iuriſdictionem, merum & mixtū Imperium, ac etiam Epiſcopalem iuriſdictionem: Calder.*conſ.*528.alias 13. *de priuileg.*vbi, quod Gregorius IX. omnia iſta confirmauit.

2. Poteſt Abbas inter ſubditos cognoſcere de cauſa, etiam ſi agatur de re emphyteutica Eccleſiæ, prout poſſet Epiſcopus in ſua diœceſi, maxime quando Abbas non facit partem in lite: Calder.*d.conſ.*528.alias 13 *de priuileg.*

3. Caſtrum Nonantulanum eſt de iuriſdictione Romanæ Eccleſiæ, & illud in Vicariatum habent Marchiones Eſtenſes Ferrariæ, ita quod non poſſunt de eo diſponere, prout etiam habebant caſtrum Bazani, quod pariter eſt de iuriſdictione Romanæ Eccleſiæ abſolute: Zab.*conſ.*85.vbi, quod ſunt ſubditi Romanæ Eccleſiæ, & non Imperatoris.

4. Emphyteutæ Eccleſiæ Nonantulanæ ex conſuetudine non poſſunt alienare Comitib. Conductorib. Militib. Capitaneis, Valuaſorib. ſeruis, religioſis.

Digitized by Google

ligioſis,& Eccleſiaſticis perſonis, aliis autem minoribus & æqualibus poſſunt alienare ſine licentia: Alex. *conſ.* 173. *Viſo themate, nu. 5. & 6. ver. quod autem, lib.* 2. vbi, quod alias pactum nihil operaretur.

5. Commune Nonantulæ habet inueſtituram de tota Valle ab Abbate, & licet Communitas ex quodam inſtrumento poſteriori receperit inueſtituram de anno 1450. ſibi non præiudicauit in prima inueſtitura de tota Valle de anno 1442. quia licet ſtetur vltimo inſtrumento, id procedit, quando ſimul primum & ſecundum non poſſunt ſtare, ſed conducens rem ſuam non ſibi præiudicat, neq; illi renuntiat, ergo &c ita plene Alex. *conſ.* 193. *Perſpect* per totum, *lib. 6.*

MEMBRVM XX.

ABBAS S. SALVATORIS.

MOns Annatus eſt caſtrum ſub iuriſdictione Abbatis S. Saluatoris eiuſdem loci, vt plene per Abb. *conſ 6 In queſti. ne qua vertitur,* lib. 2. alias in ordine 115. vbi, quod Communitas loci ex concordia gaudet certa portione pœnarum & bonorum.

Vide, *Abbas Farſenſis, & alij qui habent iuriſdictionem temporalem, quid poſſint, num.* 3.

MEMBRVM XXI.

ABBAS SANCTI GALGANI SENARVM, & eius priuilegia.

1. MOnaſterium, & Monachi Sancti Galgani hoſpitalitatem ſeruant, & magnas elemoſynas faciunt. Feder. de Sen. *conſ.* 207. *In Chriſti nomine amen. Nol Gripholus, circa fi. ver. reſpondetur* 1. vbi, quod eſt Ordinis Ciſtertienſis.

2. Exemptionem habent ab omnibus gabellis, etiam pro vena ferrea, quam habent in inſula Ilbæ, ex qua ferrum artificio faciunt, & pro tranſitu nihil ſoluunt: Feder. de Sen. *d. conſ.* 207. *per tot.*

3. Acquiſiuit Abbas S. Galgani de anno 1242. à Communitate Cluſij ſyluas,

Digitized by Google

ſyluas, plana, & bona prope dictum Monaſterium, in loco dicto Monte Sepio, de quo Bald.*conſ.*237.*Factum ſuper quo,lib.*4. vbi, quod non venit in venditione ius gabellæ & pedagij, quod habebat Commune Cluſij, & idem dicit *conſ.*238.*eod.lib.*

4. Non tenetur ſoluere decimas,&alia onera,niſi in loco,vbi eſt Monaſterium,videlicet in diœceſi Volaterrana,quia licet habeat bona in diœceſibus Aretinenſi, Maſſanenſi, Genenſi & Groſſetanenſi, in quibus fecit grangias,tamen nō poteſt compelli ad onera, niſi in loco Volaterrano,vbi eſt Monaſterium: Feder.de Sen.*conſ.*151.*Thema tale eſt*, per totum,ſequitur Caſtr.*conſ.*8.*col.fi.verſ.vnde patet,lib.*1.

5. Emit ſeu acquiſiuit Monaſterium S. Galgani à Communitate Cluſina ſyluas & bona prope Monaſterium, in loco qui dicitur Monte Sepio, de anno 1242 Bald.*conſ.*237.*Factum ſuper quo conſilium,per tot.lib.*4.vbi quod non acquiſiuerunt iuriſdictionem, licet competeret Communitati vendenti,quia non eſt facta mentio, & propter exiguum pretium.

MEMBRVM XXII.

MVRANVS ABBAS, EIVSQ. STAtuta,conſuetudines, & priuilegia.

1. MVranum eſt oppidum in diœceſi Torcellarum:Bald *conſi.* 191.*Caſus,lib.*1.

2. Abbas ſeu Prior S. Cypriani de Murano eſt exemptus, habet eccleſiam S.Ioannis Baptiſtæ in loco detto la Coſta, Arienſis diœceſis, fundatam ab ipſo Abbate, in qua præſcripſit iura Epiſcopalia, præterquam reſpectu ſolutionis candelæ, quæ fit Epiſcopo Arienſi: Bald.*conſi.*191.per totum,*lib.*1.

3. Prior Murani in conceſſione ſibi facta de Eccleſia S. Matthiæ tenetur exhibere Epiſcopo Torcellarum duas ampullas vini puri per octo dies ante feſtum S.Matthiæ ſingulo anno:Fulgoſ.*conſ.*231. *In quodam inſtrumento*, vbi quod tenetur ad vinum, non ad ampullas cum vino,niſi obſeruantia eſſet in contrarium.

Digitized by Google

STATVS LAICI.

MEMBRVM XXIII.

REX APVLIAE EST FOEVDATARIVS Romanæ Eccleſiæ, eiuſque ſtatuta, conſuetudines & priuilegia.

1. REx Apuliæ, quia habet Regnum emphyteuticum Eccleſiæ Romanæ, idcirco in eo ſucceditur per ius accreſcendi ſecundum naturam emphyteuſis: Bald *conſ.* 431. *Punctus quaſtionis*, *n.* 1. *verſ. ſexta ratio, lib.* 2. & ſecundum inueſtituram, quam habet ab Eccleſia quia eſt fœudum Eccleſiæ Romanæ: Bart. plene in *auth. poſt fratres, C. de legiti. hæred.* vbi Apoſtilla dat infinitas concord. in verb. *Apuliæ.*

2. Iſtud Regnum habet ſupra ſe Romanam Eccleſiam; tamen Rex inueſtitus, licet recognoſcat Eccleſiam, dicitur quoad ſubditos ſuos habere iura ſupremi Regis: ita Ægid. Bellam. *conſ.* 15. *n.* 7. ita Pariſ *conſ.* 1. *n.* 97. *& ſeq. lib.* 1. Rol. à Valle *conſ.* 88. *n.* 31 *lib.* 1.

3. Et conſuetudo huius Regni eſt, quod fœuda tranſeunt ad fœminas non extantibus maſculis: Roma. *conſ.* 367. vbi Apoſtil. in verb. *non ſuccedere*, circa fi. citat plurimos hoc atteſtantes.

4. Imo quod iſtud Regnum Apuliæ ſit patrimonium B Petri, & Romanæ Eccleſiæ, Gloſſ. *in ca in Monaſteriis*, 19. *q.* 3 in verb. *miles.*

REX NEAPOLIS EST FOEVDATARIVS Eccleſiæ Romanæ, ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia Regni.

1. ESt fœudatarius Eccleſiæ Romanæ, plene Afflict. *deciſ.* 282. *Orta lite, n.* 11. *verſ. bene ad hoc facit*, vbi, quod Regno vacante Papa conceſſit multa fœuda diuerſis Baronibus, & dicit, quod creato Rege tenentur præſtare iuramentum fidelitatis Regi.

2. Non poteſt aliquam iuriſdictionem exercere contra Clericos, niſi agatur

-gatur de fœudo. ita fuiſſe conuentum inter Papam & Reges Neapolit. dici: Grammat.*deciſ.61.Venerabilis Ioannes,n.17,*

3. Adde tamen,quod Rex Ferdinandus de anno 1469.fecit conſtitutionem,quod omnes Clerici,qui non incedebant in habitu & tonſura,& diuinis offi iis non inſeruiebant, eſſent ſuppoſiti iuriſdictioni ſeculari, quæ fuit etiam innouata de anno 1505.vt per Capic.*deciſ.161. In cauſa Cruſconi, n* 5.vbi,quod eſt contra libertatem Eccleſiæ,& non valet,neque vſu recepta,ſed dumtaxat durauit durante conditore.

4. Dicit tamen, quod ſimilis conſtitutio eſt in Regno Siciliæ,quæ obſeruatur,*d.deciſ.*161.Capic.*in fi.*

5. Hodie Concilium Tridentinum *ſeſſ.23.cap.6. nullus prima tonſura*, idem diſponit quoad priuilegium fori bene verum eſt,quod ſacra Congregatio dicti Conci'ij declarauit, non propterea ſimplicem Clericum eximi à iuriſdictione Epiſcopi, quin Epiſcopus poſſit talem Clericum vendicare,ſi velit, & tamen per Concilium non tolluntur pacta & conuentiones, de quibus in inueſtitura Regni, quia non aliter voluit Papa concedere.

6. Rex Aragonum habet plenam poteſtatem legitimandi, prout alij Reges,& Imperator: Alexand.*conſ.195.Aſſumto,in princ.*

NEAPOLIS CIVITAS, EIVSQ. ſtatuta & conſuetudines & priuilegia.

1. CONſuetudo eſt Neapolis, quod fiunt certaminis ludi cum gladijs, ideo ſi ſequitur homicidium in tali ludo publica authoritate permiſſo non punitur: Petr.Anchar.*conſ* 283.*Iure ſtricto,n.*3.*&* 4.

2. Appellatio in ciuitate,& Regno Neapolis fit omiſſo medio ad Conſilium Regium vigore conſtitutionum Regiarum: Apoſtil.ad Roman,*conſ.*332.*in verb.gradatim,in fin.*

MEMBRVM XXIV.

REX SICILIAE EST FOEVDATARIUS Eccleſiæ Romanæ.

REx Siciliæ recognoſcit Eccleſiam Romanam in ſuperiorem; & de iſto Regno fuit alias inueſtitus Rex, Ludouicus Rex Franciæ:

I ✱ Ægid.

Digitized by Google

Ægid.Bellam.*conſ.15.n.6.in fin.cum ſeq verſ.primo igitur*, & eſt tex.in *cap.valde*, 94.*diſtinct*, vbi, quod eſt patrimonium Eccleſiæ Romanæ.

SICILIAE STATVTA, ET priuilegia.

1. REgnum Siciliæ eſt de temporali iuriſdictione Eccleſiæ, *cap. valide*, 94.*diſtinct*, *cap ſi duobus*, *de appellat*.Calderi.*conſilio* 320. *in prin*.alias 1. *de donat*.Caſtren.*conſi*.430.*In quadam informatio e, in fi . lib.* 1. & clarius *conſ* 415.*In facto præſenti,in prin.lib.*1.vbi, quod Regnum Siciliæ eſt fœudum Eccleſiæ, & Clemens Papa propterea in defenſionem Reginæ Ioannæ aduerſus Bart. & cohærentes expendidit ſcuta 20000. & pro ſolutione dedit Georgio caſtrum Brabertaneæ Eccleſiæ Auinionenſis.

2. Et ſoluit Rex Siciliæ annuatim mille ſarcorum monetæ Romanæ Eccleſiæ pro cenſu, vt in *d.c. ad Apoſtolica*, §.*præter hæc*,*de re iud.in 6.* vbi Papa arguit Federicum Imperatorem priuatum Imperio, etiam Regno poſſe priuari, quia per nouem annos non ſoluerat cenſum.

3. Regnum Hieruſalem venit in ſequelam Regni Siciliæ; ideo omnes Reges Siciliæ ſunt Reges Hieruſalem: Gemin.*in c.ad Apoſtolica*, §.*nos itaq;*, *de re iud.n.*5.*lib.6.*

4. Fœudum dicitur Regnum Siciliæ, licet ſoluat annuam penſionem, *c.ad apoſtolica*, §.*præter hæc*, *de re iud.l.in 6.*

5. Contrarium, quia quando ſoluitur annua penſio, eſt potius emphyteuſis quam fœudum: Alexand. *conſ.*36.*lib.*2.

6. Declara, quia ſi in inueſtitura interueniāt hæc duo, ſolutio annua & iuramentum fidelitatis, tunc annua penſio eſt cauſa impulſiua, iuramentum cauſa finalis, ideo eſt fœudum; & ita de Regno Siciliæ loquitur Alex. *conſ.9.n 9 lib.*5.ſequitur Dec.*conſ.*139.*in fi*.Brun.*conſ* 141.*in prin.*inter Conſilia fœudalia Decia *conſ.*58.*n.*45.*lib* 2.

7. Imo etiamſi adeſſet iuramentum, quando ſoluitur annua penſio, ſemper eſt improprium fœudum, ideo fœudum Siciliæ eſt improprium: Menoch.*conſ.*65,*n.*39.*& ſeq.*vbi latiſſime.

8. Rex Siciliæ habet Monarchiam in Eccleſiaſticos, quæ ſeruat ius Canonicum, ſecundum Capic.*deciſ* 137,*in fi.n.*15.

9. Succeſſio in Regno Siciliæ eſt, quia ſuccedit frater fratri etiam ex vno latere coniuncto, ſecundum tenorem inueſtituræ: Ang.*conſ*,110.*col.*4.*n.*4.*verſ.capitulum autem.*

10.Fœu-

10. Fœuda tranſeunt ad fœminas non extantibus maſculis ſecundum conſtitutiones & conſuetudines vtriuſque Siciliæ: ita atteſtatur Apoſtil. ad Rom. *conſ.* 367. *in verſ. non ſuccedere*, vbi plurimos allegat hoc atteſtantes, & ead. Apoſtil. ad Rom. *conſ.* 1. *in verb. perpetuo, in fin.*

11. Ius Longobardorum ſeruatur in Sicilia, quia Reges ex Germania dominati ſunt Siciliæ, & poſtea Apuliæ. ideo extant conſtitutiones Regni, quod ſeruetur ius Longobardorum, & ius Romanorum, & ſic primo ius Longobardorum, poſtea ius Romanum, de quo plene Maranta in *Praxi, in* 3. *par. n* 94. & multos ſequentes, vbi plurima de hoc iure.

12. Conſuetudo eſt in Sicilia, quod donationes excedentes 500. ſcuta, non inſinuentur: Cald. *conſ.* 320 alias *l. de donat.* in prin.

13. Citari non poteſt ſubditus Papæ per Principes ſeculares, niſi per litteras ſubſidiarias directas iudici Eccleſiæ, vt propterea, cum Sicilia ſit de ſtatu Eccleſiæ, non potuerint Piſani citare Siculum per nuncium vel epiſtolam extra ſtatum ſuum: Caſtr. *conſ.* 430 *in fin. lib.* 1.

MONS REGALIS, EIVSQVE STATVTA, conſuetudines, & priuilegia.

MOns Regalis eſt ciuitas Archiepiſcopalis, quæ fuit erecta per Regem Guilielmum Siciliæ Regem in Archiepiſcopatum, cui donauit ciuitatem, & terras illi ſuppoſitas, non cum mero & mixto imperio, ſed poſt donationem creat Iuſtitiarium cum mero & mixto, & ideo Archiepiſcopus habet iuriſdictionem à Rege: Capic. *d. ciſ.* 137. *In cauſa iuriſdicti nis, circa finem nu.* 14. & 15. vbi an ſit ſuperior Papa, vel Rex, quoad iuriſdictionem, ſi allegatur ſuſpectus Archiepiſcopus.

MEMBRVM XXV.

VENETORVM LAVDES, ET FACTA aliqua notabilia.

1. VENETORVM ciuitas eſt libera, quia fundata eſt in mari. Bald. in *rubrica de rerum diuiſ. ver. certa ædificia quaro. colum.* 2. Iaſon *in l. ex hoc iure. ff. de iuſtit & iure num.* 26. & 27. vbi, quod ſunt in poſſeſſ. libertatis, & allegat Alberic. *in l. cunctos populos C. de ſumma Trinit.* qui dicit vid ſſe priuilegium exemptionis bullatum bulla aurea, & idem repetit Iaſon *in l.* 1. *C. de ſumma Trinit. n.* 11. vbi, quod etiam ſine priuilegio ſunt liberi, quia præſcri-

ſſerunt, & quia ciuitas eſt in mari ædificata, & plura congerit apoſtill. ad Abb. in c. ſic ut, el ſecondo. de iureiurando. n. 8. ver. quod ſic, vbi quod gulphus maris Adriatici eſt eorũ in genere, & vide etiã Iaſ *in l. 1. §. nũc videamus, & §. nunciatio*, vbi tex *ff. de noui oper. nunt.* apoſtil. ad Caſtr. *conſ.* 318. *Viſo & examinato, nu.* 3. *verſ. & vltimo*, vbi Caſtr. *lib.* 2. latiſſime Iaſon *conſi.* 70. *in pr. lib.* 3.

2. Et idem dicit etiam Bart. *in l. hoſtes ff. de captiu. & poſtlim. reuer. in princip.* vbi quod Veneti habent libertatem ab Imperatore ex priuilegio & quodam modo precario, ideo dicit ipſe Bart, quod poteſt Imperator reuocare tale priuilegium ad placitum, quem ſecuti ſunt Alex. *in l. Imperium*, vbi Iaſ. ibi *num.* 20. Caccialup. *n* 47. dicit arduam eſſe quæſtionem, & quod Bald. *in l qui ſe patris n.* 14. *C. vnde liber.* hoc tenet in priuilegio iuriſdictionis conceſſæ ſecus in libertate acquiſita ex præſcriptione, quia requiritur cauſa ingratitudinis, Ita Bald. *in c ſicut n. 5. de iureiurand.* Vide etiam Marian. Soc. *in c. recepimus. n. 21. & ſeq. de priuil.* qui dicit non poſſe reuocari priuilegium libertatis, quando concedens iurauit non reuocare. ſequitur Fel. *in c. cum non liceat, in fin. de præſcript.*

3. Declara, quia iſta procederent, quando ſuper priuilegio vel præſcriptione ſe fundarent, quia ex cauſa poteſt reuocari priuilegium libertatis conceſſæ, ſed ſi libertas proueniret ex eo, quia ædificata fuit ciuitas in mari vt videtur eſſe text. *in l. 1. § nunc videamus, circa finem.* qui legitur cum §. *nunciatio, verſi. quod ſi quis in mari. ff. de noui oper. nunciat.* & ibi omnes hoc dicunt, iſto caſu non daretur reuocatio, quia mare non eſt in dominio alicuius, & eſt ſimilis text. hoc dicens *in l. riparum. in fin. & in leg. in tantum in princip. ff. de rer. diuiſ.* ſuper quibus Bald. & alij ſe fundant. late Decian. *conſi. 19 num. 126. & 127. lib. 3* licet idem Bald. *in l. 2. ff de rer. diuiſ.* & Alber. & alij dicunt, quod mare licet quoad vſum ſit commune omnib. animantib. & fiat proprium hominibus occupantibus, tamen reſpectu iuriſdictionis eſt Cæſaris & populi Romani, & propterea vides quod omnia poſſunt diſputari, & tutior eſt libertas præſcripta, prout etiam alij reges præſcripſerunt contra Imperium circa temporalia, ſed non contra Papam circa ſpiritualia, quia in iſtis ſpiritualib. nulla cadere poteſt præſcriptio, propter incapacitatem perſonæ, vt late in *ver. libertas Eccleſiaſtica Concl.* 342. *n.* 116. *& multis ſeqq.* vbi videri poteſt, quæ hic non ſunt repetenda, & affirmat Dec. *in ſuis crim. tit. Cleric. & ordin. s. lib. 4 c. 9. n. 16.*

Vide *Concluſ. proxim. ſequen. in princip.* vbi quod quaſi Paradiſus & libera.

4. Venetorum curiam fulgere iuſticij ſanctitate & claritate inquit Bal. *conſ.*

*conſ.*410.*In cauſa & quaſt.n.*2.*in fi.lib.* 2. vbi conſuluit de quadam confeſſione clerici facta in tormentis coram iudice ſeculari Venetiarum, vt non noceat confitenti coram iudice Eccleſiaſtico.

5. Roma nouior appellatur Venetorum reſpub. vt inquit Fulg *conſ.*62. *ſtante ſtatuto n.*7. vbi quod in conſilio non admittunt naturales, quantumcunq; legitimatos.

6. Et quod ſit imago antiquæ Romæ, quia loco dictatorum Romanorum habet 10. Senatores, & eſt libera. Franc. Purpurat, *in l.*1.*n.*41.*&* 42.*ff. de offi. eius.*

7. Territorium ciuitatum in mari (prout ciuitas Venetiarum) ſe extendit vſq; ad 100. milliaria. Apoſtill. ad Abb. *in c. expoſita. nu.*2. *ver. non recognoſcit de arbitr.* & plenior apoſtil. ad Abbat. *in c. ſicut. el ſecondo. n.* 8 *ver. quod ſic. de iureiur.*

8. Domina maris Adriatici in genere, quia litora ſunt ciuitatum adiacentium. apoſtill, ad Abbat. *in cap. expoſita. num.*2. *verſic. non recognoſc. t. de arbitr.*

9. Tenentur tamen tueri etiam in litore & ripa maris, cum ſint domini maris, quia ripa eſt acceſſoria, max. quando ex neceſſitate fortunæ exiſtens in mari appellet ripam. Signor *conſ.*143.*n.*5.*& ſeq.*

10. Libera eſt ciuitas Venetiarum, & nullum recognoſcit ſuperiorem ex vera & inueterata libertate, Bald. *conſil.* 445. *Quatuor ad propoſitum. in prin. libro quarto.* Apoſtill. ad Abbat. *dict. cap. expoſita. numer.*2.*verſ. non recognoſcit. de arbitr.*

11. Et exercet in ſuo ſtatu ſupremam auctoritatem ſicut Imperator, quia ſuperiorem non recognoſcit. Caſtr *conſ.*187.*n.*5.*lib.*2.*& conſ.*230 *Quia de defect lib. in pr. lib.*2.

12. Et fungitur vice Principis ſupremi. Cuma. *conſ.*159.*n.*2.*ver. non dubitandum.*

13. Et quod non recognoſcat ſuperiorem, & fungatur vice Principis Caſtr. *conſ.*318.*Viſo & examinato. n.*5.*ver.*3.*& v. t. mo. lib.*1. Dec. *conſ.* 3 *n.* 106. *lib* 1.

14. Et quod non recognoſcit ſuperiorem, ideo non poteſt auferre priuilegium exemptionis, & dominium ſubdito ſuo. Caſtr. *d. conſ.* 318.*n.*5. *lib.* 1.*& conſ.*187.*Notandum eſt. n.* 5.*lib.*2.

15. Vide tamen, quia Dux Venetorum tenetur obedire Papæ; vt *in cap. expoſita, de arbitr.* vbi vertente lite de confinibus inter Feltrenſes & ciues Taruiſinos Legatus protulit ſententiam, & cum factum eſſet cōpromiſſum in Du-

Digitized by Google

in Ducem Venetorum, qui voluit habere obſides ſeu oſtagia, vt parerent laudo, Papa inhiberi mandat Duci, & quod reſtituat oſtagia, & forte fuit, quia tunc iſtæ ciuitates erant iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, vt in ver. *Triuiſii ciu tas.&c.Concluſ.*394. Sed imo quia agebatur de cauſa Epiſcopi, tenentur pare e Papæ, prout cæteri Principes, licet & Taruiſii ciuitas aliquando fuerit Eccleſiæ.

16. Et eſt regula trita, quod omnes Principes, nedum Veneti, ſed Imperator & Reges quantúcunq; liberi & abſoluti ſubſunt Papæ in ſpiritualib. & dependen ibus, & qui hoc negaret, eſſet ſimilis negantib. Spiritum S. à Filio procedere, ita Purpuratus ex mente B. Thomæ, quem citat *in l.* 1. *C.de ſumma Trinit.nu.* 14. vbi probat neceſſe eſſe dare vnum qui ſit ſuperior inter non recognoſcentes ſuperiorem, & eſt Papa.

17. Et licet Dux Venetiarum in temporalibus non ſubſit Papæ, tamen ſubeſt, quando in Eccleſiaſticos vult ſe intromittere etiam volentes; ideo cum laudum eſſet latum per Ducem Venetiarum inter Eccleſiaſticos, reductio laudi neceſſario ad Papam deuoluebat, & ita debere intelligi *c.expoſita, de arbit.* ita Ang. *conſ.*200. *In ciuitate Lucana.n.*2. *ver. nec obſtat.*

18. Extende, quia bene ſubeſt Papæ in reb. Eccleſiæ, ſi aliquid indebite occupat vel detinet. Abb. *d.c.expoſita.de arbit.n.*2. qui hoc declarat, quando notorie conſtat de iniuſtitia, vel oppreſſione.

19. Extende, quia cum non rec gnoſcat Dux Venetiarum, poteſt recurri ad Papam, in defectum ſuperioris, quando agitur de cauſa ardua, etiam inter laicos. Abb. *d.c expoſita.n.*2. *ver.*2 *vltra de arbitr.*

20. Extende quando Papa adiretur à Clerico moleſtato per laicum ex ſententia Ducis Venetorum Abb *d.c.expoſita.n.*2.*ver.*3.*de arbit.*

21. Item in Eccl ſiaſt cis & religioſis nullam habet iuriſdictioné, & nó poſſunt illam præſcribere, vt ſupra, ideo in certis caſib. atrocib. obtinuerunt priuilegium procedendi, vt dicit Dec. de ſcientia hoc atteſtans *in ſuis crim.tit.cleric.& ordin.lib* 2.*c.*9.*n* 66. vbi etiam *n.* 68. dicit, quod ipſe vidit bis obſeruari, quod reſpub ica impetrat à Summo Pontifice licentias procedend contra clericum, aſſiſtente ordinario Eccleſiaſtico, & hoc eſt veriſſimũ, tum q̃a viro inſigni & verſato, & qui vidit ita ſeruari credendũ eſt, ſtáte antiquiſſima religionis obſeruantia in ipſa republ. tũ quia extant exemplaria priuilegiorũ conceſſorũ p ſumos Pontif. ipſi reipubl. cum denique quia ipſa reſpubl. ſemper fuit obſequentiſſima & obedientiſſima Sedi Apoſt. & Roma. Pontif. vt dicit idem Dec *conſ.*37.*n.*44 *lib.*2. quicq̃d in contrarium conati fuerint oſtendere & perſuadere temporibus iſtis nonnulli

pſeudo-

pſeudoprophetæ prætenſi religioſi deuiantes ab obedientia Pontificia & B.Petri, de quib.loquitur Apoſt.*epiſt 2 ad Timot c.3. & 4.*ſed ſperatur, quod ipſa reſpub. quæ non minus fuit libera & glorioſa, dum obediuit Pontificibus Romanis, quam eſſe vnquam poſſit, ſi dogmatib.iſtorum falſorum religioſorum perſuaderi poſſet prætectu maioris libertatis (quia iugũ Chriſti eſt libertas & onus leue, ſine quo ſeruitus horrenda diaboli paulatim inſurgit) debeat in ſolita & ſemper amplexa obedientia Pontificum Romanorum nedum perſeuerare, ſed prout ſui antenati fuerunt, contra omnes conatus inſurgentium cõtra eam liberaliter defenſionem exhibere, & Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui omnia poteſt, & faciat & operetur pro ſui gratia, & noſtri miſericordia, ad confundendam omnium Chriſtianæ reipub.inimicorum perfidiam.

22. Emerunt ciuitatem Argos obſeſſam & Neapolim à D. Maria pretio ſcutatorum 500.in perpetuum ſingulari pacto, quod ſi perdiderint ambas, nihil ſoluere teneantur. Anch.*conſ.* 111. *Caſus talis*, quod perdita Argos tenentur ad ſolutionem.

23. Guerram habuerunt Veneti cum Ianuenſib.& fecerunt pacem certis conuentionib.capitulatis inter alia, quod non liceret Ianuenſibus cum galeis & nauilijs nauigare gulphum Venetorũ, neq; econtra liceret Venetis à portu Piſano vſq; Marſiliam, ſuper quib.conſuluit Ang *conſ.*290.*Thema eſt tale, per tot.* & de ead. pace cum Rege Vngariæ, cum Patriarcha Aquilegien.& Ianuenſib. Anch.*conſ.*204. *Punctum vnius inſtrumenti.*

24. Item quod guerram habuit cum Ianuenſibus, & Carol. Zeno Dux triremium ſeu capitaneus derobauit naues & bona Ianuenſium, ſequuta eſt concordia, de qua Caſtr.*conſ.* 424. *Quia ſcio, in pr. lib.*1. vbi conſuluit pro gubernatore Regis Franciæ in d. ciuitate contra Venetos.

Vide, *Ianua ciuitas, ſtatuta, conſuetudines & priuilegia.* Concl.1.

25. Gulphus maris eſt Venetorum, quia longa poſſeſſione præſcripſerunt, & ita inter Venetos & Ianuenſes extitit in pace narratum & conuentum. Ang *d.conſ.*290 *nu.* 3. vbi quod poſſint in eo prohibere nauigationes, præterquam pro Republ. Romanorum, & idem dicit Iaſ.*in l.ex hoc iure.nu.* 27.*ff.de iuſt.& iur.*& conſ. Ang. facta dum legeret Paduæ allegat Io.de Anch. *in c.2.cir.fin de clerico venato.*

26. Item ex pacto Ianuenſes & ex licentia cauſa pacis poſſunt nauigare in d.gulpho bona fide cum mercantijs, dumodo non ad auxilium inimicorum aliquorum dominij Venetorum faciant. Ang.*d.conſ.*290.*n.*4.*& ſeq ver. ſupereſt igitur,* vbi etiam quod poſſunt applicare ad portus Venetorum, quia hoc venit ex natura nauigationis.

K 27.Nec

Digitized by Google

27 Nec poſſunt Veneti imponere noua datia vel augere, per quæ nauigatio redderetur difficilis Ianuenſib. in gulpho. Ang. *d. conſ.* 290. *n.* 8. *ver. ſupereſt igitur vſq. in fin.*

28. Gabellas & vectigalia non poſſunt Veneti imponere, niſi habeant hoc à Cæſare de iure communi, ſed de conſuetudine contrarium ſeruatur in omnibus ciuitatibus & dominijs. Angel. *d. conſ.* 290. *num.* 8. *verſic. ſupereſt igitur.*

29. Pacem fecit cum Rege Vngariæ, Patriarcha Aquilegien. & Ianuen. de an. 1381. & reſtituit Dalmatiam Regi & omnes ciuitates, videl. Fadræ, Tragurij, Scardonæ, Sibinici, Spaleti, Raguſii & aliarum expreſſarum per An. *conſ* 204. *Punctum vnius*, vbi promittunt cedere omne ius, & nunquam amplius ſe intromittere in eis, nec officium poſſint exercere in d. locis.

Vide *Aquilegienſis ciuitas, & eius ſtatuta, priuilegia & conſuetudines* concl. 437.

30. Et de hoc pacto Venetorum cum Vngaris facit mentionem Iaſ. in *l. ſerui electione. §. Labeo. num.* 11. *ff. de leg.* 1. vbi citat Anch. *d. conſ.* & dicit, quod ſi Venetus eligitur à terra illa, non dicitur committi pœna.

31. Ciuitatem Conſtantinopolitanam cœperunt Veneti & Latini, vt commemorat gl. *in c. quinto, in ver. neceſſitas, d. conſ. et.*

32. Catani Ciuitas, quæ erat Regis Vngariæ, poſtea fuit regis Boſſinæ, & petebat ciuitas regi per nobilem Venetum de conſenſu regis. Anch. *conſ.* 204. vbi quod non contraueniunt paci cum Rege Vngariæ.

33. Paduæ ciuitas fuit effecta ſubdita Venetis ex voluntate ciuium aliquorum, qui acquiſiuerunt ciuilitatem Venetam ex pacto, quæ non poteſt reuocari. Caſtr. *conſ.* 318. *n.* 5. *v. r.* 3. *& vlt. lib.* 1. quia fides publica non poteſt violari.

34. Et propterea cum ſit ciuitas Paduæ effecta ſubiecta Venetis, non poteſt ſtatuere ſine licentia Venetorum: Caſtr. *conſ.* 230. *in pr. lib.* 2.

35. Imo, quod de anno 1390. eſſet obſeſſa à Venetis, dominante Franciſco Cataria. Caſtr. *conſ.* 439. *&* 440. *libr.* 2. vbi quod ſtatim capta ciuitate miſerunt Veneti Rectores.

36. Vincentię ciuitas cum ciuitate Paduæ eſt effecta de dominio Venetorum, & licet remiſſiones deberent fieri de vna ciuitate ad aliam, quia ſub eod dominio, tamen Veneti paſſi ſunt, quod delinquentes in territorio Paduæ non capiantur in territorio Vincentiæ, neq; econtra, niſi poſtquam fuerint delinquentes banniti, & ad literas alterius in cuius territorio deliquerunt. Caſtr. *conſ.* 309. *de iure Communi per tot. lib.* 2. vbi quod ſi aliter capiantur,

Digitized by Google

antur, debent tanquam nulliter capti relaxari priſtinæ libertati, quę importat, quod dimittantur in libertate extra territorium.

37. Item in Foroiulij paſſi ſunt guerram, ideo conſtituerunt, quod ea durante, quia non fuit redditum ius, quod non currat præſcriptio, neque cucurriſſe intelligatur. Cuman. *conſil. centeſimo quinquageſimo nono. In dubium vertitur*, per totum vbi in fine, quod patria Foroiulij eſt de iuriſdictione Eccleſiæ.

38. Creditur literis sereniſſimæ dominationis Venetorũ etiam ad eorum commodum, propter excellentiam legalem eorum, quæ non eſt minor, quam numularij, cuius libro creditur, ſi eſt perſona honeſta: Ioan. de Anch. *conſ. 91. per tot.*

39. Officium auditorum ſententiarum communis Venetiarum cognoſcit de appellationibus Rectorum in prouincijs, prout de appellatione à ſententia locumtenentis patriæ Forijulij, ſuper qua votum deciſiuum dedit Caſtr *conſ. 98. In cauſa appellationis*, & in alia cauſa, *conſ. 104. lib. 2.*

Vide *Forumiulii & eius ſtatuta, conſuetudines & priuilegia. Concl.* 434.

40. Magiſtratus Ducis & conſiliariorum habet item 40. Rogatorum, & iſti ſunt maioris auctoritatis, quia non poteſt Dux & Conſilium tollere ordinata capitula ſeu priuilegia conceſſa Iudæis à 40. Rogatis, ita Caſtren. conſulens ad fauorem Iudæi contra Communitatem Feltri, dicit. *conſ.* 176. *Videtur quod prædictis, lib. 2.*

41. Monaſterium S. Saluatoris Venetiarum obtinuit vniri ſibi prioratum S. Petri della Volta d. ordinis S. Auguſtini per Eugenium, quæ fuit cõfirmata per Nicolaum Pontifices ſummos, vt dicit Ang. Aret. *conſil.* 107. *In caſu ſupradicto*, vbi conſuluit pro validitate vnionis, vna cum Valeſio, & Simone de Termo, & quod non valuit collatio facta auctoritate ordinaria de Prioratu, licet quod ſit hoſpitale in vnione non ſit facta mentio, quia ꝙ principalius eſt attenditur, & quia gratia vnionis eſt motu ꝓprio conceſſa.

42. Decimas ſoluere nolunt, imo habent ſtatutum, per quod diſponitur, quod laici non poſſint compelli ad ſoluendum decimas & illud de facto obſeruare faciunt. Anch. *conſ.* 154. *in pr. ver. 3. quia, & n. 4.*

43. Papa monet Patriarcham Conſtantinopolitanum Venetum quia non conferebat beneficia & Eccleſias, niſi Venetis, & increpat, quia non cõuenit ſanctuarium Dei iure hæreditario poſſideri. *c. ad decorem, de inſtitu io.*

44. Prætendunt ſe exemptos à tranſitu ſalis per padum Ferrariæ, pro terris ſuis, quas habent in terra firma, in vim quarundam capitulationum antiquarum tempore Clem. V. confirmatarũ, Ferrarienſes prætendunt cõ-

trarium,& ſunt in poſſeſſione exigendi, pro quibus conſuluit Florian.à S. Petro,*conſ*.10.vbi ponit verba capitulorum,&oſtendit quod non probant hanc exemptionem prætenſam, & aſſerenti ſe exemptum incumbit probatio,& *n*.8.dicit adeſſe inuentionem,qua Veneti ſe obligant non conducere ſalem per aliud flumen in terris orum,quam per Padum.

45. Ignari ſunt legum Imperialium,ideo conuenit quod prætores Veneti habeant conſilium ſapientis Iuriſconſulti.Cuma *conſ*.145.*videtur prim. fronte.*

46. Et quod ſint Veneti conſueti vti legib. Imperialib. ſed vtantur iuſtitia naturali & proprijs legib. Cuma.*conſ*.141.*Domini iudices.n* 3.vbi tamen dicit eſſe neceſſariam fidem ſtyli ciuitatis Venetiarum, quando dubitatur de validitate geſtorum in ea.

47. Et tanta eſt ſuperbia Venetorum, quod non dignantur viuere ſec. leges,dicit Bologn.in *addit.ad conſ.Io.de Anch.*53.*in fin.*

48. Et iuſtitiam de facto volunt poſſe exercere, ideo eorum ſententiæ non tranſeunt in iudicatum, quia volunt poſſe illa de facto reuocare.Feli. *in c.qualiter,& quando,el* 1.*n*.15.*verſ.Veneti,de accuſatio.*

Multa alia poſſent cumulari, ſed tantum præmiſſa poſui, prout ex accidenti lecturæ ſe obtulerunt.

VENETIARVM CIVITAS, ET EIVS STATVTA, *conſuetudines & priuilegia.*

1. Sita eſt in Marchia Triuiſana ciuitas Venetiarũ,& eſt libera ab Imperio,& eam q.paradyſum Venetiarum dicit Bal.*conſ*.405.*Quidam emerunt n*.2.*ver.modo Ciuitas Venetiarum.l.br*.5, quod Veneti non recognoſcunt ſuperiorem ex vera & inueterata libertate.Bald.*conſ*.445.*Quatuor ad propoſitum,in prin.lib*.4.&plenius *Con. l.prox.praced.in prin.*

2. Inſula non eſt, neque appellatione inſulæ venit ciuitas Venetiarum, & latiſſime per plura Bald.*d.conſ*.405.*ver.2.quaſt.vbi eſt caſus,lib*.5.

3. Et quod non recognoſcat ſuperiorem ſiue de iure ſiue de facto dicit eſſe notorium.Caſtr.*conſ*.424.*Quia ſcio, n*.4.*ver. tem notorium.lib*.1.vbi quia non recognoſcit ſuperiorem prætendens aliquid, ab ea poteſt iure belli ſibi ſatisfacere,quia quando ceſſant qui poſſunt compellere redimus ad ius naturale vel gentium.

Vide *Concluſionem prox.praced.in prin.*

Habet Epiſcopum & Patriarcham, vt dicit gloſſ. *in cap.in illis,in verſ. ſingulos*, 80.*diſt*.& ſic duos in eodem loco Epiſcopos, ſed glo. ſoluit quod Patriarcha

Patriarcha eſt Grodenſis, Epiſcopus eſt Venetiarum, & loca ſunt diuerſa, hodie tamen vnicus eſt & Patriarcha Venetiarum.

4. Eccleſijs & pijs locis relinquere tenentur Veneti de conſuetudine decimam partem bonorum ſuorum mobilium. Gem. *conſ.139.n.5.& 6. ver. & quod de conſuetudine*, vbi quod Britones tenentur relinquere tertiam, & quod de hac conſuetudine atteſtantur Doct. in *c. ad Apoſtolicam, de ſimon.* & dicit Gemin. *in d. conſ.* quod ſunt compellendi ad obſeruantiam d. conſuetudinis.

5. Conſuetudo Venetorum eſt, quod commiſſarij teſtamentorum ſunt tutores & curatores, quia licet ſint diuerſa officia, ſecus eſt Venetijs. Cum. *conſ.75. Titius Lucanus, in fi.* Fulg. *conſ.51. Viget in ciuitate, per tot.* vbi quod non ſeruant Veneti ius commune, quia etiam qui non habet in poteſtate dare poteſt Commiſſarium & tutorem.

6. Et in ciuitate Brixiæ Commiſſariam appellant hæreditatem, licet impropriè. Fulg *conſ.105. circa prin.*

7. Conſuetudo Venetiis eſt, quod omnes mercatores lanæ ſoluant portum; videl. ſolidum vnum pro quolibet centenario, alij mercatores nihil ſoluant, & an ſi mercator lanæ deferat illam mercimoniam, & efficiatur mercator pannorum propter lanam teneatur ſoluere, diſtingue vt per Sig. *conſ.95. per tot.* quia ſi portat lanam venalem ſoluit, ſi non venalem ſecus, vbi quod conſuetudo in dubio contra Venetos.

8. Conſuetudo eſt Venetijs, quod ius retractus, & congrui non habet locum in bonis per Venetum venditis, quæ conſuetudo eſt perſonalis, ideo non extenditur ad Triuiſanum. Caſtr. *conſ.349. Conſuetudo, per tot. lib.2.* vbi quod extenditur etiam pro Venetis ementibus.

9. Donatio inter virum & vxorem valet Venetiis ex ſola promiſſione ſine traditione. Cuma *conſ.40. Cuidam filio, n.3, ver. poſito autem.*

10. Teſtamentum valet Venetiis rogatum coram duobus teſtib. ſec. ius gētium, quia ius ciuile non ſeruatur circa teſtamenta. Bald. *conſ.284. Factum eſt tale, circa finem, ver. opinio vero, lib.3.*

11. Probationes & iudicia Venetorum non poſſunt dici nulla prætextu, quod leges Imperiales non ſeruauerint, quia ipſi vtuntur propriis legib. & propria conſuetudine, & reguntur naturali iuſtitia; ideo ſententia lata Venetiis non poteſt impugnari ex legibus Imperialibus, bene debet per fidem probari ſtylus. Cuma. plene *conſ.141. Domini iudices*, per totum.

12. Pignora recipiēs Venetiis pſumitur recepiſſe idonea ꝓ ſuo credito de cōſuetudine Venetiarū, ideo vltra pignora nō pōt debitorē moleſtare, prout in hebræis & vſurariis eſt de iure, Socin. in *l. creditor. ff. ſi cert. petatur.*

13. Ideo Venetijs habens pignus non poteſt conſtituere debitorem in mora propter conſuetudinem. Corn. *con.166.n.5.l.4.*

14. Conſtitutionem habet, quod lauda executioni mandentur non obſtante perita reductione, quando fuit renũciatum ipſi reductioni, quæ debet intelligi ad effectum iudicii executiui, tamen debet poſtea cognoſci de læſione in iudicio ordinario, etiamſi eſſet vnus ſolus iudex vtriuſq; iudicii Caſtr. *conſ.255. Primo & ante omnia, in prin. lib.1.*

15. Pacta & conuentiones habet cum Marchionibus Eſtenſibus Ferrariæ, quod fiant hincinde remiſſiones, & quod exequi debeant ſententiæ hincinde vnius loci in alio, ſuper quibus capitulis quando habeant locum vel non. Io. de Imol. conſ.35. per tot.

16. Item cum Ducibus Mediolani: Sign. *conſ.143. In quæſtione vertente, per tot.* vbi quod propter obſeruantiam tenentur ad damna.

17. Monaſterium Monialium Corporis Chriſti Venetiarum erat S. Benedicti; nunc autem eſt ordinis S. Auguſtini, & primo erat Abbatiſſa, nunc autem eſt Prioriſſa ex priuilegio Bonifacii VIII. quod inſerit Cardin. Zab. *conſ.106. A. mulier vidua,* per totum.

18. Habebat ciuitas Venetorum vnum ſtatutum, quod Doctores appellant iniquum, quia libertatem Eccleſiaſticam continens, quod clericus de nocte repertus occidatur & homicida ſoluat 5. ſolidos, ita Ambroſius Opizo in *l. filiusfam. §. diui. n.92. ff. de leg.1.* & Gemin. in *c. facta ſunt leges 4. diſtin.* dicit, quod ſtatutum Venetiis eſt, quod vulnerans Clericum ſoluat ſolidos 5. forte fuit antiquitus, ſed ſi hodie vigeret, intraret *c. nouerint de ſent. excom.* ſed non eſt credendum, quod hodie vigeat.

DVX ET SENATVS VENETOrum, Reipublicæ & Communitati Noribergenſi.

NOn equidem noſtra culpa, P. N. Cæſar nobis hoſtis eſt; atque adeo eius aures obduratæ ſunt, vt colloquendi nuſquam facultas ſit. Neq; id tamen in ipſum referimus, qui clementiſſimus eſt, ſed potius id fieri putamus ſuggeſtione maleuolentium, qui dum ſibi tantum conſultum exiſtimant, nullam habent rationem collapſuri Romani Imperii. Etenim muneribus capti ſunt, & non vident, Gallos natura Germanis infeſtos eſſe, & geſtire Coronam Imperii. Et quidem ea Cæſari in aperto res eſt. Namq; ipſe

Digitized by Google

pſe ſæpe etiā profitebatur, facile collapſura machinamenta huiuſmodi, ſi celeri remedio occurratur, ſicut & nos futurum credimus, ſi modo Cæſar ita velit, vt poteſt, obuiam ire: atq; ea, quæ facimus, & quæ per Oratores facturi dicturiq; ſumus, in bonam partem accipere. Et quænam nos egimus aduerſus Cæſarem, niſi ea, quæ plena officii ſunt? Bello laceſſiti, tuendi nos gratia obſiſtimus: & quæ ceperamus, vltro reddidimus, dum ea re Regem Maximilianum placatum iri merito putaremus. Inſuper modo nedum cupimus fœdus rite factum validum & inuiolatum eſſe, ſed etiam pacem perpetuam intercedere cum veſtro Cæſare, cuius, ſi poſſumus, eſſe volumus ſemper cultores obſequentiſſimi. Verum obſtant obtrectatores, quibus vos obuiam ire pareſt, dum noſtra ſimul & res veſtra agitur, quando mutua noſtra commercia viciſſim ſemper vſui ſint.

Noſtra præſertim in vobis ſpes eſt, & in Deo Opt. Maximo, quem procul dubio ſperamus nobis auxilio fore, non immemorem eorum, quę ſemper egimus, ſeruandæ & augendæ Chriſtianæ religionis gratia. Namq; alioquin Reges terræ nobis infeſti ſunt magis, quàm vnquam in Turcas fuerunt, & rem Venetam quanto maximo poſſunt ſtudio perditum eunt. Vos igitur, auctore Deo, in vobis, qui ſemper antiqua beneuolentia nobis coniuncti fuiſtis, noſtram quæſo cauſam agite apud Cæſarem, vt veſtra opera illo conciliato, nobiſcum vos rebus noſtris omnibus vti poſſitis, atq; conſeruata dignitas & ciuitas noſtra non magis nobis, quam vobis ſemper vſui ſit.

MEMBRVM XXVI.

DVX MEDIOLANI, ET eius facta.

1. DVx Mediolani ante creationem Ducatum appellabatur Comes Virtutum: Bald. *conſ.* 209. *Q[illegible] m ſubditus, lib.* 2. *in prin.*

2. Erat Vicarius Imperialis, & nomen eius Ioannes Galeatius Vicecomes, qui habuit guerram cum Eccleſia Romana, & cum Comite Sabaudiæ, qui erat eius auunculus, vt per Bald. *conſ.* 241. *Verba capituli, lib.* 3. vbi ponit capitula inita pro pace an comprehenderent Clericos.

3. Et quod eſſet Vicarius Imperij, & haberet merum & mixtum imperium, & haberet eius decretum vim legis: Zab. *conſ.* 125. *in prin.*

4. Guerram habuit cum ciuitate Florentiæ, & adhærentibus colligatis, qui

Digitized by Google

qui erant Commune Bononiæ, & facta fuerunt capitula pacis, Ang. *conſ.* 257. *Inter capitula.* Et de eadem guerra cum Florentinis, Ioan. de Imol. *conſ.* 51. vbi, quod non erat licita, quia tam Dux, quam Florentini recognoſcunt Imperium.

5. Primo tamen facta fuerunt capitula treguæ inter Ducem & Commune, & adhærentes hinc inde: Angel. *conſ.* 390. *Chariſſime frater, per tot.* vbi an Comes Robertus, qui verbo adhæſit Duci, ſed facto adhæſit Communi Florentiæ, debeat eſſe in tregua cum Commune tanquam adhærens Duci, & dicitur quod non.

6. Colligati cum Duce erant Commune Piſarum, Commune Senarum, & alii: colligati vero cum Florentinis erant Commune Bononiæ, & Dominus Mantuæ: Ang. *conſ.* 391 *per totum*: imo etiam Rex Franciæ erat cum Communi Florentiæ, vt per Ang. *conſ.* 390. *n.* 2. *in fi.*

7. Arbiter fuit inter Ducem Sabaudiæ, & Marchionem Montisferrati ſuper pace inter eos componenda, & reſtitutione ciuitatis Montis Vici ſeu Montis Regalis, & caſtrorum quæ occupauerat Dux Marchioni, ſuper quo Ang. *conſ.* 367. *In quæſtione vertente, per tot.* conſuluit pro Marchione.

8. Guerram habuit cum Marchionibus Eſtenſibus, & multis Ciuitatibus, & erant factæ ligæ & confœderationes fere maioris partis Italiæ hinc inde, tandem compromiſerunt in Ducem Ianuæ, Magnum Magiſtrum Hieroſolymitanum, & alios, qui pronuntiarunt pacem de anno 1392. Bal. *conſ.* 147. *Orta guerra,* poſt conſilium, vbi inſerit omnes Colligatos, & tenorem ſententiæ, *lib.* 2.

9. Subditus eſt Imperio, & recognoſcit Imperium; ideo ſine Imperatore bellum non poteſt indicere: Ioan. de Imol. conſ. 51. vbi, quod non valet dictum, quod de facto non recognoſcit, quia attenditur quod de iure fieri debet, non quod de facto fit.

10. Habet plenitudinem poteſtatis, ſicut Imperator, vt dicit Iaſ. *conſ.* 101 *Immunitas, col.* 3. *n.* 2. *verſ. item Dux, lib.* 4.

11. Et non recognoſcit ſuperiorẽ, vt dicit Alex. *conſ.* 30. *Ponderatis, nu.* 9. vbi plena Apoſtilla in verbo, *ipſe,* dat plures concord. pro & contra, *lib.* 5.

Vide plenius, *Mediolani Dux, & eius priuilegia,* &c. Concluſ. 165.

MEDIOLANI DVX, ET EIVS PRIVILEGIA.

1. IOannes Galeatius Vicecomes fuit creatus Dux Mediolani, & Vicari⁹ Imperij in Italia à Rege Romanorũ, qui ẽt reuocando omnes infœudationes

dationes illi ſubiecit multas ciuitates, & voluit omnes fœudatarios teneri ad præſtandum iuramentum fidelitatis: Bald *conſ.326. Rex Romanorum, per tot. lib.1.* vbi quod non tenentur fœudatarii Imperii ligii, & alii ad maius onus, neque ad duo iuramenta, ſed bene potuit Imperator vel Rex Romanorum ſubiicere fœudatarios Duci Mediolani, ſicuti ſi crearet Ducatum in Regnum, quod poſſet, *conſ. 328. Quæritur ſi Rex Romanorum, & conſ.333. Ad intelligentiam, in princ. & per totum, lib.1.* Et hæc erectio fuit facta in Ducatum à Ladislao Imperatore anno Domini 1395. vt apud Blundum *lib.7. Italiæ illuſtratæ*, & Apoſtil. ad Alexant. *conſ.87. in ver. Galeatii.*

2. Et quod valuerit conceſſio facta à Rege Romanorum, nondum incoronato Imperatore prædicto Galeatio, plene Ang. Ared. *conſ.113. Quia in caſu*, vbi quod eſſet ſacrilegium diſputare de hoc, maxime quia conceſſio fuit motu proprio, & ex certa ſcientia de plenitudine cum clauſula ſupplentes.

3. Iſte Galeatius habuit vnicam filiam nomine Valentinam, quam de anno 1389. nupſit Duci Ludouico Aurelianenſi. Ex ea orti ſunt Carolus, Philippus, & Ioannes, & Margarita, & habuit in dotem Ciuitatem Aſtenſem. Carolus Dux Aurelianenſis primogenitus fecit ſe inueſtiri à Sigiſmundo Imperatore de d. ciuitate 18. Septemb. 1413. Ex Carolo natus eſt Ludouicus, qui fuit XII. Rex Francorum: & ex hoc prætendunt Reges Franciæ ſucceſſionem in Ducatu Mediolani, quia aſſerunt in dotali inſtrumento conuentum, quod finita linea Vicecomitum Ducatus Mediolani ſpectaret ad deſcendentes Valentinæ, vt dicit Apoſtil. ad Alexand. *conſ.87. Accurate, lib.6.* Sed Alexander ibi, qui ponit tenorem inſtrumenti dotis, nihil de hoc, imo conſuluit, quod non ſolus Carolus, ſed omnes filii Valentinæ ſuccedunt.

4. Huic Ioanni Galeatio ſucceſſit in Ducatu Philippus Maria, qui conceſſit in fœudum Duci Borſio Eſtenſi Caſtrum Nouum: Ang. Aret. *d. conſ.113.* vbi quod Dux Borſius tenetur obſeruare exemptiones conceſſas illis de Graſſis per Philippum Mariam ante infœudationem dicti Caſtri.

5. Et iſte Philippus Maria pronepotibus ſuis ex Valentina nupta Duci Ludouico Aurelianenſi gubernauit ciuitatem Aſtenſem nomine Caroli Ducis Aurelianenſis filii Ludouici, vt in facto ad *conſ. Alex.87. lib.8.*

6. Iſte, cum ſit Vicarius, non dicitur abſolutus Dominus, ideo non ſtatur ſuæ aſſertioni, nec habet locum *Clem.1. de probation.* ſed *cap. cum à nobis, de teſt.* vt ſibi aſſerenti non credatur.

7. Et in conceſſione Ducatus inter alias ciuitates fuit conceſſa ciuitas

Digitized by Google

Bergomi. Caſtr. *conſ.* 34. *col.fin. v. ex eo tamen, lib.* 2. *& ibi col.* 1. *v. cum igitur ciuitas*, dicit, *eſt de Comitatu Mediolani, licet de facto per alium detineatur.*

8. Poteſt Dux Mediolani in ſuo Ducatu, quicquid poteſt Imperator, quia fungitur vice Imperatoris ex conceſſionibus Regis Romanorum. Bald. *conſ.* 317. *Pridie enim, in fin. verſ. concludendo dico, libr.* 1. *& conſ.* 188. *Dicitur, quod opus, num.* 5. *verſ. item magnificus noſter, lib.* 2. quod vicem Imperatoris per omnia gerit, *& conſ.* 195. *Laudare vos, in princ.* vbi quod tam Dux Mediolani, quam Mantuæ, & alii, de conſuetudine poſſunt ea, quæ Imperator in ſuo ſtatu, *lib.* 2. Alexand. *conſ.* 2. *Viſis codicillis, n.* 8. *&* 9. *lib.* 1. Ripa *Reſpon.* 3. *in fin. de diuerſ. reſcript.* Dec. *conſ.* 405. *n.* 6. *&* 7. & ante eum Caſtr. pleniſſime *conſ.* 34. *Super primo dubio, lib.* 2. *in prin.* & per totum maxime *n.* 5 vſque in fin. plene Alexand. *conſ.* 11. *Alias conſului, num.* 8 *& ſeq. ver. poſſet etiam aliter reſponderi, lib.* 7. Apoſtill. *in ver. Dux*, citat Alexand. *conſ.* 30. *n.* 9. *lib.* 5.

9. Imo dicit latiſſime Alexand. *d. conſ.* 11. *n.* 6. & *ſeq. lib.* 7. quod Dux Mediolani non eſt ſubditus Imperatori, neq; ſubditi Ducis ſunt ſubditi Imperio, quia ab immemorabili tempore ipſe Dux, vt eſt notorium, præſcripſit iura Imperialia, & poteſt in ſuo Ducatu omnia, quę poteſt Imperator in Imperio, & licet nemo poſſit præſcribere, quin ſubſit Papæ, bene poteſt præſcribere, vt non ſubſit Imperatori, & plenius Curt. Sen. *conſ.* 65. *n.* 5. *& ſeq.* maxime *n.* 15. *&* 16. vbi quod Imperator quoad Ducatum Mediolani redactus eſt ad inſtar priuati, & quod de eo dici poteſt, quod ſolet dici de Polo Antartico, qui non eſt noſtri Emiſperii, & repetit *conſ.* 49. *num.* 50. *verſ. non oſtenditur.*

10. Imo ex priuilegio Vincislai Romanorum Imperatoris omnia iura Imperialia ſunt translata in Ducem Mediolani Vicarium perpetuum per ſe, & ſuos hæredes Imperii: Bald. *conſ.* 355. *Factum tale eſt*, per totum, *libr.* 3. vbi quod *l. bene à Zenone*, & alia iura loquentia de Imperatore, habent locum etiam in Duce Mediolani: quæ inueſtitura Vicislai fuit de anno 1396. vt atteſtantur Curt. Iun. *conſil.* 157. *numer.* 32. Alba. *conſil.* 64. *numer.* 45.

11. Et Imperium ſurrexit à mortuis per erectionem Ducatus Mediolani, inquit Bald. *d. conſil.* 333. *Circa principium, verſ. porro ad eum pertinet, libr.* 1.

12. Iura Imperii habet, & ideo delegat cauſas meri Imperii, ſicut Imperator, in ſuo Ducatu: Angel. *conſil.* 217. *In cauſa accuſationis, in princ. verſ. contrarium eſt verum.*

13. Imperator eſt in ſuo Ducatu Dux Mediolani, & non recognoſcit

Impe-

Imperium, vt latius multa cumulat Curt. Sen. *conſ. 65 nu. 5. ver. ſed præmiſſis.*

14. Extende, quia non minorem poteſtatem habet Dux Mediolani in ſuis ciuitatibus, quam habet Rex in ſuo Regno: Ioan. de Anan. *conſil. 81. num. 2. & num. 3.* dicit quod plus iuris habet in ſuo Ducatu, quam Imperator in Imperio, quia habet hæredem & ſucceſſorem, non Imperator.

15. Extende, quia habet Dux Mediolani iura Regalia in ſuo Ducatu, & ideo illius fiſcus dicitur idem fiſcus cum fiſco Imperatoris propter vtilem conceſſionem ab Imperatore factam de ipſo fiſco vtili, ideo *l. bene à Zenone, C. de quadr. præſcript.* loquens in Imperatore, habet locum in Duce Mediolani: Bald. *conſ. 363. Quæritur an ſi, lib. 1.* per totum.

16. Et iura Principis habet: Ang. Aretin. *conſ. 113. Quia in caſu, n. 6. verſ. videndum.*

17. Et poteſt committere cauſam appellatione remota, ex quo ſuperiorem non recognoſcit: Socin. *conſ. 195. Circa primum in princ. lib. 2.*

18. Et quod poſſit, prout alii abſoluti Principes, donare, & diſponere de rebus ſubditi ex cauſa, quæ præſumitur, tenet Ioan. de Anan. *conſ. 81. num. 4.*

19. Contrarium, quod Dux Mediolani non poſſit auferre rem ſubditi, prout Imperator, neq; militibus: Fulgoſ. *conſ. 20. n. 5.* vſq; in fin. vbi quod non poteſt auferre bona Corrigienſiū, & illa donare eius Capitaneo, ſtante prohibitione alienandi extra familiam, quia non eſt ſolutus legibus, ſed ſolus Imperator; item, quia ignorauit prohibitionem, & quia non niſi ob publicam neceſſitatem hoc in ſupremo Principe admittitur.

20. Declara, quia Dux Mediolani eſt vaſſallus Imperii, ideo non indicit bellum: Ioan. de Imol. *conſ. 51.* per totum.

21. Item, non poteſt fœudalia donare, quia ipſe vaſſallus eſt: Ioan. de Anan. *conſ. 81. in fin.*

22. Declarat tamen Curt. Iun. *d. conſ. 157. num. 32.* quia licet omnia poſſit, non tamen poteſt eneruare decreta Imperatoris.

23. Et quatenus dicatur Adminiſtrator Imperii, quia eſt perpetuus, poſſet donare moderate, tanquam Adminiſtrator: Ioan. de Anan. *conſ. 81. nume. 2.*

24. Amplia, quia legitimat ſpurios, ſecundum Barbat. *conſ. 34. col. pen. lib. 2.* vbi quod non præſumitur facere non conceſſa, & ideo cum hoc faciat, præſumitur habere in conceſſione, & idem dicit Caſtrenſ. *conſ. 34 Super primo, in princ. verſ. ſed ad iſtam, lib. 2.*

25. Extende, quia quatenus nullum haberet ſpeciale priuilegium;

Digitized by Google

poteſt iſta iure ordinariæ iuriſdictionis in ſuo Ducatu, prout etiam poteſt creare notarios in ſuo Ducatu, prout omnes alii Comites, & alii Vicarii perpetui: Caſtr. *d. conſi.* 34. *in prin. lib.* 2. ſequitur Dec. *conſ.* 403. *num.* 6. etiam auferendo ius quæſitum de iure ciuili, vt ibi *num.* 5. vſque in fin.

26. Luchinus Vicecomes fuit Dominus Mediolani, & Status: Signor. *conſ.* 89. vbi connumerat Ciuitates, & decreta quædam circa bannitos.

27. Diuiſerunt Domini Mediolani Statum, & Barnaboni obuenit Terra Lacui, frater fuit Galeatius Maria Vicecomes: Signor. *conſ.* 105.

28. Bernabos Vicecomes Dux Mediolani fuit Dominus Bergomi, & habuit bellum cum Sede Apoſtolica & adhærentibus, qui erant Dominus Veronæ, Dominus Paduæ, Dominus Marchio Ferrariæ, contra quos diffidauit, vt in litteris ſcriptis ad ciuitatem Bergomi, de quibus Signorol. *conſ.* 183. *in princ.*

29. Magnifica Domina Blanca fuit vxor Barnabonis, & ipſa quoq; reſcribebat loco Principis: Signor. *conſ.* 194. *in princ.*

30. Dux ſecundus Mediolani fuit interfectus, & Prior S. Ambroſii Mediolani fuit conſcius necis Ducis, pro quo ſcribit Chriſtoph. Caſtillion. *conſil.* 7. *Viſis prius, per tot.* & concludit, quod confeſſio extraiudicium facta per Priorem, quod ſciuit ante necem Ducis per quindecim dies, non eſt ſufficiens, niſi ad ſuſpenſionem, & ſic ad pœnam extraordinariam.

31. Pandulphus Malateſta tractauit ex inſidiis ingredi Mediolanum, & mediantibus bannitis quibuſdam capere portam Cumanam, vt per Caſtilion. *conſ.* 8. *In facto propoſito, in princ.* vbi quod Dux poſtea reſtituit bona alteri donata ipſis condemnatis cum clauſula, *non obſtante donatione*, & dicit, quod non valet in præiudicium tertii.

32. Ludouicus Dux Mediolani & Princeps Achaiæ miſit Signorolũ Homodæum & Petrum Bixutium ad legendum in Studio Taurinenſi cũ promiſſione & obligatione de ſoluendo ſtipendio. Et cum non ſoluiſſet, & mortuus eſſet Ludouicus Dux, & Signorolus quoq; eſſet mortuus; negabat ſucceſſor in Ducatu teneri per multas rationes; primo quoad Ducatũ, cum ſit fœudale, non potuit obligari; ſecundo, quia quatenus Ludouicus acquiſiuiſſet aliqua bona, extat Decretum Ducum, quod omnia ſint Ducatus, & fœudalia; tertio, quia quatenus obligatio teneat, dicit Dux, quod mortuo Ludouico poſuit populos in libertate, & ipſi ſe dederunt, ideo cũ ipſos populos & fœuda poſſideat ex noua acquiſitione, & expugnatione, obligationes euaneſcunt, prout hæc omnia Chriſtoph. Caſtilion. recenſet, *conſ.* 4. *Illuſt. Princeps, in princ.* ſed *n.* 8. *& ſeq.* oſtendit, illud pactum non operari

Digitized by Google

tari translationem dominii,neq; poſſeſſionis, & non obligare ſucceſſores in Ducatu.

33. Franciſcus Sfortia primus Dux Mediolani habuit filium primogenitum nomine Galeatium Mariam,qui contraxit ſponſalia cum Suſanna filia Ludouici Marchionis Mantuæ,ſed fuerunt diſſoluta propter inhabilitatem Suſannæ,ideo contracta fuerunt de nouo ſponſalia cũ Dorothea filia eiuſdem Marchionis Mantuæ ſub duabus conditionibus, ſi Papa diſpenſaret,prout diſpenſauit, & ſi non redderetur gybboſa mulier ſuper quo orta fuit controuerſia ſuper oſtenſione puellæ nudæ, & Aret. *conſ.* 142. conſuluit pro Duce Mediolani.

34. Rex Franciæ & Dux Mediolani obtinuit à Leone X. ꝙ non poſſent trahi ad Curiam Romanam Mediolanenſes.ideo expulſo Rege Franciæ ceſſat priuilegium,quia non tanquam Duci,ſed tanquam Regi Franciæ & Duci fuit conceſſum: Surd. *conſ.127.num.67.*

35. Pacem habuit cum Domino Mantuæ,& Marchione Ferrariæ:Bald. *conſ.195.per tot.l.2.* vbi quod Dux Mediolani non venit contra pacem faciendo nouum opus ſuper flumine Padi etiam ad æmulationem pro ſecuritate ſua,quia Dominus Mantuæ prius fecit pontem ad eandem æmulationem,per quem poſſent homines armati de facili tranſire.

36. Iudex fuit Dux Mediolani ex ſua iuriſdictione inter Parmenſes, & Dominos Corrigii,vt per Signor.*conſ.70. In quæſtione vertente, penul. col. verſ. venio ad quartum.*

37. Guerram habuit Dux Mediolani cum ſuis adhærentibus;cum Domino Ioanne de Olegio & adhærentibus: tandem fecerunt pacem generalem, & fuerunt reſtituta omnia, & Ioannes de Pepulis adhærens Domino Ioanni de Olegio fuit reſtitutus Bononiæ, vnde erat expulſus, & ad bona Nouariæ: Signor.*conſ.131. Factum ſic ſe habet.*

38. Archiepiſcopus Mediolanenſis fuit iudex allegantibus Bartolo,Salyceto & aliis Aduocatis ſuper eo,an ſtatutum Mediolani de non alienandis bonis in non ſubditos compræhendat Clericos & Eccleſiam, vt refert Tiraquell. *de retract. Lignag.* §. 1. *gloſſ.13. n.5. ver & in ſimili.*

39. Statuta Mediolani ſunt condita & confirmata à Ducibus Mediolani,habentibus facultatem ab Imperatore condendi ſtatuta, ideo derogatio poſtea facta ab Imperatore ſtatutis in genere,non derogat ſtatutis Mediolani,niſi fiat de eis mentio ſpecialis: Signorol. *conſ.219. Factum ſic ſe habet,n.14. in fin. verſ. nec prædictũ obſtat.*

40. Vinum ad minutum non poteſt vendi in ciuitate Mediolani ſine

Digitized by Google

licentia datiariorum ſub pœna æris, & perſonę arbitrio, quæ pœna, ſi de die, non poteſt excedere relegationem: Signor. *conſil. 169. num. 53.*

MEDIOLANI DECRETA, ET interpretationes.

1. DEcretum contra creditores eorum, quorum bona confiſcantur, continet, quod creditores debent iurare ſe veros creditores, &c. & ſi falſum iurauerint, perdunt creditum, condemnãtur in quadruplum, & ſunt periuri: Bald. *conſ.* 110. *Decreto Domini*, vbi ponit continentiam decreti, *lib.* 1. & dicit huiuſmodi decretum non habere locum, ſi procurator habens mandatum iurauit falſum, niſi eſſet mandatum ſingulare & ſpeciale.

2. Banniti ex ciuitate Mediolani etiam cenſentur banniti ex aliis ciuitatibus Status, ex decreto Luchini Vicecomitis. ideo ſicut poſſunt impune offendi, ſtante ſtatuto, banniti ciuitatum, ita etiam poterunt offendi iſti banniti per extenſionem ex decreto prædicto, quod fuit Luchini Vicecomitis, de quo Signoról. *conſ. 89.* per totum.

3. Quod nullus pro delicto ciuili poſſit carcerari; aliud, quod omnes fictabiles, mezzadi, molinarii, & ſimiles obligati reſpondere domino, poſſunt carcerari pro vtraque Caſtill. *conſ. 29.* & tandem concludit, quod ſic, quando ſimpliciter fideiuſſit, quia tacite in omnem cauſam, magis ſi expreſſe fideiuſſit in omnem cauſam, quia cenſetur etiam quoad capturam, & renunciaſſe primo decreto prohibenti capturam.

4. Quod cauſa vſuraria poſſit cognoſci, tam per iudicem ſecularem, quam eccleſiaſticum ad electionem eius, qui paſſus eſt vſuras, & quod eccleſiaſticus non poſſit inhibere ſeculari: Caſtill. *conſ. 36. n. 25. de ſecundo*, vbi, quod Dux mandauit tolli inhibitionem Epiſcopi Laudenſis, & Prætori, quod procederet in cauſa vſurarum.

MEMBRVM XXVII.

FERRARIÆ CIVITAS, EIVSQVE STAtuta, conſuetudines, & priuilegia.

1. FErrariæ Ciuitas eſt de temporali iuriſdictione Eccleſiæ, ideo in ea ius Canonicum ſeruari debet: Card. Zabarel. *conſ. 2. Circa ſtatu-*

Digitized by Google

ſtatutum, vbi quod eſt ſub Vicariatu Marchionum Eſtenſium: Angel. *conſ.* 93. *Viſis inſp ctis, col.* 3. *num.* 3. *ver. corroborabatur*, vbi quod Notarius habens facultatem rogandi inſtrumenta in terris Imperii, non rogat in ciuitate Ferrariæ, quia eſt de iurisdictione Eccleſiæ, tenendo opinionem, quod valeat donatio Conſtantini, & quod Ferraria ſit de rebus donatis Eccleſiæ Romanæ; tenet Alexand. *conſ.* 67. *Conſideratis iis, in fin. lib.* 1. & Gloſ. *in auth. vt Eccleſia Rom. in verb. Petri*, quod Ferraria eſt de horto Romanæ Eccleſiæ, late Volaterran. *lib.* 1. *Geograph. col.* 99.

2. Et quod ſit de ſtatu Eccleſiæ probatur, quia capitula inter Venetos & Ferrarienſes firmata, confirmata fuerunt per Clementem Papam V. vt ſupremum Dominum Ferrariæ, prout ex deductis per Florian. de S. Petro *conſ.* 10. *per tot.* vbi in fine dicit, quod per negligentiam Ciuitatis, & Marchionis Eſtenſis in non exigendo datium à Venetis non potuit præiudicari ſuperiori ſupremo, qui eſt Papa. Caſtr. quoq; *conſ.* 102. *Videndum. n.* 3. *lib.* 2. dicit, quod Ferraria eſt ſubiecta Eccleſiæ Romanæ circa temporalem iuriſdictionem, & quod propterea Marchiones poſſunt legitimare filios Sacerdotum, quia habent à Papa poteſtatem: Angel. Aret. *conſ.* 19. *Videtur omnino, n.* 24. *v. in Papa*, vbi quod eſt de temporali iuriſdictione Eccleſiæ, & Papa in ea reſtituit in integrum, & dicit, *abſit dubitare de contrario, quia nefas eſſet, & ſacrilegium:* & iterum *conſ.* 114. *Quoad primum n.* 13. *& ſeq.*

3. Et quod Ciuitas & Eccleſia Ferrarienſis & March æ ſint de horto Eccleſiæ Romanæ, & gaudeant centenaria præſcriptione: Felin. *in cap. ad audientiam, n.* 22. *v. amplia quarto de præſ riptiọn.* Alexand. *conſ.* 112. *nu.* 2. *lib.* 4. vbi allegat d. Gloſſ. *in authentic. vt Eccleſia Romana, §. finali, in fine.*

4. Et pro cenſu, qui ſoluitur Eccleſiæ Romanæ, ſunt obligatæ confiſcationes, regalia, & etiam pro ſalario Officialium: Ioan. de Imola *conſ* 35. *num.* 23. *ver. circa tertium.*

5. Et quod Imperator Otho non potuerit donare bona aliqua in Bondeno, ſeu Policino Bondeni, quia eſt de ſtatu Eccleſiæ: Alexand. *conſ.* 112. *In cauſa & li e, nu.* 2. *verſ item dato, lib.* 4.

6. Et licet ciuitas Ferrariæ ſit de ſtatu Eccleſiæ, tamē in ea an poſſit Imperator legitimare tanquam in terris Eccleſiæ, dubium eſt: Rimin. Iun. *conſ.* 156 *num.* 2 *&* 3. *& ſeq. & nu.* 19. *& ſeq. lib.* 2.

7. Marchio Ferrariæ eſt ſubditus Papæ, non Imperatori, & habet caſtra Nonantulæ, & Bazani in Vicariatum ab Eccleſia Romana, & non poteſt illa alienare: Zabarel. *conſ.* 85. *per tot.* vbi quod non potuerunt conuenire de dandis caſtris prædictis Ciuitati Bononiæ etiam pro pace, & vide-

Digitized by Google

13. Ideo Venetijs habens pignus non poteſt conſtituere debitorem in mora propter conſuetudinem, Corn.*con.166.n.5.l.4.*

14. Conſtitutionem habet, quod lauda executioni mandentur non obſtante petita reductione, quando fuit renũciatum ipſi reductioni, quæ debet intelligi ad effectum iudicii executiui, tamen debet poſtea cognoſci de læſione in iudicio ordinario, etiamſi eſſet vnus ſolus iudex vtriuſq; iudicii Caſtr.*conſ.255.Primo & ante omnia, in prin.lib.1.*

15. Pacta & conuentiones habet cum Marchionibus Eſtenſibus Ferrariæ, quod fiant hincinde remiſſiones, & quod exequi debeant ſententiæ hincinde vnius loci in alio, ſuper quibus capitulis quando habeant locum vel non. Io.de Imol.conſ.35.per tot.

16. Item cum Ducibus Mediolani: Sign.*conſ.* 143. *In quæſtione vertente, per tot.* vbi quod propter obſeruantiam tenentur ad damna.

17. Monaſterium Monialium Corporis Chriſti Venetiarum erat S. Benedicti; nunc autem eſt ordinis S. Auguſtini, & primo erat Abbatiſſa, nunc autem eſt Prioriſſa ex priuilegio Bonifacii VIII. quod inſerit Cardin. Zab. *conſ.106.A.mulier vidua,* per totum.

18. Habebat ciuitas Venetorum vnum ſtatutum, quod Doctores appellant iniquum, quia libertatem Eccleſiaſticam continens, quod clericus de nocte repertus occidatur & homicida ſoluat 5. ſolidos, ita Ambroſius Opizo in *l.filiusfam.§.diui.n.92.ff.de leg.1.*& Gemin.in *c.facta ſunt leges 4.diſtin.* dicit, quod ſtatutum Venetiis eſt, quod vulnerans Clericum ſoluat ſolidos 5. forte fuit antiquitus, ſed ſi hodie vigeret, intraret *c.nouerint de ſent.excom.* ſed non eſt credendum, quod hodie vigeat.

DVX ET SENATVS VENETOrum, Reipublicæ & Communitati Noribergenſi.

NOn equidem noſtra culpa, P. N. Cæſar nobis hoſtis eſt; atque adeo eius aures obduratæ ſunt, vt colloquendi nuſquam facultas ſit. Neq; id tamen in ipſum referimus, qui clementiſſimus eſt, ſed potius id fieri putamus ſuggeſtione maleuolentium, qui dum ſibi tantum conſultum exiſtimant, nullam habent rationem collapſuri Romani Imperii. Etenim muneribus capti ſunt, & non vident, Gallos natura Germanis infeſtos eſſe, & geſtire Coronam Imperii. Et quidem ea Cæſari in aperto res eſt. Namq; ipſe

pſe

pſe ſæpe etiã profitebatur, facile collapſura machinamenta huiuſmodi, ſi celeri remedio occurratur, ſicut & nos futurum credimus, ſi modo Cæſar ita velit, vt poteſt, obuiam ire; atq; ea, quæ facimus, & quæ per Oratores facturi dicturiq; ſumus, in bonam partem accipere. Et quænam nos egimus aduerſus Cæſarem, niſi ea, quæ plena officii ſunt? Bello laceſſiti, tuendi nos gratia obſiſtimus: & quæ ceperamus, vltro reddidimus, dum ea re Regem Maximilianum placatum iri merito putaremus. Inſuper modo nedum cupimus fœdus rite factum validum & inuiolatum eſſe, ſed etiam pacem perpetuam intercedere cum veſtro Cæſare, cuius, ſi poſſumus, eſſe volumus ſemper cultores obſequentiſſimi. Verum obſtant obtrectatores, quibus vos obuiam ire pareſt, dum noſtra ſimul & res veſtra agitur, quando mutua noſtra commercia viciſſim ſemper vſui ſint.

Noſtra præſertim in vobis ſpes eſt, & in Deo Opt. Maximo, quem procul dubio ſperamus nobis auxilio fore, non immemorem eorum, quę ſemper egimus, ſeruandæ & augendæ Chriſtianæ religionis gratia. Namq; alioquin Reges terræ nobis infeſti ſunt magis, quàm vnquam in Turcas fuerint, & rem Venetam quanto maximo poſſunt ſtudio perditum eunt. Vos igitur, auctore Deo, in vobis, qui ſemper antiqua beneuolentia nobis coniuncti fuiſtis, noſtram quæſo cauſam agite apud Cæſarem, vt veſtra opera illo conciliato, nobiſcum vos rebus noſtris omnibus vti poſſitis, atq; conſeruata dignitas & ciuitas noſtra non magis nobis, quam vobis ſemper vſui ſit.

MEMBRVM XXVI.

DVX MEDIOLANI, ET eius facta.

1. DVx Mediolani ante creatum Ducatum appellabatur Comes Virtutum: Bald. *conſ.* 209. *Q*[illegible] *m ſubditus, lib.* 2. *in prin.*

2. Erat Vicarius Imperialis, & nomen eius Ioannes Galeatius Vicecomes, qui habuit guerram cum Eccleſia Romana, & cum Comite Sabaudiæ, qui erat eius auunculus, vt per Bald. *conſ.* 241. *Verba capituli, lib.* 3. vbi ponit capitula inita pro pace an comprehenderent Clericos.

3. Et quod eſſet Vicarius Imperij, & haberet merum & mixtum imperium, & haberet eius decretum vim legis: Zab. *conſ.* 125. *in prin.*

4. Guerram habuit cum ciuitate Florentiæ, & adhærentibus colligatis, qui

qui erant Commune Bononiæ, & facta fuerunt capitula pacis, Ang.*conſ.* 257.*Inter capitula.* Et de eadem guerra cum Florentinis, Ioan. de Imol. *conſ.* 51. vbi, quod non erat licita, quia tam Dux, quam Florentini recognoſcunt Imperium.

5. Primo tamen facta fuerunt capitula treguæ inter Ducem & Commune, & adhærentes hinc inde: Angel.*conſ.*390.*Chariſſime frater, per tot.* vbi an Comes Robertus, qui verbo adhæſit Duci, ſed facto adhæſit Communi Florentiæ, debeat eſſe in tregua cum Commune tanquam adhærens Duci, & dicitur quod non.

6. Colligati cum Duce erant Commune Piſarum, Commune Senarum, & alii: colligati vero cum Florentinis erant Commune Bononiæ, & Dominus Mantuæ: Ang.*conſ.*391 *per totum*: imo etiam Rex Franciæ erat cum Communi Florentiæ, vt per Ang.*conſ.*390.*n.*2.*inſi.*

7. Arbiter fuit inter Ducem Sabaudiæ, & Marchionem Montisferrati ſuper pace inter eos componenda, & reſtitutione ciuitatis Montis Vici ſeu Montis Regalis, & caſtrorum quæ occupauerat Dux Marchioni, ſuper quo Ang.*conſ.*367.*In quæſtione vertente, per tot.* conſuluit pro Marchione.

8. Guerram habuit cum Marchionibus Eſtenſibus, & multis Ciuitatibus, & erant factæ ligæ & confœderationes fere maioris partis Italiæ hinc inde, tandem compromiſerunt in Ducem Ianuæ, Magnum Magiſtrum Hieroſolymitanum, & alios, qui pronuntiarunt pacem de anno 1392. Bal. *conſ.*147.*Orta guerra*, poſt conſilium, vbi inſerit omnes Colligatos, & tenorem ſententiæ, *lib.*2.

9. Subditus eſt Imperio, & recognoſcit Imperium; ideo ſine Imperatore bellum non poteſt indicere: Ioan. de Imol. conſ.51. vbi, quod non valet dictum, quod de facto non recognoſcit, quia attenditur quod de iure fieri debet, non quod de facto fit.

10. Habet plenitudinem poteſtatis, ſicut Imperator, vt dicit Iaſ. *conſ.* 101.*Immunitas, col.*3.*n.*2.*verſ. item Dux, lib.*4.

11. Et non recognoſcit ſuperiorẽ, vt dicit Alex.*conſ.*30.*Ponderatis, nu.*9. vbi plena Apoſtilla in verbo, *ipſe*, dat plures concord. pro & contra, *lib.*5.

Vide plenius, *Mediolani Dux, & eius priuilegia,* &c. Concluſ. 165.

MEDIOLANI DVX, ET EIVS PRIVILEGIA.

1. IOannes Galeatius Vicecomes fuit creatus Dux Mediolani, & Vicari⁹ Imperij in Italia à Rege Romanorũ, qui ẽt reuocando omnes infœudationes

dationes illi ſubiecit multas ciuitates, & voluit omnes fœudatarios teneri ad præſtandum iuramentum fidelitatis: Bald *conſ.326. Rex Romanorum, per tot. lib.1.* vbi quod non tenentur fœudatarii Imperii ligii, & alii ad maius onus, neque ad duo iuramenta, ſed bene potuit Imperator vel Rex Romanorum ſubiicere fœudatarios Duci Mediolani, ſicuti ſi crearet Ducatum in Regnum, quod poſſet, *conſ. 328. Quæritur ſi Rex Romanorum, & conſ.333. Ad intelligentiam, in princ. & per totum, lib.1.* Et hæc erectio fuit facta in Ducatum à Ladislao Imperatore anno Domini 1395. vt apud Blundum *lib 7 Italiæ illuſtratæ*, & Apoſtil. ad Alexant. *conſ.87. in ver. Galeatii.*

2. Et quod valuerit conceſſio facta à Rege Romanorum, nondum incoronato Imperatore prædicto Galeatio, plene Ang. Ared. *conſ.113. Quia in caſu*, vbi quod eſſet ſacrilegium diſputare de hoc, maxime quia conceſſio fuit motu proprio, & ex certa ſcientia de plenitudine cum clauſula ſupplentes.

3. Iſte Galeatius habuit vnicam filiam nomine Valentinam, quam de anno 1389. nupſit Duci Ludouico Aurelianenſi. Ex ea orti ſunt Carolus, Philippus, & Ioannes, & Margarita, & habuit in dotem Ciuitatem Aſtenſem. Carolus Dux Aurelianenſis primogenitus fecit ſe inueſtiri à Sigiſmundo Imperatore de d. ciuitate 18. Septemb. 1413. Ex Carolo natus eſt Ludouicus, qui fuit XII. Rex Francorum: & ex hoc prætendunt Reges Franciæ ſucceſſionem in Ducatu Mediolani, quia aſſerunt in dotali inſtrumento conuentum, quod finita linea Vicecomitum Ducatus Mediolani ſpectaret ad deſcendentes Valentinæ, vt dicit Apoſtil. ad Alexand. *conſ.87. Accurate, lib.6.* Sed Alexander ibi, qui ponit tenorem inſtrumenti dotis, nihil de hoc, imo conſuluit, quod non ſolus Carolus, ſed omnes filii Valentinæ ſuccedunt.

4. Huic Ioanni Galeatio ſucceſſit in Ducatu Philippus Maria, qui conceſſit in fœudum Duci Borſio Eſtenſi Caſtrum Nouum: Ang. Aret. *d. conſ.113.* vbi quod Dux Borſius tenetur obſeruare exemptiones conceſſas illis de Graſſis per Philippum Mariam ante infœudationem dicti Caſtri.

5. Et iſte Philippus Maria pronepotibus ſuis ex Valentina nupta Duci Ludouico Aurelianenſi gubernauit ciuitatem Aſtenſem nomine Caroli Ducis Aurelianenſis filii Ludouici, vt in facto ad *conſ. Alex. 87. lib.8.*

6. Iſte, cum ſit Vicarius, non dicitur abſolutus Dominus, ideo non ſtatur ſuæ aſſertioni, nec habet locum *Clem. 1. de probation.* ſed *cap. cum à nobis, de teſt.* vt ſibi aſſerenti non credatur.

7. Et in conceſſione Ducatus inter alias ciuitates fuit conceſſa ciuitas

Bergomi. Caſtr. *conſ.34.col.fin.v.ex eo tamen, lib. 2. & ibi col.1.v. cum igitur ciuitas,* dicit, *eſt de Comitatu Mediolani, licet de facto per alium detineatur.*

8. Poteſt Dux Mediolani in ſuo Ducatu, quicquid poteſt Imperator, quia fungitur vice Imperatoris ex conceſſionibus Regis Romanorum. Bald. *conſ.317. Pridie enim, in fin. verſ. concludendo dico, libr.* 1. *& conſ.*188. *Dicitur, quod opus, num. 5. verſ. item magnificus noſter, lib. 2.* quod vicem Imperatoris per omnia gerit, *& conſ.195. Laudare vos, in princ.* vbi quod tam Dux Mediolani, quam Mantuæ, & alii, de conſuetudine poſſunt ea, quæ Imperator in ſuo ſtatu, *lib.2.* Alexand. *conſ.2. Viſis codicillis, n.8. & 9. lib.1.* Ripa *Reſpon. 3. in fin. de diuerſ. reſcript.* Dec. *conſ.403. n.6. & 7.* & ante eum Caſtr. pleniſſime *conſ.34. Super primo dubio, lib.2. in prin.* & per totum maxime *n.5* vſque in fin. plene Alexand. *conſ.11. Alias conſului, num.8 & ſeq. ver. poſſet etiam aliter reſponderi, lib.7.* Apoſtill. *in ver. Dux,* citat Alexand. *conſ.30. n.9. lib.5.*

9. Imo dicit latiſſime Alexand. *d. conſ.11. n.6.* & *ſeq. lib.7.* quod Dux Mediolani non eſt ſubditus Imperatori, neq; ſubditi Ducis ſunt ſubditi Imperio, quia ab immemorabili tempore ipſe Dux, vt eſt notorium, præſcripſit iura Imperialia, & poteſt in ſuo Ducatu omnia, quę poteſt Imperator in Imperio, & licet nemo poſſit præſcribere, quin ſubſit Papæ, bene poteſt præſcribere, vt non ſubſit Imperatori, & plenius Curt. Sen. *conſ.65. n.5. & ſeq.* maxime *n.15. & 16.* vbi quod Imperator quoad Ducatum Mediolani redactus eſt ad inſtar priuati, & quod de eo dici poteſt, quod ſolet dici de Polo Antartico, qui non eſt noſtri Emiſperii, & repetit *conſ. 49. num.50. verſ. non oſtenditur.*

10. Imo ex priuilegio Vincislai Romanorum Imperatoris omnia iura Imperialia ſunt translata in Ducem Mediolani Vicarium perpetuum per ſe, & ſuos hæredes Imperii: Bald. *conſ.355. Factum tale eſt,* per totum, *libr.3.* vbi quod *l. bene à Zenone,* & alia iura loquentia de Imperatore, habent locum etiam in Duce Mediolani: quæ inueſtitura Vicislai fuit de anno 1396. vt atteſtantur Curt. Iun. *conſil.* 157. *numer.* 3.2. Alba. *conſil.* 64. *numer.* 45.

11. Et Imperium ſurrexit à mortuis per erectionem Ducatus Mediolani, inquit Bald. *d. conſil.* 333. *Circa principium, verſ. porro ad eum pertinet, libr.* 1.

12. Iura Imperii habet, & ideo delegat cauſas meri Imperii, ſicut Imperator, in ſuo Ducatu: Angel. *conſil.* 217. *In cauſa accuſationis, in princ. verſ. contrarium eſt verum.*

13. Imperator eſt in ſuo Ducatu Dux Mediolani, & non recognoſcit

Impe-

Digitized by Google

Imperium, vt latius multa cumulat Curt. Sen. *conſ. 65. nu. 5. ver. ſed premiſſis.*

14. Extende, quia non minorem poteſtatem habet Dux Mediolani in ſuis ciuitatibus, quam habet Rex in ſuo Regno: Ioan. de Anan *conſil. 81. num. 2. & num. 3.* dicit quod plus iuris habet in ſuo Ducatu, quam Imperator in Imperio, quia habet hæredem & ſucceſſorem, non Imperator.

15. Extende, quia habet Dux Mediolani iura Regalia in ſuo Ducatu, & ideo illius fiſcus dicitur idem fiſcus cum fiſco Imperatoris propter vtilem conceſſionem ab Imperatore factam de ipſo fiſco vtili, ideo *l. bene à Zenone*, C. *de quadr. præſcript.* loquens in Imperatore, habet locum in Duce Mediolani: Bald. *conſ. 363. Quæritur an ſi, lib.* 1. per totum.

16. Et iura Principis habet: Ang. Aretin. *conſ. 113. Quia in caſu, n. 6. verſ. videndum.*

17. Et poteſt committere cauſam appellatione remota, ex quo ſuperiorem non recognoſcit: Socin. *conſ. 195. Circa primum in princ. lib. 2.*

18. Et quod poſſit, prout alii abſoluti Principes, donare, & diſponere de rebus ſubditi ex cauſa, quæ præſumitur, tenet Ioan. de Anan. *conſ. 81. num. 4.*

19. Contrarium, quod Dux Mediolani non poſſit auferre rem ſubditi, prout Imperator, neq; militibus: Fulgoſ. *conſ. 20. n. 5.* vſq; in fin. vbi quod non poteſt auferre bona Corrigienſiũ, & illa donare eius Capitaneo, ſtante prohibitione alienandi extra familiam, quia non eſt ſolutus legibus, ſed ſolus Imperator; item, quia ignorauit prohibitionem, & quia non niſi ob publicam neceſſitatem hoc in ſupremo Principe admittitur.

20. Declara, quia Dux Mediolani eſt vaſſallus Imperii, ideo non indicit bellum: Ioan. de Imol. *conſ. 51.* per totum.

21. Item, non poteſt fœudalia donare, quia ipſe vaſſallus eſt: Ioan. de Anan. *conſ. 81. in fin.*

22. Declarat tamen Curt. Iun. *d. conſ. 157. num. 32.* quia licet omnia poſſit, non tamen poteſt eneruare decreta Imperatoris.

23. Et quatenus dicatur Adminiſtrator Imperii, quia eſt perpetuus, poſſet donare moderate, tanquam Adminiſtrator: Ioan. de Anan. *conſ. 81. nume. 2.*

24. Amplia, quia legitimat ſpurios, ſecundum Barbat. *conſ. 34. col. pen. lib. 2.* vbi quod non præſumitur facere non conceſſa, & ideo cum hoc faciat, præſumitur habere in conceſſione, & idem dicit Caſtrenſ. *conſ. 34. Super primo, in princ. verſ. ſed ad iſtam, lib. 2.*

25. Extende, quia quatenus nullum haberet ſpeciale priuilegium;

Digitized by Google

poteſt iſta iure ordinariæ iuriſdictionis in ſuo Ducatu, prout etiam poteſt creare notarios in ſuo Ducatu, prout omnes alii Comites, & alii Vicarii perpetui: Caſtr. *d. conſi.* 34. *in prin. lib.* 2. ſequitur Dec. *conſ.* 403. *num.* 6. etiam auferendo ius quæſitum de iure ciuili, vt ibi *num.* 5. vſque in fin.

26. Luchinus Vicecomes fuit Dominus Mediolani, & Status: Signor. *conſ.* 89. vbi connumerat Ciuitates, & decreta quædam circa bannitos.

27. Diuiſerunt Domini Mediolani Statum, & Barnaboni obuenit Terra Lacui, frater fuit Galeatius Maria Vicecomes: Signor. *conſ.* 105.

28. Bernabos Vicecomes Dux Mediolani fuit Dominus Bergomi, & habuit bellum cum Sede Apoſtolica & adhærentibus, qui erant Dominus Veronæ, Dominus Paduæ, Dominus Marchio Ferrariæ, contra quos diffidauit, vt in litteris ſcriptis ad ciuitatem Bergomi, de quibus Signorol. *conſ.* 183. *in princ.*

29. Magnifica Domina Blanca fuit vxor Barnabonis, & ipſa quoq; reſcribebat loco Principis: Signor. *conſ.* 194. *in princ.*

30. Dux ſecundus Mediolani fuit interfectus, & Prior S. Ambroſii Mediolani fuit conſcius necis Ducis, pro quo ſcribit Chriſtoph. Caſtillion. *conſil.* 7. *Viſis prius, per tot.* & concludit, quod confeſſio extra iudicium facta per Priorem, quod ſciuit ante necem Ducis per quindecim dies, non eſt ſufficiens, niſi ad ſuſpenſionem, & ſic ad pœnam extraordinariam.

31. Pandulphus Malateſta tractauit ex inſidiis ingredi Mediolanum, & mediantibus bannitis quibuſdam capere portam Cumanam, vt per Caſtilion. *conſ.* 8. *In facto propoſito, in princ.* vbi quod Dux poſtea reſtituit bona alteri donata ipſis condemnatis cum clauſula, *non obſtante donatione*, & dicit, quod non valet in præiudicium tertii.

32. Ludouicus Dux Mediolani & Princeps Achaiæ miſit Signorolū Homodæum & Petrum Bixutium ad legendum in Studio Taurinenſi cū promiſſione & obligatione de ſoluendo ſtipendio. Et cum non ſoluiſſet, & mortuus eſſet Ludouicus Dux, & Signorolus quoq; eſſet mortuus, negabat ſucceſſor in Ducatu teneri per multas rationes; primo quoad Ducatū, cum ſit fœudale, non potuit obligari; ſecundo, quia quatenus Ludouicus acquiſiuiſſet aliqua bona, extat Decretum Ducum, quod omnia ſint Ducatus, & fœudalia; tertio, quia quatenus obligatio teneat, dicit Dux, quod mortuo Ludouico poſuit populos in libertate, & ipſi ſe dederunt, ideo cū ipſos populos & fœuda poſſideat ex noua acquiſitione, & expugnatione, obligationes euaneſcunt, prout hæc omnia Chriſtoph. Caſtilion. recenſet, *conſ.* 4. *Illuſt. Princeps, in princ.* ſed *n.* 8. *& ſeq.* oſtendit, illud pactum non operari

Digitized by Google

rari tranſlationem dominii, neq; poſſeſſionis, & non obligare ſucceſſores in Ducatu.

33. Franciſcus Sfortia primus Dux Mediolani habuit filium primogenitum nomine Galeatium Mariam, qui contraxit ſponſalia cum Suſanna filia Ludouici Marchionis Mantuæ, ſed fuerunt diſſoluta propter inhabilitatem Suſannæ, ideo contracta fuerunt de nouo ſponſalia cũ Dorothea filia eiuſdem Marchionis Mantuæ ſub duabus conditionibus, ſi Papa diſpenſaret, prout diſpenſauit, & ſi non redderetur gybboſa mulier ſuper quo orta fuit controuerſia ſuper oſtenſione puellæ nudæ, & Aret. *conſ.* 142. conſuluit pro Duce Mediolani.

34. Rex Franciæ & Dux Mediolani obtinuit à Leone X. ꝙ non poſſent trahi ad Curiam Romanam Mediolanenſes. ideo expulſo Rege Franciæ ceſſat priuilegium, quia non tanquam Duci, ſed tanquam Regi Franciæ & Duci fuit conceſſum: Surd. *conſ.127.num.67.*

35. Pacem habuit cum Domino Mantuæ, & Marchione Ferrariæ: Bald. *conſ.195.per tot.l.2.* vbi quod Dux Mediolani non venit contra pacem faciendo nouum opus ſuper flumine Padi etiam ad æmulationem pro ſecuritate ſua, quia Dominus Mantuæ prius fecit pontem ad eandem æmulationem, per quem poſſent homines armati de facili tranſire.

36. Iudex fuit Dux Mediolani ex ſua iuriſdictione inter Parmenſes, & Dominos Corrigii, vt per Signor. *conſ.70. In quæſtione vertente, penul. col. verſ. venio ad quartum.*

37. Guerram habuit Dux Mediolani cum ſuis adhærentibus; cum Domino Ioanne de Olegio & adhærentibus: tandem fecerunt pacem generalem, & fuerunt reſtituta omnia, & Ioannes de Pepulis adhærens Domino Ioanni de Olegio fuit reſtitutus Bononiæ, vnde erat expulſus, & ad bona Nouariæ: Signor. *conſ.131. Factum ſic ſe habet.*

38. Archiepiſcopus Mediolanenſis fuit iudex allegantibus Bartolo, Salyceto & aliis Aduocatis ſuper eo, an ſtatutum Mediolani de non alienandis bonis in non ſubditos comprahendat Clericos & Eccleſiam, vt refert Tiraquell. *de retract. Lignag. §. 1. gloſſ.13. n.5. ver. & in ſimili.*

39. Statuta Mediolani ſunt condita & confirmata à Ducibus Mediolani, habentibus facultatem ab Imperatore condendi ſtatuta, ideo derogatio poſtea facta ab Imperatore ſtatutis in genere, non derogat ſtatutis Mediolani, niſi fiat de eis mentio ſpecialis: Signorol. *conſ.219. Factum ſic ſe habet, n.14. in fin. verſ. nec prædictis obſtat.*

40. Vinum ad minutum non poteſt vendi in ciuitate Mediolani ſine

ſtatutum; vbi quod eſt ſub Vicariatu Marchionum Eſtenſium: Angel. *conſ. 93. Viſis inſp ctis, col. 3. num. 3. ver. corroborabatur*, vbi quod Notarius habens facultatem rogandi inſtrumenta in terris Imperii, non rogat in ciuitate Ferrariæ, quia eſt de iurisdictione Eccleſiæ, tenendo opinionem, quod valeat donatio Conſtantini, & quod Ferraria ſit de rebus donatis Eccleſiæ Romanæ; tenet Alexand. *conſ. 67. Conſideratis iis, in fin. lib. 1.* & Gloſ. *in auth. vt Eccleſia Rom. in verb. Petri*, quod Ferraria eſt de horto Romanæ Eccleſiæ, late Volaterran. *lib. 1. Geograph. col. 99.*

2. Et quod ſit de ſtatu Eccleſiæ probatur, quia capitula inter Venetos & Ferrarienſes firmata, confirmata fuerunt per Clementem Papam V. vt ſupremum Dominum Ferrariæ, prout ex deductis per Florian. de S. Petro *conſ. 10. per tot.* vbi in fine dicit, quod per negligentiam Ciuitatis, & Marchionis Eſtenſis in non exigendo datium à Venetis non potuit præiudicari ſuperiori ſupremo, qui eſt Papa. Caſtr. quoq; *conſ. 102. Videndum. n. 3. lib. 2.* dicit, quod Ferraria eſt ſubiecta Eccleſiæ Romanæ circa temporalem iuriſdictionem, & quod propterea Marchiones poſſunt legitimare filios Sacerdotum, quia habent à Papa poteſtatem: Angel. Aret. *conſ. 19. Videtur omnino, n. 24. v. in Papa*, vbi quod eſt de temporali iuriſdictione Eccleſiæ, & Papa in ea reſtituit in integrum, & dicit, *abſit dubitare de contrario, quia nefas eſſet, & ſacrilegium:* & iterum *conſ. 114. Quoad primum n. 13. & ſeq.*

3. Et quod Ciuitas & Eccleſia Ferrarienſis & March æ ſint de horto Eccleſiæ Romanæ, & gaudeant centenaria præſcriptione: Felin. *in cap. ad audientiam, n. 22. v. amplia quarto de preſ riptio n.* Alexand. *conſ. 112. nu. 2. lib. 4.* vbi allegat d. Gloſſ. *in authentic. vt Eccleſia Romana, §. finali, in fine.*

4. Et pro cenſu, qui ſoluitur Eccleſiæ Romanæ, ſunt obligatæ confiſcationes, regalia, & etiam pro ſalario Officialium: Ioan. de Imola *conſ. 35. num. 23. ver. circa tertium.*

5. Et quod Imperator Otho non potuerit donare bona aliqua in Bondeno, ſeu Policino Bondeni, quia eſt de ſtatu Eccleſiæ: Alexand. *conſ. 112. In cauſa & li e, nu. 2. verſ item dato, lib. 4.*

6. Et licet ciuitas Ferrariæ ſit de ſtatu Eccleſiæ, tamẽ in ea an poſſit Imperator legitimare tanquam in terris Eccleſiæ, dubium eſt: Rimin. Iun. *conſ. 156. num. 2. & 3. & ſeq. & nu. 19. & ſeq. lib. 2.*

7. Marchio Ferrariæ eſt ſubditus Papæ, non Imperatori, & habet caſtra Nonantulæ, & Bazani in Vicariatum ab Eccleſia Romana, & non poteſt illa alienare: Zabarel. *conſ. 85. per tot.* vbi quod non potuerunt conuenire de dandis caſtris prædictis Ciuitati Bononiæ etiam pro pace, & vide-

Digitized by Google

territorio S. Agathæ poſſint collectari pro fortificatione S. Agathæ, & Alexand. *conſ.* 68. *Et viſo, lib.* 2. concludit, quod ſic ex priuilegio Ducis, & quia extat conſuetudo.

17. Lugi caſtrum, & eius territorium non ſe extendit vltra flumen vetus, & tenuta appellata La Manfreda, non eſt in territorio Lugi, vt prætendit Commune ex probationibus factis, de quibus Aleaxnd. *conſ.* 76. *In cauſa, & lite, p r tot.* maxime *n.* 7. *ver. denique plures, lib.* 2.

18. Maſſæ terra eſt de diſtrictu Ferrariæ, ſed habet exemptionẽ, ne teneatur conducere frumentũ Ferrariæ: Alex. *conſ.* 75. *Videtur in præſenti, per tot. l.* 5.

19. Et de Lugo & Maſſa, quod fuerunt particularium Comitum, ſed vltimo loco Eccleſiæ Romanæ, atteſtatur Alex. *conſ.* 167. *Quoniam per tot. lib.* 6. maxime *n.* 4. *v. venio ad Antonium*, & in fine Conſilii, vbi quod Marchiones Eſtenſes, tanquã quod ſint Eccleſiæ, poſſederunt per quinquaginta annos.

20. Villa Guardiæ eſt de diſtrictu Ferrariæ, & ſubiacet ſtatutis dictæ ciuitatis: Caſtr. 258. *Viſo puncto lib.* 2.

21. Melariæ terra eſt de diſtrictu Ferrariæ: Angel. Aret. *conſ.* 24. *Viſo dicto themate*, & iterum *conſ.* 29. *Quantum ad primum*, vbi quod caſtrum Melariæ & Brigantini erant olim ſub Caſtaldaria Caſtri Noui, & quod Epiſcopus Ferrariæ conceſſit ius decimarum Marchioni Ferrariæ in territoriis Melariæ & Brigantini.

22. Rhodigium eſt de territorio Ferrariæ, vt dicit Alex. *conſ* 143. *Viſo titulo, nu.* 6. *& conſ.* 101. *Viſis inſtrumentis*, per totum, *l b.* 1. vbi maxime *in fin.* de Rhodigio, & Policino Rhodigij, & ſtatutis confirmatis per Nicolaum Marchionem, & Ducem Borſium, & iterum *conſ.* 180. *Viſo proceſſu, lib.* 7.

23. Statuta Rhodigii ſunt diuerſa à ſtatutis Ferrariæ, quia filia maritata à patre non ſuccedit, neq; habet legitimam, & qualiter intelligatur, plene Angel. Aret. *conſ.* 40. *Circa primam; per tot.* vbi *n.* 51. *& ſeq.* quod ſunt diſtincta territoria Ferrariæ & Rhodigii.

24. Maſſa Fiſcalia eſt de territorio Ferrariæ, conceſſa ſunt tanquam inculta hominibus Mantuanis, qui venerunt ad habitandum & cultiuandũ, cum exemptione quod ſint exempti ab omnibus, prout ciues Ferrariæ, niſi à libra, quæ exemptio non poteſt alterari, quia eſt ex contractu, plene Angel. Aret. *conſ.* 125. *In caſu propoſito*, per totum.

25. Poteſtas Ferrariæ non poteſt deportare aliquem, prout neq; Præſes prouinciæ deportare poteſt: Alex. *conſ.* 26. *Circa primum, lib.* 1. *in prin.*

26. Conſuetudo & ſtatutum Ferrariæ diſponunt, quod litteris Cameralibus credatur ad fauorem Cameræ: Alexand. *conſ.* 84. *In cauſa vertente in prin. lib.* 1.

35. Priuat hæc Bulla emphyteutam extraneum non petentem inueſtituram infra annum, & diſponit Prælatum teneri alium inueſtire, & appellatione alterius venit etiã is qui cecidit: Anch. *d. conſ.* 171. *col. fi. vſq. in fin.* Alc. *conſ.* 14. *Viſo, in princ. & per tot. l.* 2. vbi, quod habet annum & menſem.

36. Et iſte annus non currit ignoranti, quia generalis regula eſt, quod tempus præfixum non currit ignoranti, quando factum hominis requiritur & mora: Alexand. plene *conſ.* 14. *Viſo & conſiderato, nu.* 5. *ver.* 1. *ex eo quia. lib.* 2. vbi Apoſtilla in verb. *ſcienti.*

37. Iſta Bulla habet locum ſolum in diſtrictu Ferrariæ, non extra ideo illi qui ſunt de Hadria, & de locis extra territorium Ferrariæ, & qui non ſubeunt onera in Communi Ferrariæ, non gaudent beneficio Bonifacianæ: Angel. Aret. *conſ.* 124. *In caſu prædicto, num.* 19. *&* 20. *ver. ſecundo clariſſime.*

38. Et iſta Bonifaciana conſtitutio, videlicet Bonifacii Papæ IX. quæ eſt extenſa & declarata per laicos, & poſita in volumine ſtatutorum, non obligat eccleſias, ſed bene laicos: ita Apoſtilla ad Decium *in cap. quæ in Eccleſiarum, num.* 6. *ver. Eccleſiæ, de conſtitut.*

39. Contrarium tenet Socin. *conſ.* 99. *In cauſa eximii Doctoris, in princ. lib.* 1. vbi quod ſtatutum laicorum, quod emphyteuta non ſoluens penſionem non cadat habet locum in emphyteuſi Eccleſiæ propter æquitatem.

40. Declara, quia male loquitur Socin. quia prætextu æquitatis non poſſunt laici ſtatuere de bonis eccleſiaſticis contra ius Commune.

41. Ferrariæ extat ſtatutum, quod extantibus maſculis feminæ non ſuccedant, ſed ſi non eſſent dotatæ, dotentur iuxta facultates defuncti, ſuper quo conſuluit Calder. *conſ.* 363. alias 34. *de teſtament. Statuto Ferrarienſi cauetur*, per tot. quod conſilium eſt Franciſci de Zamponibus, & idem conſuluit Calderi. ſuper ſtatuto prædicto, quod non habet locum in bonis alibi ſitis, ſi loquitur in rem, vel ſi loquitur in perſonam, ſed is cui ſuccediturerat forenſis, & de eodem ſtatuto Ang. *conſ.* 311. *In themate prædicto*, vbi quod non prohibet, quin ex teſtamento ſuccedant fœminæ.

42. Et de huiuſmodi ſtatuto, vt vel non habeat locum in fœminis profeſſis, quia in ſpecie fieri non poſſet, vel ſaltem quod profeſſa debeat dotari, quia dicitur matrimonium contraxiſſe; Petr. de Anchar. *d. conſ.* 107. *&* 108. *per tot.*

43. Adde, quod Card. Zabar. conſuluit *conſ.* 2. *Circa ſtatutum*, quod huiuſmodi ſtatutum tollens in totum legitimam, non valet, quia eſt contra ius Canonicum, ex quo eſt ciuitas ſubiecta Eccleſiæ.

44. Item quod non extendatur ad bona extra territorium Ferrariæ: Zabar. *conſ.* 2. *per tot.*

 45. Item

45. Item quod non liget Marchiones Eſtenſes: Zabar. *d. conſ. 2. per totum.*

46. Et huiuſmodi ſtatutum excludit perpetuo fœminas, non autem ad tempus, & ideo ſufficit quod maſculus ſemel extiterit, vt fœmina ſit excluſa: Angel. *conſ.* 184. *Ex forma, in fin.* vbi loquitur de fœmina vocata in inueſtitura cum maſculis, vt intelligatur, ſi maſculi non extarent propter ſtatutum Ferrariæ, vt ibi *col. 2. ver. ſi tamen, de conſuet.* & in fin. dicit, quod ſemel excluſa propter maſculos, eſt perpetuo excluſa.

47. Contrariũ ſuper eodem ſtatuto Ferrariæ conſuluit Socin. *conſ. 75. Viſo teſtamento, lib. 3.* vbi, quod excludit fœminas, quas vult eſſe contentas dote, donec extabunt maſculi, & ſic ceſſantibus maſculis poſſunt venire, quia reintegrantur, & poſſunt dicere teſtamentum nullum, vbi dicit communem.

48. Statutum circa ſucceſſionem excludit fœminas ſtantibus filiis maſculis, imo quod patruus, & filius patrui excludat filiam fœminam: Caſtr. *conſ. 280. Præſupp ſito ſtatuto, in prin. & n. 2. ver. nec obſtat, lib. 2.*

49. Et propterea filia excluſa à filio patrui non poteſt petere legitimam, neque ſupplementum legitimæ, quia non debetur, ex quo eſt portio portionis, quæ debetur ab inteſtato. Ideo non poteſt dicere teſtamentum nullum, etiamſi ſit præterita, ſecundum communem, de qua Caſtr. *d. conſ.* 280. *col. penul. in prin. ver. ſi vero dicta Lucretia. lib. 2.*

50. Imo, quod ſtatutum Ferrariæ circa ſucceſſionem, quod excludat filias, neptes, & alias deſcendentes fœminas, donec erunt aliqui de deſcendentibus vel aſcendentibus maſculis, & ideo filiæ tranſmittunt ius petendi legitimam, vel ſupplementum legitimæ, quia excluſa eſt ſolum ad tempus, & mortuis maſculis, videlicet agnatis deſcendentibus poſſint deſcendentes ex fœminis petere ſupplementum: Alex. plene *conſ.* 188. *Conſideratis, lib. 6.* per tot. vbi in caſu ponuntur verba ſtatuti.

51. Item, quod ſi aliquis fecerit profeſſionem in aliquo monaſterio, omnia bona mobilia, & immobilia, & ſe mouentia, & nomina debitorũ talis perſonæ ipſo iure perueniant, & applicentur proximioribus: Petr. de Anchar. *conſ.* 107. *Indictione prima*, vbi ꝙ non valet, & *conſ.* 108. *In paucis verbis*, vbi quod tale ſtatutum non habet locum quoad bona, quæ ſpectarent profeſſo ex ſucceſſione delata poſt profeſſionem, vt in vtroq; conſilio, *in fin.*

52. Et habet locum ſtatutum, quod maſculi excludant fœminas etiam in bonis emphyteuticis Eccleſiæ contra bullam Bonifacii IX. de conſuetudine obſeruata: Ioan. de Imol, *conſ.* 45.

53. Succeſ-

53. Succeſſio ab inteſtato ex ſtatuto Ferrariæ defertur fratri excluſa ſorore, & agnatis, excluſis cognatis etiam maſculis, etiam in ius agnationis translatis: Alexand. *conſ.* 44. *Videtur prima facie, lib.* 5. per totum, vbi quod loquitur in perſonam, ideo non comprehendit forenſem, etiam quoad bona in territorio Ferrariæ, quod reprobat Apoſtilla in verb. *contrarium.*

54. Item quod iudex teneatur dare confidentem conſultorem in cauſa, & ſecundum conſilium pronunciare, vbi datur forma, quod in contumaciam eligatur conſultor confidens datus per comparentem alio contumace: Ang. *conſ.* 180. *Statuto ciuitatis Ferrariæ,* vbi qualiter intelligatur ſtatutum prædictum, & quis ſit contumax, vel non, & duplicatur idem conſilium per errorem per eundem Angel. *conſ.* 216.

55. Item quod de omni lite inter conſanguineos fiat compromiſſum, à quo non liceat appellare, reclamare, petere reſtitutionem, neque reductionem, ſuper quo Florian. à S. Petro conſuluit *conſ.* 6. Et dicit quod non valet, quando laudum eſſet latum per ſordes, vel notorie iniuſtum, quia concernit & nutrit peccatum.

56. Extende, quia etiamſi valet, cum ſit odioſum, & contra ius commune, non habet locum, niſi in compromiſſis factis ſuper lite, & ex neceſſitate: Florian. *d. conſ.* 6. *n.* 3. *&* 4.

57. Et Angel. Aretin. de iſto ſtatuto Ferrariæ dante exequutionem laudis, quibus non poteſt contrauenire inter conſanguineos, quod licet non poſſit gloſſari, bene ſecundum ius patitur interpretationem, *conſ.* 95. *In caſu, n.* 9. *& ſeq. & n.* 19. *& ſeq. ver. nec obſtat.*

58. Item quod quilibet teneatur ſoluere gabellam de omni contractu rei mobilis, vel immobilis excedentis ſolidos LX & teneantur denunciare infra certum tempus, de quo Angel. *conſ.* 94. *Cum lis,* in fine caſus, *ver. item quod quilibet,* vbi quod habet locum etiam in tranſactione & liberatione.

59. Quod quis agere non poſſit poſt tempus cridarum contra emptorem, qualiter intelligatur, & ꝙ procedat, ſiue agatur contra emptorem, ſiue excipiatur: Alex. *conſ.* 36. *Viſis iis quæ,* n. 4. ver. *non obſtat dum vltra alia,* lib. 1.

60. Statutũ, quod ciues vt ſuccedant, debent ſubire onera, excludit ciuem non ſubeuntem onera, etiamſi tempore ſucceſſionis delatæ alteri ſit paratus ſubire: Anchar. *conſ.* 169. *Viſis puncto,* per tot. vbi quod ciuilitas conceſſa abſenti non releuat, niſi ſit acceptata & ſubeat onera.

61. Contrarium, quod imo ſufficiat eſſe ciuem, quia eo ipſo, quod eſt ciuis Ferrariæ ibi ſortitur forum, & forum ſortiri, & legibus, & ſtatutis ſubiici à pari procedunt: Alexand. *d. conſ.* 157. *n.* 14. *ver. Quinimo, lib.* 2. vbi

quod etiam ſi nō ſubiret onera, non deſinit eſſe ciuis, allegat Bart. *in l. 1. ff. ad municipa'. ver. veniamus ad tertiam pa t culam*, & concordat in ſimili ſtatuto Veronæ: Fulgoſ. *conſ.* 101. *Præſuppoſito ſtatuto*, quod eſt ſubſcriptum ab octo celeberrimis Doctoribus, inter quos eſt Petr. de Anchar. ſibi contrarius.

62. Declara, quia ſufficit, quod quis ſit ciuis, & ibi ſubſtineat onera, licet ibi non ſit natus, neque habitet, plene Alex. *conſ.* 157. *Viſo inſtrumento nu. 12. in fin. cum ſeq. ver. nec etiam prædictæ donationi, lib.* 2. Socin. Iun. *conſ.* 18. *per tot. lib.* 3. vbi plura de hoc ſtatuto Ferrariæ.

63. Statutum, quod forenſis litigans teneatur fideiubere de expenſis reficiendis, ex quo habet verba vniuerſalia, quælibet perſona, comprehendit etiam communitatem Regii litigantem Ferrariæ cum Nobilibus de Canoſſia, pro villa in territorio Regii: Alex. *conſ.* 17. *In cauſa & lite, in fin. nu.* 6. *ver. circa ſecundum, lib.* 6.

64. Statutum, quod non fiat translatio rei immobilis in forenſem, ſed ipſo iure ſit confiſcata, eſt Ferrariæ: Riminald. Iun. *conſ.* 223. *num.* 34. *& ſeq* Marc brun. *conſ.* 109. per totum, plenius Riminal. Iun. *conſ.* 551. *num.* 45. *& ſeq.* vbi plene quando non habeat locum.

65. Et in ciue, niſi fecerit ſe alibrari, quod tamen ſufficit, quod fiat ante aditam hæreditatem, quando ciuis eſt ex priuilegio: Riminal. Iun. *conſ.* 229. *num.* 11. *& ſeq.*

66. Et quod requirat incolatum, ſed tamen mater poſſit ſuccedere in vſufructu, ſtante alio ſtatuto Ferrariæ. Riminal. Iun. *conſ.* 378. per totum, vbi late.

67. Extende, quia ſtatutum prædictum excludit etiam filios & deſcendentes, niſi ſint nati ex ciuibus originariis Ferrariæ: Rimin. Iun. *conſil.* 457. *num.* 79. *& ſeq. vſque in fin.*

68. Declara, niſi Princeps creaſſet forenſem ciuē, & ſuos deſcendentes, prout dicit Rimin. Iun. *conſ.* 551. *n.* 45. *& ſeq* per *tot.* vbi latiſſime.

69. Extende, quia ſtatutum Ferrariæ, vt quis poſſit ſuccedere, requirit duo, quod ſit ſubditus ille, qui vult ſuccedere, ſecundo quod ſoluat onera, plene Ceph. *conſil.* 246. *per tot.* vbi quod non ſufficit, quod aliquis ſit Ferrarienſis origine, ſi alio tranſtulit, prout Plateſii tranſtulerunt domicilium Bononiæ, licet ſint Ferrarienſes origine, non poſſunt ſuccedere, vbi plene de hoc ſtatuto idem conſuluit Anchar. *conſ.* 169. *Viſis punctis*, per totum, Alex. *conſ.* 157. *Viſo inſtrumento, n.* 12. *lib.* 2. plenius Socin. Iun. *conſ.* 18. *in princ. & per totum, lib.* 3.

70. Reſtringe, quia ſtatutum Ferrariæ, licet inducat confiſcationem, ſi foren-

forenſis inſtituatur, tamen ſi fiſcus non agit, non poteſt alius de iure fiſci opponere: Marcabrun. *d.conſ.*109. per totum.

71. Reſtringe, quia ſtatutum Ferrariæ de allibratione, non habet locum in minore, & in originario: Rimin. Iun. *conſil* 229. per totum.

72. Item, quod maior XVIII. annis, ſiue maſculus, ſiue fœmina poſſit libere ſe obligare, agere, & conueniri ſine præiudicio patris tum, ſuper quo Caſtr. *conſ.*300. *Super primo*, in caſu ibi præced, *lib.*1. vbi quod vali renunciatio iurata filiæ familias.

73. Item ſtatutum Ferrariæ diſponens, quod dos data filiæ, cenſeatur ſtipulata ſibi reddi ſoluto matrimonio, ſi cum filiis reperiatur, operatur idẽ, quod conſuetudo Martini, vt filii habeant à matre, non ab auo materno, & ita ſeruari Ferrariæ atteſtatur Caſtr. *conſ.*108. *in fin. l.* 2 quaſi ſtatutum operetur idem quod ſtipulatio in hoc, non autem idem quod conſuetudo.

74. Statutum circa præſcriptionem XXX. annorum debet intelligi de poſſeſſore bonæ fidei; ideo ſpoliator & hæres eius non præſcribunt, quia mala fides defuncti tranſit in hæredes, etiãſi velint incipere præſcribere ex perſona ſua: Caſtr. plene *conſ.*258. *Viſo puncto*, per tot. *lib.*2. vbi late pro vtraq; parte, & hanc tuetur, & dicit, quod non releuat probatio de annis XL. cõpulata poſſeſſione defuncti, niſi diſtinguatur, etiamſi contraria opinio admitteretur, & dicit, quod præſcriptio XXX. annorum ex diſpoſitione ſtatuti Ferrariæ procedit etiam contra minorem.

75. Statutum circa ſolemnitatem in contractibus minorum diſponit, quod debent interuenire duo conſanguinei cum auctoritate iudicis, & curatoris, ſed ſi conſanguinei ſunt negligentes, vel abſentes, non ſunt neceſſarii, quia iudex poteſt ſupplere, ita tamen, quod iudex cauſas teneatur examinare, cuius conſcientiam grauat: Alex. *conſ* 80. *Viſis themate, n* 4. *v.*, *ſed ad hoc reſpondetur*, iuncto *n.* 11. *v.* & *per prædicta*, *lib.*5. vbi quod ſi iudex cum curatore interpoſuit decretum, cum clauſula *omni meliori modo*, præſumitur adhibuiſſe cauſæ cognitionem, & omnia ſolemniter acta, & quod conſanguinei non valuerint interuenire, vel quod eſſent abſentes.

76. Statuta criminalia Ferrariæ, videlicet quod falſificans monetã puniatur pœna ſuſpenſionis, ignis, & confiſcationis bonorũ, debet reſtringi ad monetã vſualem & expendibilẽ in loco, ideo is, qui fabricat bagatinos, qui nõ expenduntur Ferrariæ, non cadit ſub pœna ſtatuti; quia moneta eſt reprobata aliena & minuta non vſualis: Alex. *conſ.*104. *Statutũ loquens*, per tot. *l.* 1.

77. Quod ſententia abſolutoria capitalis criminis debeat ferri in conſilio generali, alias ſit nulla; Aret. *conſ.* 110. *In themate ſupradicto, n.*39. *v.* & *potiſſi-*

tiſſime, declarat meli⁹ *conſ.* 111. *Dubitatur n.* 11. *& ſeq. v.* 8. vbi quod ſtylus antiquus eſt, quod habet vim ſtatuti, quod nulla ſententia capitalis, imo neq; in criminali, neque in pecuniaria ferri poteſt ſine conſenſu Syndici maioris, & Maſſarii Communis Ferrariæ, & q̄ eſt ab immemorabili tempore.

78. Quod delinquens citatus ſi non comparet, debet citari ſuper ſcalis Palatii communis, & banniatur, & ſi non eſt ordo ſeruatus, poteſt dici non citatus, & ſententia eſt nulla, etiam abſolutoria delinquentis: Angel. Aret *conſ.* 111. *in prin.*

79. Stylus Ferrariæ eſt, quod lata ſententia interloquutoria per iudicē, quod tempus non currat, vel per conſenſum partium prorogata ſit inſtantia: Florian. de S. Petro *conſ.* 6. *n.* 13. *ver. hoc etiam.*

ARGENTAE TERRAE STATVTA, CONſuetudines, & priuilegia.

IN terra Argentæ diſtrictus Ferrariæ eſt datium ſuper pellibus animalium, & tenentur in vim ſtatutorum caligarii denunciare omnes pelles die 2. Aprilis, alias incidunt in pœnam, ſi non denunciant, ſed tamen dicta ſtatuta à conſuetudine interpretationem ſumpſerunt, quod Datiarius tenetur ire ad apothecas caligariorum, & deſcribi facere pelles, & compellere ad ſolutionem datii: Alex. *conſ.* 172. *Viſis & opportune, lib.* 2. per totum, vbi conſilio deciſiuo reuocandam eſſe conſuluit ſententiam condemnatoriam latam contra caligarium quendam, quia non fuit in mora.

MEMBRVM XXVIII.

MANTVÆ DVX, ET EIVS FACTA, & priuilegia aliqua.

1. DOminus Mantuæ, & Marchio Ferrariæ fecerunt pacem cum Galeatio Maria Vicecomite, Comite Virtutum, Duce Mediolani, ſed quia Dominus Mantuæ fecit pontem ſuper flumine Padi ad æmulationem, potuit etiam Dux Mediolani facere ſuper dicto flumine in ſuo territorio fortalitium, vt conſuluit Bald. *conſ.* 188. *Dicitur quod opus*, & clarius *conſ.* 195. *Laudare vos, lib.* 2.

2. Erat Marchio tempore Alexandri, & non recognoſcit ſuperiorem de fa-

de facto, ideo ſtatur eius aſſertioni, prout ſtatur aſſertioni Papæ vel Imperatoris: Alex. plene *conſ.15. Viſis narratis, in priu.* & maxime *nu.4. lib 5.*

3. Poteſt in ſuo territorio de conſuetudine id, quod poteſt Imperator, & hic de aliis Dominis, vt per Bald. *d.conſ.195. in princ lib.2.*

4. Colligatus erat Dominus Mantuæ cum Cōmuni Florentiæ, Boroniæ, & aliorum contra Ducem Mediolani Colligatum cum Communi Piſarum, & Senatum: Ang. *conſ.391. Sub aliis quidem*, vbi per totum punit capitula confœderationis, & ad quæ vnus alteri tenebatur, & oſtendit Dominum Mantuanum multum obligari Florentinis.

5. Recognoſcit ſuperiorem Imperatorem, ideo non poteſt derogare iuri communi, neq; venire contra factum ſuperioris: Natta *conſ.402. libr.2. num. 6. & ſeq.*

6. Sponſalia contracta fuerunt, & deinde diſſoluta inter Galeatium Mariā primogenitum filium Ducis Franſciſci Sfortiæ Mediolani, & D. Suſannam filiam Ludouici Marchionis Mantuæ; ideo iterum cum alia filia dicti Marchionis nomine Dorothea contracta fuerunt, ſub conditione ſi non redderetur Gybboſi, ideo fuit controuerſia inter eos ſuper oſtenſione, quia miniſtri Ducis Mediolani volebant eam videre nudā, Marchio Mantuæ nolebat eo modo oſtendere, & quia Ducis filius eā fuerat deoſculatus, conſuluit Aretinus ꝙ non tranſiuerunt ſponſalia in matrimonium, & quod tenetur Marchio oſtendere filiam nudam: Aret. *conſ.142. Ex facto proponitur.*

7. Subiectus eſt legibus Dux Mantuanus, & ſubiectus eſt Imperatori: Alex. *conſ.1. num. 12. ver. v l intelligas, lib. 2.*

8. Facta fuit liga inter Dominum Mantuæ, Dominum Paduæ, & Marchionem Eſtenſem Ferrariæ, & cum Florentinis contra Ducē Mediolani, & vt Bononienſes intrarent in liga, promiſerunt omnes dare Bononienſibus caſtra Nonantulæ & Bazani, & ad hunc finem depoſitauit Dominus Mantuæ ſcutator. 50. mil. Venetiis, ſed Banonienſes noluerunt inimicari cum Duce Mediolani, ideo multa damna paſſus eſt Dominus Mantuanus, & dicitur quod caſtra promiſſa ſunt Eccleſiæ Romanæ, ideo contractus non valuit: Card. Zabarel. *conſ.58. per tot.*

9. Ciuitas Mantuæ eſt in Lombardia, & æquiparatur Prouinciæ, ſicut etiam ciuitas Mutinæ, quando ſunt ſub diuerſis Principibus, Alex. *conſ.57. Ponderatis, num.5. ver. & videtur quod, l b.3.* vbi Apoſtil. relatiua.

10. Bona de Caſatico, & Maria Regia ſunt fœudalia Marchionum Mantuæ, vt probat Alex. *conſ.15. Viſis narratis, in princ. lib.5.*

11. Eſt hodie dominus & ſucceſſor in Marchionatu Montisferrati ex ſucceſſione filiæ Marchionis vltimi.

Digitized by Google

12. Magnificus Dominus Franciſcus Dominus Mantuanus fuit Vicarius Imperialis, & in eius proclamatibus dicebatur, *il Magnifico Meſſer Franceſco Signor di Mantua, Vicario Imperiale*: Zabar. *conſ.* 94. vbi caſus continet proclama.

Vide, *Mantuæ ſtatuta, eiuſq; conſuetudines & priuilegia.*

MEMBRVM XXIX.

MONS FERRATVS, ET EIVS STATVta, conſuetudines, & priuilegia.

1. CONſtitutio Marchionis Montis Ferrati diſponit, quod in ſtantia cauſarum duret per ſex menſes in prima inſtantia; cauſa vero appellationis per tres menſes: Bald. *conſil.* 20. *Decreto Illuſtris Domini, lib.* 1. vbi, quod talis inſtantia ſubrogatur loco anni & biennii ad inſtantiam appellationis conceſſorum.

2. Guerram habuit Marchio Montis Ferrati cum Duce Sabaudiæ, vt per Oldrad. *conſ.* 1 8. tandem fecerunt treguam, & compromiſerunt pacẽ futuram in Ducem Mediolani, vt per Angel. *conſ.* 367. *In quæſtione vertente*, vbi quod Dux Sabaudiæ occupauit ciuitatem Montis Regalis ſeu Montis Vici, & conſulit pro reſtitutione: & *conſ.* 368. *Sereniſſimus Princeps*, conſulit pro eodem Marchione vbi ponit priuilegium conceſſionis dictæ ciuitatis.

3. Et tandem Comes Sabaudiæ via belli, & ſic per vim obtinuit recognitionem à Marchione prædicto, quod eſſet fœudatarius Comitis. Super nullitate recognitionis prædictæ conſuluerunt Franc. Aret. *conſil.* 14. maxime n. 15. Socin. Iun. *conſ.* 77. *nu.* 60. *& ſeq.* vbi, quod compromiſſum factum fuit ad palliandum factum violentum, Gozadin. *conſil* 9. *nu.* 14. *&* 68. *ver. præterea*, vbi *nu.* 15. dicit, quod Aret. mutauit nomina Ducis Sabaudiæ ex induſtria 1. Bero. *conſil* 67. *nu.* 37. *lib* 1. Roland. à Valle *conſ.* 2. *num.* 47. *cum ſeq. lib.* 1. Gozad. *conſ.* 10. *nu.* 48. vbi, quod neq; ciuilis poſſeſſio translata eſt; quia erat penes Cæſarem.

4. Habet ſupremam authoritatem in territorio ſuo Marchio Montis Ferrati, quia eſt Vicarius generalis Cæſaris, ideo poteſt indicere bellum: Angel. *conſ.* 367. *nu.* 4. *& ſeq.*

5. Ciuitas Mõtis Regalis ſeu Montis Vici eſt Imperialis, de qua eſt inueſtitutus Marchio Montis Ferrati in Vicariatũ, vt per Angel. *conſ.* 368. per totum, vbi quod guerra inter Marchionem, & Principem Achaiæ ſuper dictæ

Digitized by Google

dicta ciuitate occupata per Principem Achaiæ Comitem Sabaudiæ fuit iniuſta ex parte Principis.

6. Adde tamen, quod alius Mons-Ferratus eſt, qui dicitur Mons Feretrus, & eſt Comitatus Ducatus Vrbini, & iſte habuit guerram cum Comite Franciſco Gabrielio, vt per Bald. *conſil.* 147. Ang. *conſil.* 373.

7. Sancti Martini Burgus & Villa ſeu fortalitium fuit conceſſum in fœudū à Marchione Montis Ferrati Domino Franciſco Cani, & conceſſa ſunt capitula hominibus dicti Caſtri, de quibus Signor. *conſ.* 130. per totum.

MONTIS FERRATI MARCHIONES, & eorum facta.

1. MArchio Montis Ferrati fuit recognitus in Dominum à Marchionibus Malaſpinis, videlicet Thoma pro nonnullis caſtris, quæ dictus Marchio Malaſpina in fœudū retinebat à Duce & Antianis Ianuæ, & DD. Dux & Antiani conſenſerunt in dictam recognitionem, vt per Chriſtoph. Caſtillion. *conſ.* 10. *In facto ſupponitur quod.*

2. Et habet iura Cæſaris. ideo in eum & eius Conſiliarios cadit crimen læſæ Maieſtatis, vt videtur ſupponere Caſtilio *d. conſil.* 10. *in fin. num.* 71. vbi ſecus dicit in Duce Ianuæ.

3. Dux Mediolani erat amicus Marchionis Montis Ferrati; quia Caſtill. *conſ.* 12. appellat Ducem Mediolani tanquā filium honorandum Marchionis, vbi in princ. recenſet, ꝙ Marchio ad inſtantiam Ducis conceſſit ſaluū conductum Iacobo Doriæ & Iacobo Iuſtiniano, conducendi ſal ex Ianua ad Papiam, non obſtante bello, quod habebat Marchio cum Ianuenſibus.

4. Guerram habuit cum Ianuenſibus occaſione Caſtri Taioli, quod Marchio abſtulit de manibus Iannenſium, mediantibus Theremo Adurno & Bonifacio Adurno eius Capitaneis. Caſtill. *d. conſil.* 12.

5. Item cum Duce Bauariæ, qui Dux tandem pacem fecit, & Marchio eidem dedit nonnulla caſtra pro pace, & bello ſedato per viam compromiſſi facti in Ducem Auſtriæ, & ipſum Ducem Bauariæ, ſuper quo facto conſuluit Franc. Aretin. *conſ.* 14. *Viſo & diligenter*, per totum, vbi concludit, quod bellum erat iniuſtum, ex quo ambo recognoſcunt Imperium, & quod alienatio eſt nulla, & non tenetur filius, qui non eſt hæres, obſeruare alienationem factam à Patre.

Digitized by Google

MEMBRVM XXX.

VERONÆ PRINCEPS, EIVS STATVTA, Conſuetudines, & Priuilegia.

1. DOminus Veronæ erat Dominus Canis tempore Federici de Senis, vt ipſe dicit in ſuo *conſ* 201. *in fin.* & de iſto D. Grancane, quod eſſet Dominus & Vicarius Imperii, Cuman. *conſil.* 158. *in princ.*

2. Tempore Baldi erat Dominus Vicentiæ & Veronæ Conſignorius della Scala: Bald. *conſil.* 401. *Ad eu dem iam dicendorum, in princ. libr.* 1. quod duplicatur *libr.* 3. *conſil.* 9. Et de iſto Conſignorio meminit Çuma. *conſil.* 187. *in princ.* vbi quod eius filii habuerunt diſſenſionem inter ſe ob inuidiam, & fuerunt eiecti à Duce Mediolani: & Fulgoſ. *conſil.* 1. dicit, quod Comes Papiæ fuit Dominus Veronæ, & donauit fœudum Facino Cani, & credo, quod iſte ſit vnus ex filiis Conſignorii.

3. Poſtea tempore Caſtrenſis in ea ſucceſſit Dux Mediolani; Caſtr. *conſil.* 44. *colum.* 2. *in fin. libr.* 2 *& conſil.* 80. *num.* 2. *ver. ad tertium quæſitum, lib.* 2. vbi quod ſtatuta Ducis Mediolani in dicta ciuitate fuerunt facta ſuper compromiſſo inter affines.

4. Primo Ciuitates Veronæ & Vicentiæ fuerũt Antonii & Bartholomæi de Scala, qui fuerunt Vicarii Imperiales, & conceſſerunt Iacobo de Verme Veronenſi terras Sulſaneti & Sanguinedi Veronenſis diœceſis, quæ omnia confirmauit Vincislaus Romanorum Rex, vt in *conſil. Caſtrenſ.* 187. *lib.* 2. videlicet in caſu, qui præcedit, & ibi habetur, quod Ioannes Galeaz Vicarius generalis Imperialis Mediolani & Parmæ, conceſſit eidem terram & villam Pupilli diœceſis Parmæ.

5. Etiam Domini Veronæ fuerunt Maſtinus & Albertus della Scala; vltimo loco Antonius, qui fuit expulſus per Comitem Virtutum Ducem Mediolani: Bald. *conſ.* 135. *Articulus ſiue caſus, lib.* 3. vbi quod non habebant ius tollendi leges, & derogandi iuri communi.

6. Studium habebat ciuitas Veronæ, in quo legit Federicus de Senis, vt in *conſ.* 125. *Super eo, in princ.*

7. Fratres S. Mariæ ædificarunt in ciuitate Veronæ eccleſiam prope fratres Minores, & inter eos vertebatur lis ſuper dicta noua ædificatione, pro qua contra Minores conſuluit Feder. de Sen. *d. conſ.* 201. per totum.

8. Abba-

8. Abbatia S. Zenonis eſt Veronæ, contra quam conſuluerunt Bald. *conſ.*134.*&*135.*lib.*3. ſuper quodam ſpolio bonorum.

9. Epiſcopus Veronenſis habet ex conſuetudine antiqua confirmata per litteras Sereniſſimi Dominii, quod pro omnibus inueſtituris fœudalibus ſibi ſoluatur laudemium ad rationem decem pro centenario, etiam quod de iure nihil eſſet ſoluendum, & conſuetudine debet ſeruari, non obſtante quod aliquando adminiſtratores minus exegerint, quando minor exactio non eſt præſcripta legitime, & per XL. annos: plene Alexand. *conſ.*5 *Si vera ſunt, lib.*5. vbi plene pro vtraq;, & ita concludit.

10. Gabella olei extrahendi habet ſtatutum, quod pro ſingula brenta olei ſoluantur de gabella ſolidi viginti; & ſi extrahatur de loco ad locum in territorio ſine licentia, pœna ſit librarum quinquaginta; ſi vero extrahatur extra territorium ſine licentia, pœna ſit centum librarum pro brenta. Accidit, quod conductor datii in fine conductionis ſoluit ſibi pro extractione proprii olei, & illud extraxit in tempore conductionis alterius, qui petit pœnam: Caſtr. *conſ.*310.*Deportationibus, lib.*2. dicit, quod debetur gabella, & pœna ſecundo, niſi primus probet, quod tempus extractionis erat durante ſua locatione, ſed propter impedimenta non potuit extrahere; alias poſſet eſſe locus fraudibus, & primus ſupplantaret ſecundum, quod eſſe non debet.

11. Veronæ ciuitas ex pacto pacis initæ inter Ducem Mediolani & Commune Venetiarum obtinuit demoliri perpetuo caſtrum Communis Paduæ ſuper flumine Aſtenſi, & Turrim ab alio latere, ita quod nauigatio ſit libera, & nihil exigi poſſit: Bald. *conſ.*202. *Ad euidentiam præmittendum, lib.*2, in princ, vbi, quod neque poſſunt Paduani pontem facere ſuper dicto flumine, per quem nauigatio impediatur.

12. Statutum habet, quod detur poſſeſſio probanti per inſtrumentum rem ad ſe pertinere, non citato poſſeſſore, quod ſtatutum dicit nullum Bald. *conſ.*135. & quod non comprehendit pupillos, *lib.*3.

13. Item, quod de nullitate ſententiæ debet dici infra decem dies, alias ſententia ſit valida, ſuper quo conſuluit Dyn. *conſ.*2. *Viſis, & diligenter, in fin.* vbi quod ſententia lata contra rem iudicatam valida eſt, ſi infra decem dies non fuit dictum de nullitate ſecundum formam ſtatuti.

14. Statutum eſt Veronæ, quod præmortua vxore maritus lucretur dimidiam dotis: Bald. *conſil.*79. *Caſus talis eſt, Zeno, in prin. lib.*1. vbi, quod tale lucrum non poteſt tolli per dotantem, & quod mulier legando marito cenſetur animo compenſandi hoc lucrum legato.

Digitized by Google

15. Item quod banniti pro rebellione, homicidio, vel robaria, aut alio delicto, cuius pœna ſit mors, poſſint impune interfici, de quo Bald. *conſ. 401. in princ. libr. 1.* vbi, quod tale ſtatutum admittit impunitatem, quomodocunque interficiantur etiam cum pecunia, & duplicatur *conſ. 9. libr. 3.*

16. Item quod nullus Doctor, qui non ſit oriundus de ciuitate vel territorio Veronæ, admittatur in Collegio Iudicum dictæ ciuitatis: Bald. *conſ. 183. Statuto ciuitatis Veronæ, lib. 2.* vbi, quod eſt ambitioſum, & non comprehendit, ſeu non excludit natos in locis territorii, quamuis ſeparatis à iurisdictione Veronæ, prout eſt terra Riperiæ Veronæ.

17. Statutum eſt Veronæ, quod in inſtrumentis apponatur proprium nomen diei, & nomen notarii, alias non valeat; quod ſtatutum valet, & attendi debet: Dyn. *conſ. 31. In quæſtione ſupradicta*, vbi quod inſtrumentum contra formam ſtatuti non valet.

18. Item quod poſſit de nullitate vel iniuſtitia laudi, non obſtante renunciatione de non dicendo de nullitate vel iniuſtitia: Fulgoſ. *conſ. 180. in fin.*

19. Item quod Vicarius & Conſules mercatorum non habeant iuriſdictionem aliquam, vbi contractus eſſet vſurarius, quod ſtatutum inducit defectum iuriſdictionis: Bald. *conſ. 275. Præmiſſo ſtatuto, libr. 5.* vbi quod procedit etiamſi poſt oppoſitam exceptionem vſurariam Epiſcopus remiſiſſet cauſam ad iudicem competentem, quia ſi non pronunciauit, quod non ſit contractus vſurarius, adhuc non poſſunt cognoſcere, & ideo geſta per eos ſunt nulla, loquitur tamen quando contractus apparebat vſurarius ex ſui facie.

20. Item quod fideiuſſor pro communi liberetur, ſi principalis poteſt haberi in perſona, vel eſt ſoluendo, ſuper quo & aliis ſtatutis Signor. *conſ. 85. per tot.* vbi, quod ſi principalis captus eſt, fideiuſſor liberatur, neq; liberatio reuiuiſcit.

21. Statutum Veronæ excludens filias fœminas ſtantibus maſculis eſt odioſum, ideo non habet locum, ſi extant filii maſculi ſpurii, vel naturales etiam legitimati: Fulgoſ. *conſ. 62. Stante ſtatuto*, per totum.

22. Quod in conſiliis Conſultorum attendantur ſtatuta Veronæ, deficientibus ſtatutis iura Romana, & Gloſſa Accurſii approbata per Accurſium, & ſi ſunt gloſſæ contrariæ, ſtetur Gloſſæ approbatæ per Dynum. quod ſtatutum intelligitur, quando Gloſſa examinando probat, ſecus ſi perſunctorie loquitur: Fulgoſ. *conſ. 101. per tot.* quod eſt octo Doctorum,

ctorum, & *conſ.* 201. vbi quod opinio Dyni præualet etiam textui ciuili, quando ſumus in illis, quæ reſpiciunt peccatum, prout in vſuris, quia ſi diſcordat ius Ciuile, præualet Canonicum eo caſu, & ſic ſtatutum intelligitur, & de hoc ſtatuto Caſtr. *conſ.* 172. *Dubium ſa it, in prin. lib.* 1. vbi, quod opinio Dyni præualet, quando loquitur in illo caſu, ſecus ſi poteſt euitari, quod alio caſu loquatur, & quod opinio Dyni præualeat Veronæ ex communi opinione: Caſtr. *conſil.* 80. *in princ. ver. tenendo autem*, lib. 2.

23. Quod aliqua perſona non ſuppoſita Communi Veronæ, non poſſit ſuccedere; ſi non ſubſtinet onera in Communi; Fulgoſ. *d. conſ.* 101. vbi in fine declarat non habere locum in ciue, qui non ſubſtinuit onera, quia fuit abſens, quia ſufficit habilitas ad ſubſtinendum, quod eſt octo Doctorum.

24. Item quod victus victori pro condemnato habeatur in expenſis, etiamſi nihil ſit dictum in ſententia, quod ſtatutum habet locum, niſi condemnatus habuerit iuſtam cauſam litigandi: Fulgoſ. *conſ.* 139. *Præſuppoſitis duobus ſtatutis, nu.* 3. *ver. ad tertium de ſtatuto.*

25. Et procedit concluſio ſupradicta, etiamſi iudex condemnaſſet victum in expenſis in cauſa commiſſa conſilio Sapientis ex forma dicti ſtatuti, quando in conſilio nihil de expenſis, quia iudex non potuit facere condemnationem expenſarum: Fulgoſ. *conſ.* 139. per totum.

26. Item quod inſtantia cauſæ appellationis duret per 60. dies, alias deſeratur, ſuper quo Fulgoſ. *conſ.* 168. *Lata ſententia*, vbi quod non ſuſpenditur per compromiſſum, antequam ſit acceptatum per arbitrum de iure communi.

27. Item quod vbi deficit ſtatutum, recurratur ad ius commune: Fulgoſ. *conſ.* 168. *in fin.*

28. Statutum criminale eſt, quod banniti in contumaciam non habeantur pro condemnatis, ſed ſi deuenerint in fortiam iuris & iuſtitiæ, debet veritas de nouo inquiri: Cuma. *conſ.* 171. *proponitur.*

MEM-

Digitized by Google

MEMBRVM XXXI.

VICENTIÆ PRINCEPS, EIVS STATVta, conſuetudines, & Priuilegia.

1. Ciuitas Vicentina alias fuit ſubiecta Dominis della Scala dominantibus ciuitati Veronæ: Bald. *d.conſ.*401. *in princ. libr.* 1. quod duplicatur *lib.3.conſ.9.* & idem dicit Cuman. *conſ.* 158. *Viſis inſtrumento, in prin.* vbi quod Grancanis de Scala Vicarius Imperialis fuit Dominus.

2. Guerram habuit de anno 1386. vt per Ang. *conſ.*312. *Prout patet in prin.*

3. Epiſcopus Vicentinus habet titulum, quia eſt Dux, Comes, Marchio: Caſtr. *conſ.*279. *Viſa petitione, lib.*2. vbi in facto præcedenti, incip. *Coram vobis h:c exprimitur,* & habet multa fœuda conceſſa, vt in dicto conſilio, & alibi ſæpe.

4. Hoſpitale fuit dotatum, & mandatum gubernari, & prouideri de omnibus neceſſariis per quendam Nobilem, quia multa legauit bona, ſuper quo facto Caſtr. *conſ.*457. *Super dictis quæſitis, lib.* 2.

5. Statutum habet ciuitas Vicentiæ, quod banniti pro rebellione vel homicidio, vel alio delicto, vbi pœna ſit mors, poſſint impune interfici: Bald. *conſ.*401. *Ad euidentiam dicendorum,* per totum, *lib.* 1. vbi, quod non tollitur per aliud ſtatutum, quod faciens interfici per pecuniam aliquem vltimo ſupplicio puniatur, quia inuicem conciliantur, vt vltimum non loquatur de bannito, quia quocunque modo poteſt interfici: Bald. *conſ.* 1. 401. & 402. *lib.*1. quod duplicatur *lib.3.conſ.9.*

6. Item quod de ſtupro nullus poſſit accuſari, vel inquiri poſt annum, niſi eſſet occultum, intelligi debet, ſi eſſet occultum à principio, & poſtea innotuit, quod annus currat à die, quo innotuit: Caſtr. *conſ.*183. *Videtur quod iſta accuſatio, lib.2.*

7. Item ſtatutum eſt Vicentiæ, quod nullus credatur bannitus, niſi in libris Communis ſcriptus foret nomine, & cognomine, & cum ſigno & nomine tabellionis, & nullus credatur exemptus de banno, niſi notificatus fuerit in libro forobannitorum cum ſigno & nomine notarii: Bald. *d. conſ.* 401. *in princ. lib.*1. quod duplicatur *lib.3. conſ.9.*

8. Item ſtatutum, quod quicunque fecerit aliquem interficere per pecuniam, vltimo ſupplicio puniatur: Bald. *d. conſil.* 401. *in princ libr.* 1.

quod

quod duplicatur *lib. 3. conſ. 9.* vbi, quod non intelligitur, ſi bannitum quis faciat interfici, quia vnum ſtatutum diſtinguitur per aliud.

9. Statutum habet ſup datio vini contra vendentes ad minutum, & non comprehenduntur vendentes ad maſtellum, item contra reuendentes, & non habet locum contra vendentem: item contra extrahentem ex cauſa mercantiæ, & non habet locum contra eum, qui ſemel modicam quantitatem extraxit, & vendidit: Bald. plene ſuper dicto ſtatuto *conſil. 495. Ex nullo capite, lib. 1.* vbi in caſu præcedenti inſeruntur ſtatuta.

10. Et quod ſuper datio vini ad groſſum credatur datiario cum vno teſte bonæ famæ: Angel. *conſ. 309. Factum eſt tale, Chriſtophorus,* per tot. vbi quod præſumitur bonæ famæ in dubio, & inter dubias probationes, & quod non ſufficit probatio malæ famæ, niſi probatio percutiat tempus examinis teſtis pro accuſatore.

11. Conſuetudo tamen dicitur teſte Vicentiæ, quod ſi teſtis, qui depoſuit pro datiario, de falſo accuſatur, & habetur pro confeſſo ex contumacia, ſecundum ſtatutum non proceditur in cauſa accuſationis, niſi aliter conſtet de veritate accuſationis, quam conſuetudinem attendendam dicit Angel. *conſ. 309. col. fin. verſ. verum poſtquam.*

12. Item ſuper ſucceſſionibus extat ſtatutum, quod filia non ſuccedat cum filiis, ſed dotetur ꝓ modo facultatum patris, ſup quo ſtatuto Cuman. *conſ. 35. Stante ſtatuto,* vbi quod legitima filii maſculi eſt tertia, vel medietas eius, quod ab inteſtato eſt habiturus, ac ſi fœminæ non extarent deducta dote prius ex tota hæreditate, vt æs alienum, & *conſ. 45. Stante ſtatuto,* vbi in fine videtur velle, quod imo dos computetur in legitima.

13. Statutum circa ſucceſſionem non extantibus deſcendentibus, ſed aſcendentibus per agnationem, & cognationem, mater, & ex ea excluditur ab aſcendentibus agnatis, item & ab agnatis vſq; ad tertium gradum ſecundum ius Canonicum, ſed mater debet habere tertiam eius, quod ab inteſtato ſibi deberetur: Caſtr. *conſ. 385. De iure communi, lib. 2.*

14. Et ſi non extant aſcendentes, ſed tranſuerſales, fœminæ non ſuccedant, ſtantibus agnatis vſq; ad tertium gradum ſecundũ ius Canonicum, ſed fœminæ habeant tertiam partem, ſcilicet detur tertia eius, quod ab inteſtato deberet habere: Caſtr. *d. conſ. 385. per tot. lib. 2.* vbi, quod ſtante matertera, & patruele, qui eſt infra tertium gradum iuris Canonici, ipſe excludit materteram, quæ tamen debet habere tertiam totius hæreditatis de manu hæredis, quia de iure communi ipſa eſſet ſucceſſura in totum, matertera eſt in tertio, patruelis eſt in quarto.

15. Fulgoſius vero *conſ.*26. aliter dicit, quod eſt tertia, ac ſi fœminæ non extarent, ſed bene diminuitur dos ſororis, & ſi quid reſiduum eſt accreſcit maſculo, licet non firmet.

16. Et hoc ſtatutum circa ſucceſſionem maſculorum excluſis fœminis, & quod dotari debeant in aliqua modica quantitate, ponit extenſum Fulgoſ. *conſ.*40. *Dominicus teſta:or*, vbi quod dos debet ſimpliciter dari, non autem tempore nuptiarum, quia iure debetur.

17. Contrarium Caſtr. *conſ.*225. *Pro eu dentia, in princ, lib.*2. vbi, quod imo conditio non reiicitur, & in ſtatuto Taruiſino plenius *conſ.* 222. *n.*5. *verſ. ſuper tertio, lib.*2. vbi quod iſta eſt verior, & reprobat Fulgoſ.

18. Item ſtatutum eſt in dicta ciuitate, quod poſſeſſio defuncti tranſeat in hæredem, quod operatur translationem ſine appræhenſione: Cuman. *conſ.*49. *Domina Antonia, circa med. verſ. qua poſſeſſio.*

19. Non tamen habet locum tale ſtatutum in poſſeſſione cohærente iuri perſonali: Cuman. *conſ.*173. *Caduanus, in fin.* 20. Item ſtatutum de compromiſſis faciendis inter litigantes coniunctos vſque ad quartum gradum incluſiue; ſuper quo conſuluit Cuman. *conſ.* 50. *Stante ſtatuto*, vbi quod licet det certam formam, tamen partes poſſunt aliter concordare inter ſe non ſeruata forma etiam faciendo plura compromiſſa.

21. Fulgoſ. *conſ.*108. *n.*3. & plenius *conſ.*152. vbi eſt inſertum integrum ſtatutum, dicit, quod eſt fauorabile, & extenditur ad naturales conſanguineos, & vbi eſt ratio, ibi eſt ſtatutum, videlicet vt charitas conſeruetur inter conſanguineos.

22. Item ſtatutum, ꝙ creditor poſſit agere directo contra tertios poſſeſſores, non facta diſcuſſione principalis debitoris, eſt Vicentiæ, ſup quo Cuma. *conſ.*54. *Leonardus Merzarius*, vbi ꝙ non propterea ex tali ſtatuto prorogatur præſcriptionis tempus, & ideo tertius poſſeſſor ex empto præſcribit decem annis inter præſentes. Contrarium ſup eodem ſtatuto Fulgoſ. *conſ.* 214. *Titius obligauit*, vbi quod inducitur condictio, quæ durat XXX. annis.

23. Bald *conſ.* 319. *Statuto ciuitatis, libr.*3, conſuluit ſuper eodem ſtatuto, quod dicitur prouidere duobus, ꝙ non eſt neceſſaria excuſſio, item ꝙ tertius poſſeſſor patitur exequutionem, niſi ipſe doceat debitorem habere alia bona, & debet intentari hoc remedium, alias tenuta data ex abrupto eſt reuocanda, vbi ponit effectum ſtatuti, quod ſi debitor alienauit rem obligatam, creditor mittatur in poſſeſſionem via recta, niſi poſſeſſor doceat debitorem habere alia bona, quæ ſufficiant.

24. Item ſtatutum, ꝙ creditor, ꝗ non petierit ſuum creditum intra XV. annos,

Digitized by Google

annos, cadat à iure ſuo, ſuper quo conſuluit Cuma. *conſ.67. Statuto ciuitatis*, vbi quod tale ſtatutum tuetur debitorem non moroſum, ſecus ſi eſſet moroſus, vel creditor, prout hæres habuiſſet iuſtã ignorantiam non petendi.

25. Item quod apocha priuata mandetur exequutioni, ſicut publicum inſtrumentum: Abb. *64. Venio ad primum, col. 2. verſ. quinto videtur, lib. 1.* vbi ꝙ non valet compromiſſum ſuper tali apocha, ſed bene ſuper damnis, & intereſſe, ibi *col. 4. in fin. verſ. venio ad quintam lib. 1.*

26. Item quod laudum exequi debeat, ſicut inſtrumentum publicum, non obſtante recurſu, reductione, appellatione, &c. quod ſtatutum tanquam generale debet reſtringi ſecundum ius cõmune, vt non habeat locũ, ſi nullitas poteſt in continenti probari, qa ceſſat tunc calumnia, ꝑ qua tollenda ſtatutum emanauit: ita Abb. *d. conſ. 64. n. 5. v. venio ad ſecundum, vſq; in fin. lib. 1.*

27. Item quod delinquens contumax poſſit puniri, & habeatur pro confeſſo: Angel. *conſ. 309. n. 5. verſ. deſcendo ad tertium*, vbi quod non præiudicat talis confeſſo non citato.

28. Item quod Magnates non habeant ius eligendi Decanos, niſi ſint in poſſeſſione immemorabili: Cuman. 77. *Ad primum*, vbi, quod Treſini computantur inter Magnates.

29. Item quod donationes excedentes 500. debeant inſinuari infra annum, alias nõ præiudicet creditoribus, q poſtea contraxerunt cum donãte: Cuma. *conſ.* 173. vbi de multiplici ſtatuto circa donationes, vt prim⁹ præferatur, & pluribus donãs puniatur, & ꝙ, ſi duæ ſunt donationes non inſinuatæ, prima præfertur, qa non eſt nulla, ſed non præiudicat creditori ex contractu, & ſecundus donatarius non eſt creditor ex contractu.

30. Item quod maritus lucretur medietatem dotis vxoris præmortuæ ſine filiis, ſiue habeat filios ex primo matrimonio, ſiue non, ſup quo Fulg: *conſ. 53. Blaſius quondam*, vbi ponit verba ſtatuta, & dicit non habere locum, ſi ex ſecundo matrimonio reliquit filios, ſiue maſculum ſiue fœminam, & quod non habet locum quoad legata primi mariti ſtantibus filiis ex primo matrimonio: item *conſ.* 88. dicit non habere locum ad effectum, vt mater poſſit ex alia medietate legare marito,

31. Item ꝙ mulier cenſetur dediſſe omnia bona ſua in dotem, & maritus lucretur fructus: Fulg. *conſ. 63.* vbi ponit verba ſtatuti, & dicit, non compræhendere bona legata à primo marito ſtantibus filiis primi matrimonii, quia proprietas eſt filiorum primi matrimonii, quibus certum quid iure inſtitutionis legauit, recuperant tertiam totius vti legitimam.

32. Item ꝙ adulterium non poſſit accuſari, niſi per perſonas in quarto

 gradu

Digitized by Google

SAVIGLIANI TERRA.

1. STatutum eſt Sauigliani, quod nulla fœmina per ſe, vel alium modo aliquo, poſtq̃ nupta fuerit, poſſit petere aliquid occaſione alicuius ſucceſſionis patris, matris, aut fratris, Bal, qui ponit verba ſtatuti *conſil. 171. Inter Illuſtr. lib. 2.* vbi quod tale ſtatutum excludit etiam deſcendentes ex fœmina nupta, quando eſt factum contemplatione certę perſonæ, ſed tamen dicit illud eſſe nullum, tanquam non confirmatum à Principe, & latius Bald. *conſ. 371. In volumine capitulorum, lib. 5.* vbi, quod tale ſtatutum tanquam iniquum & odioſum, eſt ſublatum per capitulum pacti inter Comitem Sabaudiæ & Commune, quod in ſucceſſionibus ſeruetur ius commune, & ideo habet locum ex teſtamento, non aũt ab inteſtato.

2. Non habet ius ſtatuendi Commune Sauigliani ſine confirmatione Comitis Sabaudiæ: Bal. *conſ. 371. n. 2. v. præterea Commune Sauigliani, lib. 5.*

MEMBRVM XXXIII.

ASTENSIS DVCATVS, EIVSQ. Statuta, Conſuetudines, & Priuilegia.

1. CIuitas Aſtenſis eſt Ducis Mediolani, quam poteſt Dux vendere & donare: Ioan. de Anan. *conſ. 81. in princ. n. 2.*

2. Ciuitas Aſtenſis cum ſuo territorio & fortalitiis fuit data in dotem per Io. Galeatium Comitem Virtutum, Vicecomitem Duci Turoniæ fratri Regis Franciæ, vt per Bald. *conſ. 357. Nota pro Duce Turonia, libr. 5.* quod eſt Petri de Curte, Antoniani, & Baldi, vbi quod fauore dotis venit latiſſime Ciuitas, & territorium.

3. Vide plenius Alexandr. *conſ. 87. Accurate, lib. 6.* vbi in facto præcedente conſilium narrat, quod Io. Galeatius Vicecomes nupſit Valentinam eius filiam Ludouico Duci Aurelianenſi, & illi dedit in dotem ciuitatem Aſtenſem: & iſte Ludouicus Dux erat filius Caroli Quinti, & frater Caroli Sexti Regum Franciæ, vt dicit ibi Apoſtill. Ex iſtis coniugibus nati ſunt Carolus, qui fuit Dux Aurelianenſis, Philippus Comes Virtutum, Io. Comes Angoleſmi, & Margarita Comitiſſa de Stampis. Carolus tanquam primogenitus fecit ſe inueſtiri de ciuitate Aſtenſi à Sigiſmundo Imperatore, die 18. Septembris 1413. ſed quia fuit captiuus in Anglia, Philippus Maria Dux Mediolani pro eo gubernauit ciuitatem Aſtenſem, tanquam auunculus, & mortuo Carolo ſucceſſit Ludouicus eius filius, qui fuit Rex Franciæ XII. Alexand. conſuluit, quod ciuitas Aſtenſis fuit data per Galeatium Mariam, non in fœudum, ſed libera pro filiis & hæredibus, & quod niſi probetur conſuetudo, quod ad primogenitum ſpectet, quod etiam fœmina in ea ſuccedit pro portione.

Digitized by Google

4. Et probatur, quod poſſedit eam ex narratis per Bald. *conſ.332.lib.5.* vbi quæritur, an poſſit idem Dux locare in totum rem communem, cum particulari in dicta ciuitate, in qua Dux erat Adminiſtartor. Hodie iſta ciuitas cum ſuo Comitatu eſt Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ, & iuſto titulo poſſeſſa, & translata.

5. Comes Virtutum frater Ducis ob adhærentiam certorum Nobilium Duci Mediolani, donauit Nobilibus certum territorium Ciuitatis & donatio fuit confirmata per Ducem, ſuper cuius validitate, & quod ciuitas non poſſit reuocare, Io. de Anan. *conſ.81. per tot.*

6. Habet Marchionem Ceuæ ſuum ſubditum ratione multorum caſtrorum, de quibus Marchio fuit infœudatus, prout per Bald. *conſil.483. Magnificus Dominus, per tot. lib.1.* vbi quod habet iurisdictionem in Marchionem male tractantem vaſſallos prædictos, & de eadem inueſtitura dictorum caſtrorum, Bal. *conſ.83. Factum ſic ſe habet, lib.3.* vbi quod Commune Aſtenſis debet cognoſcere cauſam inter Marchionem & alium fœudatarium de fœudis prædictis.

7. Marchiones Ceuæ ſunt domini terræ Bagnaſchi, & fecerunt pacta, & conuentiones cum dictis Communi & hominibus ſuper multis, quæ ſunt valida, ſecundum Bal. *conſ.492. Inter Magnificos, lib.5.* per tot. vbi quod poſſunt homines piſcari in flumine Tanagri, & tenentur ad ſeruitutem verſus Marchionem.

8. Fecerunt iſti Marchiones diuiſionem plurium Caſtrorum, & conuenerunt, quod aliquis eorum ſub pœna non poſſit aliquid acquirere in parte alterius, Bal. *conſ.368. Quod permutatio,* & latius *conſ.491. Inter Marchiones, libr.5.* vbi, an tale pactum tranſeat ad ſucceſſores, & *d.conſ.491. in fin.* ponit qualiter vnus ex dictis Marchionibus ſpoliauit alium, & adhæſit Duci Aurelienſi, tamen non eſt effectus ſubiectus Duci.

9. Sunt iſti Marchiones Nobiles fœudatarii, & trahunt originem ab Imperiali ſanguine, & à pari procedunt cum Marchionibus Sauonæ, & Finarii, ideo ſunt exempti ab omnibus oneribus tanquam Nobiles, Purpurat, *conſ. 536. per tot.* 10. Fœudum caſtri & villæ Montis magni vendidit ciuitas Aſtenſis Domino Antonio de Turchis liberum, vt per Bald. *conſ.56. Commune Aſtenſ. lib.3.*

11. Epiſcopus Aſtenſis conceſſit fœudum ſui Epiſcopatus caſtrum & villam Aſternæ: Bal. *conſ.185. Factum eſt tale, lib.3.*

12. Item conceſſit aliud caſtrum & villam Gandulpho de Gregoguris, quem poſtea priuauit ob rebellionem, & inueſtiuit Simonettam Rotarij. Gandulphus vero vendidit Bartholomæo Careto, quem etiam Epiſcopus

Digitized by Google

priuauit, & qui Bartholomæus alia fœuda tenebat ab Epiſcopo: Bald. *conſ. 95. Mortuo Gregorio, lib. 3.*

13. Eccleſia & Epiſcopus Aſtenſis habet conſtitutionem Epiſcopalem, quod fœuda ipſo iure reuertantur ad Eccleſiam dominam propter culpã vel feloniam vaſſalli, quę conſtitutio eſt valida ſecundum Bal. in *conſ. 9. Factum tale eſt, n. 3. in fin. verſ. mihi finaliter, lib. 1. & conſ. 95. Mortuo Gregorio, in prin. verſ. item fecerunt, lib. 3.* vbi de quodam fœudo reuerſo ad Eccleſiam.

14. Statutum eſt in ciuitate Aſtenſi, quod omnes ementes & vendentes teneantur ſoluere gabellam, quod non agat Eccleſias, neque Eccleſiaſticas perſonas: Bald. *conſ. 31. Statuto ciuitatis Aſtenſis, lib. 1.*

15. Item quod in cauſis mutui vel depoſiti apparentium per publica inſtrumenta procedatur via ſummaria, & non poſſint opponi quædam exceptiones: Bal *conſ. 223. Primo ſtatuto, lib. 1.* vbi, quod non corrigitur per aliud ſtatutum poſterius, quod inter conſanguineos compromitti debeant: Bald. *d. conſ. 223. per tot. lib. 1.* vbi quod non comprehendit debita apparentia per publicum inſtrumentum.

16. Item habet ſtatutum qualiter creditores hypothecarij præferri debeant: Bald. *conſ. 278. In cauſa domini Amonetii, lib. 2.*

17. Item quod præmoriente vxore, maritus lucretur totam dotem; ſi præmoriatur ſine filiis: Bal. *conſ. 31. Statuto ciuitatis, lib. 3. & conſ. 96. Proponitur quod,* vbi ampliat, vt procedat etiam in territorio Aſtenſi, licet fuerit occupatum tale territorium ab alio, *lib. 3.* Signorol. Homod. *conſ. 37. Factum ſic proponitur*, vbi tenet, quod ſtante etiam alio ſtatuto, quod liceat mulieri dare in dotem legata à primo viro, quod maritus lucretur totam dotem, etiam ſtantibus filiis ex priori matrimonio, quia ſtatutum requirit, quod relinquat filiis, tanquam vxor, & idem repetit conſ. 69. vbi confutat Rayner. de Feraliuio, q tenuit contrarium, *conſ. 68. & conſ. 263.* vbi multa hinc inde.

18. Et quod huiuſmodi ſtatutum, quod maritus lucretur totam dotẽ vxore mortua ſine filiis ſeu ſine liberis, importet, quod ſi extant liberi ſiue ex primo, ſiue ex ſecundo matrimonio, maritus non lucretur dotem, quia ceſſat conditio: Caſtr. *conſ. 359. Supradictus Dominus, in prin. lib. 2.* & per tot. vbi quod non derogat, *l. hac edictali, C. de ſecund. nupt.*

20. Aliud ſtatutum Aſtenſe, ꝙ ſi mater legat, vel diſponat de bonis ſuis ad fauorem filiorum ſecundi matrimonij, ꝙ valeat diſpoſitio in præiudicium filiorum primi matrimonij, ſed nihil operatur ab inteſtato, nec ſufficit indirecta ſeu tacita diſpoſitio, vt videatur diſpoſuiſſe, ex quo bona dedit in dotem: Caſtr. *d. conſ. 359. n. 2. verſ. ſed nec obſtat, lib. 2.*

21. Statutum, quod mulier tranſiens ad ſecunda vota poſſit dare in

dotem ſecundo marito etiam legata à primo viro, & quod filii primi matrimonii in nullo ſuccedant matri, nec mater poſſit ſuccedere filio primi matrimonij, ſaluo niſi inſtitueretur hæres, vel ſibi fieret legatum, Bald. *conſ.216. Caſus talis eſt, lib.3.* vbi ponit integrum ſtatutum, & dicit quod mater ſubſtituta filiabus ſi tranſeat ad ſecunda vota, & moriatur vna filia, cui eſt ſubſtituta pupillariter, illi ſuccedit. hoc idem ſtatutum ponit Signorol. *conſ.37. in princ.* vbi interpretatur illud in contradictione cum Rayner, de Foroliuio, inter conſilia Signorol. *68. & 69. & 263*

22. Item quod nulla mulier ſuccedat decedentibus, ſtantibus agnatis, vſque ad ſeptimum gradum, niſi in vſufructu eius portionis, quam habitura eſſet ab inteſtato, ceſſante ſtatuto, quo vſufructu mulier ſit priuata, ſi tranſit ad ſecunda vota: Bald. *conſ.187. Propoſito ſtatuto, lib.3.* vbi quod non habet locum in hæreditate paterna delata infanti, qui deceſſit, ea non adita, quando de conſuetudine iure matris in matrem transmiſit, & non in agnatos; ſecus de iure communi, etiamſi transmitteret ad matrem non ex priuilegio perſonali, ſed ex priuilegio ſuitatis, Bald. *conſ.156. Clauſula codicillaris, n.2. verſ. Modo venio, vſq; in fin. lib.2.*

23. Item quod non liceat appellare ad Principem, quod ſtatutum valet, quia Princeps iurauit obſeruantiam ſtatutorum: Bald. *conſ.86. per ſtatutum ciuitatis, lib.3.*

24. Et quod appellationes debeant fieri ad Poteſtatem Aſtenſem, & quando appellatio interponitur, debeat appellans intra octo dies dare idoneam ſecuritatem, alias ſententia ferenda non valet, & habet locum, ſi non fuiſſet abſens iudex ad quem, & coram quo cautio erat danda: Bald. *conſ.99. Statuto ciuitatis, lib.3.*

25. Adde, ꝙ ſi appellatur à ſententia Poteſtatis, tunc appellatio deuoluitur ad iudicem maleficiorum ex obſeruantia, licet ſtatutum dicat, ꝙ ab omnibus ſententiis appelletur ad Poteſtatē: Bald. *d.conſ.99. in pri. lib.3.* vbi quod tenetur etiam appellans petere apoſtolos infra certum tempus, ſi iudex illos det, non debent peti.

26. Item quod mulier maritata non veniat ad ſucceſſionem patris, vel matris, quod ſtatutum eſt validum, ita quod ſtante maſculo, fœmina dotata excluditur: Bald. *conſ.327. Viſa ſerie facti, in pri. c. lib.5.*

27. Item circa præſcriptiones, quod poſſidens rem acquiſitā p 20. annos, non poſſit à quoquam moleſtari, exceptis minoribus vigintiquinque annis, & iis, qui non potuerunt agere, quod ſtatutum habet locum etiam contra ignorantes, & in cauſa dotis: Bal. *conſ.329. Præmiſſis verbis, lib.5.*

28. Item

Digitized by Google

28. Item circa fures, vt famoſi furca ſuſpendantur, & famoſi dicuntur, qui tria furta commiſerunt; Bald. *conſ.* 348. *Viſo themate, lib.* 5. vbi quod non habet locum, ſi furta ſunt commiſſa extra territorium, vel ſi actum eſſet ciuiliter tantum, & pars fuiſſet ſatisfacta, vel quando furtum eſſet domeſticum.

29. Statutum Aſtenſe diſponit, quod ſtatuta debeant intelligi, prout ſcripta ſunt, & vt eorum litera ſonat: Signor. Homod *conſ.* 57. *in princ. & nu.* 7. *in fi ver. venio ad tertium*, dicit, quod recipiunt nihilominus declaratiuam interpretationem.

30. Quicquid habet ciuitas Aſtenſis in publico, dicitur eſſe Ducis Mediolani, ideo poteſt Dux diſponere, & non dicitur de alieno diſponere: Io. de Anan. *conſ.* 81. *Viſo inſtrumento, n.* 4.

MEMBRVM XXXIV.

REGIENSIS SEV REGII DVCATVS ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia.

1. REGII Ciuitas fuit Dominorum de Gonzaghis; poſtea Ducis Mediolanenſis, videlicet Comitis Virtutum; deinde Othonis; & vltimo loco Marchionum Eſtenſium, conceſſa ab Imper. Caſtr. *conſ.* 317. *lib.* 2.

2. Et quod fuerit primo loco Dominorum de Gonzaghis, videlicet de anno 1358. meminit Alex. *con.* 16. *In cauſa & lite, n.* 12. & quod fuerit Ducis Mediolani, videlicet Comitis Virtutum, ibi *n.* 18 *in fin. lib.* 5.

3. Et quod poſtea Imper. inueſtiuerit Duces Eſtenſes de ciuitate & Ducatu Regij, & valuerint hæ inueſtituræ: Alex. *d. conſ.* 1. *nu.* 17 *& n.* 25. *lib.* 5. vbi quod potuit Dux Regij bona fide ſubinfœudare Gonzagas de villa Sancti Thomæ, & ſequitur Soc. Iun. *conſ* 126. *n.* 8. *lib* 3.

4. Et quod ſit ciuitas Imperij: Ang. Aret. *conſ.* 127. *In caſu prædicto, in fin.*

5. Eſt in Lombardia ciuitas Regij ſecundum communem vſum loquendi, quæ Lombardia eſt prouincia in Italia, ſed de iure Canonico eſt ſub Archiepiſcopo Rauennæ: Bart. in *Extrau. Qui ſint rebelles*, in verb. *Lombardia, in prin.* Et hac de cauſa dicitur eſſe in Æmilia.

6. Vltimo loco Imper. de ea inueſtiuit Ducem Borſium Eſtenſem, tanquam de fœudo nobili cum diſtrictu, Comitatu, territorio, & omnibus & ſingulis terris & caſtris dicti Epiſcopatus Regij cum clauſula, *ex certa ſcientia, & de plenitudine, & non obſtante*, vt refert Ang. Aretin. *conſ.* 101. *In caſu*, vbi quod prius eam tenuerunt Marchiones Eſtenſes, Leonellus & Nicolaus.

7. Eſt de ciuitatib. compræhenſis in pace Conſtantiæ, quib. Imper. donat iuriſdictionem in caſtris & villis in ſuo territorio: Alex *conſ.* 1 *nu.* 2. *verſ. præterea per pacem. lib.* 5. & iterum *conſ.* 1. *In cauſa & lite, in pr. lib.* 5.

8. Habuit litem cum Georgio & Franciſco de Gonzaghis ſuper villa S. Thomæ, quod ſpectaret ad ciuitatem vigore laudi lati per Epiſcopos Mantuæ & Mutinæ, de qua dicti Domini fuerunt inueſtiti à Duce Ferrariæ & Regij: Alex. *d. conſ.* 1. *lib.* 5 *in prin.*

9. Canoſii Nobiles fuerunt à Carolo IV. Imperatore inueſtiti de multis caſtris de anno 1368. videlicet de caſtro de Canoſſa, Cauiano, Bibiano, Calentano, Caſtellano, Sasforto & Rungulo, ac Bianello cum caſtellis & villis ſuis, cum mero & mixto imperio; vt per Alex *conſ.* 16 *In cauſa & lite; n.* 17. *in fi. ver. hoc idem oſtenditur, lib.* 5.

10. Ciues Regienſes dicuntur & appellantur Canoſii in multis ſcripturis & priuilegijs, de quib. Alex. *d. conſ.* 19. *num.* 8. *& ſeq. verſ. nec ad hoc obſtat, li.* 5. vbi tuetur, quod licet eorum antenati fuerint ciues ſiue origine, ſiue incolatu, deſcendentes non remanent ex tali ciuilitate ſubditi in eorum præiudicium.

11. Scandiani caſtrum cũ alijs caſtris fuit ſubinfœudatum Boiardis per Ducem Mediolani, dũ fuit Dñs Regij, poſtea etiam Duces Ferrariæ, poſtquã ad eos peruenit ciuitas Regij, ex conceſſione Imperatoris ſubinfœudarunt eund. Comitatum Scandiani Boiardis cum ſeparatione à ciuitate Regij: ita Soc. Iun. *d. conſ.* 126. *n.* 10. *& ſeq.* per tot. vbi quod conceſſio facta ciuitati Regij de minori magiſtratu non poteſt habere locum in locis primo conceſſis in feudũ liberis, *& n.* 38 tollit, quod dicitur in conceſſione Comitatus de reſeruatione ſuperioritatis, quod importat ſolum maiora quædam, vt ſunt criminalæ, æ maieſtatis, hæreſis, falſæ monetæ, & denegatæ iuſtitiæ, & ibi plenius *n.* 2. & ſuper eod caſu etiam conſuluit Bero. *conſ.* 74. *li.* 1.

12. Bianelli caſtrũ eſt Comitũ de Canoſſa, qui habent inueſtiturã ab Imperatore, & eſt de Epiſcopatu Regij & Gabbi ſunt de bianello, q venerũt ad habitandũ Regij, ideo nõ poſſũt collectari in Bianello: Ang. Are. *cõſ* 101. ꝑ tot.

13. Et Dux Mediolani Comes Virtutum emit roccham Bianelli, dum eſſet Dominus Regij: Alex. *conſ.* 16. *n.* 23. *lib.* 5.

14. Caſtrum de Montericho eſt Comitum de Manfredis, qui poſſunt imponere collectas vaſſallis ꝑ nubendis filiab. & ſororib. & ꝑ aduentu Illuſtriſſimi ſui Principis, & Poteſtas dicti loci poteſt imponere mulctas modicas vſque ad ſcuta 12. & poteſt ex officio inquirere contra offendentes officium ſuum: Alex. plene *conſ.* 35. *Viſo th. mate*, per tot. *lib.* 2.

15. Ca-

15. Caſtrum Albineæ cũ mero & mixto imperio erat Comitis Thadæi Manfredi, cui Nobilis Pardus de Sacratis eius ſocer donauit omnia bona ſua in d.caſtro, ſuper qua Alex.*conſ.157.Viſo inſtrumen.lib.2.*conſuluit quod valet, licet nõ ſit inſinuata, qa rogata p iudicem loci; itẽ quia non eſt neceſſaria, quando fit per habentẽ merũ & mixtum imperium, vel habenti merũ & mixtum imperiũ; itẽ dicit, quod Comes Thadæus erat ciuis Ferrariæ, ideo ſtatutum Ferrariæ non obſtabat, & prima inueſtitura fuit Io.de Manfredis pro ſe & ſucceſſorib.ſuis, & eſt Comitatus, qui fuit diuiſus & diuiſio valuit ſecundum conſuetudinẽ Lombardiæ: Alex.*conſ.30.Viſis dubitationib. lib.6.*vbi cõſuluit, ꝙ iſti homines de Montericho, & de Albinea vaſſalli Comitũ de Manfred.comiſerunt rebellionem in Comites, & ꝙ propterea cõmiſerũt crimẽ læſæ maieſtatis ſecundũ communẽ, licet Comites recognoſcant ſuperiorem Principem Regij; ſed tamen iſta læſa maieſtas licet habeat etiam confiſcationem, non tamen afficit filios ipſorum delinquentium.

16. Mirandulæ terra eſt de diœceſi Regij, & Archipresbyter S. Mariæ de Mirandula ſolet eſſe delegatus Epiſcopi Regij ad vniuerſitatẽ cauſarum, & vocatur Vicarius Epiſcopi, ſed nõ eſt ordinarius, & ab eo appellatur ad Epiſcopũ, qa non facit idẽ tribunal, imo ſi ipſe Archipresbyter aſſumitur in adiunctũ à Prætore, appellatio debet interponi ad Epiſcopum, non ad Dominos loci; & ſtatutum Mirandulæ, quod inf.10.dies appellans teneatur proſequi appellationem coram dominis vel delegatis ab eis, non habet locum iſto caſu: Alex.*conſ.12.Viſo proceſſu*, per tot.*lib.6.*quod eſt deciſiuum.

17. Villam Bibiani poſſidebant hæredes Cabaroti de Canoſſa ex priuilegio Caroli IV Imperatoris, & ciuitas Regij mouit litem in ciuitate Ferrariæ, ſuper qua conſuluit Alex.*conſ.17.In cauſa & lite, lib.6.*quod mandatum non erat ſufficiens ab Antianis ſolis, quia debuit eſſe à Conſiliarijs ciuitatis iterum ſuper iſta villa, quod iuriſdictio ſit Comitum de Canoſſa, non ciuitatis Regij: Alex.*conſ.16.lib.5.*per tot.

18. Homines de Roſenna ſubditi Dominis Corrigienſib. tenentur ad onera cauamenti, & conductus aquarum ad fauorem caſtri S.Poli in Ducatu Regij: Ioan.de Anan.*conſ.18.Viſa ſententia*, & ibi Bolog. qui reſtringunt duas ſententias latas contra homines de Roſenna, vt ſolum ad onera realia teneantur.

19. Regienſium laboratores reſpectu bonorũ in territorio Bagnoli, ꝙ eſt de diſtrictu Regij, licet habeãt iuriſdictionẽ ſeparatã, nõ tenenẽ facere guardias in caſtro Bagnoli, niſi Dñi caſtri habeãt ex priuilegio, vel conceſſione ſuperioris, aut ex conſuetudine, vel niſi ob defectũ hominũ hoc facerent, qa tunc eſſet onus reale, quia bona non poſſent bene laborari, ſi caſtrũ, in

Digitized by Google

cuius territorio ſunt, non cuſtodiatur: Caſtr. *conſ.* 317. *Super primo, in fin. verſi. circa quartum, lib.* 2.

20. Priuilegia multa habẽt ciues & incolæ Regienſes in territorijs Nuolariæ & Bagnoli, vt non teneantur ad aliqua onera, ſint immunes ipſi, & coloni eorum poſſunt ſuccedere, alienare, emere, & extrahere blada, & nõ poteſt contra eos ſtatui etiam tempore neceſſitatis, plene Ceph *conſi.* 451. per tot. & Dec. *conſ.* 44 *lib.* 4. vbi tollunt omnia contraria.

21. Contrarium conſuluerunt Roland. à Valle *conſ.* 80 *lib.* 3. per totum *num.* 37. *& ſeq. verſi. venio ad capitulum*, vbi quod ciues Regij tenentur ire ad molendinum granum, & ad furnos Dominorum, quia acquiſiuerunt poſſeſſionem, & quaſi, & plene ponit conuentiones, & plenius *conſ.* 79. per tot. quod eſt principale conſilium, ſequens vero eſt reſponſiuum: & Surd. *conſ.* 313 *lib.* 1. An autem Rol. & Surd. ſeu Ceph. & Deci. rectius conſuluerint, lis eſt ſub iudice adhuc.

22. Eccleſia Regina habet ſtatutum, quod antiquior Canonicus poſſit optare præbendam vacantem, ſuper quo ſtatuto conſuluit Bald. *conſil.* 177. *In Eccleſia Regina, lib.* 1.

23. Antianos habet, qui ſunt Regentes ciuitatis, videlicet Communitatis, & Florentiæ appellantur Priores, & iſti non poſſunt dare mandatum pro Cõmunitate, ſed ſpectat ad Conſiliarios, qui ſunt loco Decurionum: Alex. *conſ.* 17 *In cauſa & lite, in pr. lib.* 6.

24. Zoboli Nobiles Regij habent priuilegium exẽptionis ab onerib. conceſſum à Carolo IV. Imper. & Duce Hercule Primo: Alex. *conſ.* 35. *lib.* 5.

25. Statutum, ꝙ omnia inſtrumenta archiuientur, & ꝓ eis ſoluatur gabella infra annũ ſub pœna nullitatis; & ideo licet ſit ſoluta gabella poſt annum, inſtrumentum nullum remanet, & non probat: Ang. Aret. *conſ.* 89. *Pro deciſione*, per tot. maxime *n.* 9. *& ſeq. v. r.* 2 *hoc ex alio.*

26. Item quod credatur ſcripturis in archiuio publico Regij, quod ſtatutum intelligitur quoad ſubditos, ſecus quoad non ſubditos, & extra territorium, quia non habet locum: Alex. *conſ.* 16. *In cauſa & lite, n.* 4. *& ſeq verſ.* 2. *principaliter, lib.* 5. vbi idem dicit, quando agitur cum eo, qui prætendit ſe non ſubditum, vel ſuper re, quæ controuertitur, an ſit de territorio.

27. Statutũ Regij, ꝙ inter agnatos ſiue cognatos vſq; ad quartũ gradũ debeat fieri compromiſſum, non habet locũ, ſi non probatur, ꝙ agnati ſint intra quartũ gradũ, nec ſufficit ꝓbatio, ꝙ ſint agnati: itẽ non habet locum, quando eſt lata prima ſententia, quia debet peti, anteq̃ fiat liquidatio: item non habet locũ in exequutione inſtrumenti: item non habet locũ in cauſa mixta ciuili & criminali: Alex. *conſ.* 82. *In cauſa inter Petrum*, per totum *lib.* 1.

28. Quod

Digitized by Google

28. Quod habens deſcendentes non poſſit legare vxori vltra decem florenos, habet locum etiam ſi deſcendentes non ſuccedant ſecundum communem, quia ſufficit, quod conditio de facto verificetur: Ang. Aret. *conſ.90. In prima conſultatione, in prin.* Vide infra n. 34.

29. Et huiuſmodi ſtatutum habet locum etiam in vſufructu, vt nihil poſſit conſequi, niſi alimenta, & pœna impoſita hæredi, ſi moleſtiam inferat, quod ſit priuatus hæreditate, non valet, quin ad ſtatutum redigatur: Ang. Aret. *d. conſ. 90. n. 12, verſ. capio ſecundum, cum ſeq. & n. 14. cum ſeq verſ. venio nunc ad tertium.*

30. Declara, quia ſtatutum Regij, quod maritus non poſſit legare vxori, &c. reſtringitur, quando mulier vellet communicare dotem ſuam, quia tunc ſtatutum non obſtat: Ang. Aret. *conſ. 121. in prin.* & per tot. maxime *nu.* 19. *& ſeq. verſ. vnde cum dicta domus.* Videas ſtatutum, quia obiter ibi de eo loquitur.

31. Statutum admittit agnatos ad ſucceſſionem excluſis ſorore, matre, & deſcendentibus ex ea, quod clarum & præciſum ſtatutum dicit Rim. Iun. conſ. 269. n 48 lib. 3.

32. Et ſtatutum, quod ſtantibus maſculis filiæ fœminæ dotatæ non ſuccedant, non habet locum in ſucceſſione materna, ſed ſolum in paterna, & non extenditur ex identitate, quia eſt correctorium iuris: Ang. Aret. *conſ.* 80. *Quantum ad primum, n. 6. & ſeq. verſ. quoad tertium; & iterum conſ.* 141. *Quoniam, n. 2. & ſeq. verſ. cum ergo*, vbi, quod eſt accuſatorium naturæ.

33. Et ſi maſculus totam hæreditatem poſſideat, tenetur reſtituere ſuã ratam filiabus ſororibus vna cum fructibus: Ang Aret. *conſ.* 80. *n.* 15. *& ſeq. verſ. veni ad ſextum.*

34. Statutum Regij, quod maritus non poſſit legare vxori, valet, & eſt fauorabile etiam ſi ciuis extra territorium Regij teſtatetur: Rom. *conſ.* 39. *In propoſita quæſtione, in prin.* vbi ponit multa ſimilia de lege Imperiali, de excõmunicatione, de ſententia, de prodigo interdicto, & aliis ſimilibus, quæ extra territorium extenduntur, *ſupra n.* 30. *& ſeq.*

35. Statutum prædictum extenditur etiam ad bona ſita extra territorium Reginum, ex quo principaliter prohibet perſonam ſubditam. plura ad hoc idem Rom. *conſ.* 39.

36. Statutum, quod poſſeſſio defuncti continuet in hæredem, operatur, quod hæres poteſt intentare, *c. reintegrandæ*, 3. *q.* 1. & quod poſſeſſio, quę erat penes defunctum, dicatur in hæredem continuata: Ang. Aret. *conſ.* 93. *n.* 22. incipit, *Nulli dubium*; *& n.* 30. *verſ. tertia ſurgit*; vbi quod hæres dicitur ſpoliatus, ſi alius occupauit bona.

Digitized by Google

37. Et iterum ſuper eodem ſtatuto, & in eadem cauſa Angel. Aret. *conſ. 121. In caſu prædicto, in pr in.* vbi, quod huiuſmodi ſtatutum fingit poſſeſſionem defuncti continuatam in hæredem, ac ſi appræhendidiſſet; ideo operatur talem continuationem, vt non ſit vnquam vacans, prout in poſſeſſione Eccleſiæ, quæ erat penes primum Rectorem, vt eo mortuo continuet in ſecundum, vbi quod habet locum etiam in fundis dotalibus.

38. Statutum criminale, quod contumax habeatur pro confeſſo, non habet locum; quando frater abſentis comparuit accuſatorio nomine, & etiam fuit admiſſus ad probandum innocentiam, quia ex quo abſens poteſt condemnari, admitti debet procurator: Ang. Aret. *conſ. 85. Quoniam, col. 1. verſ. nec etiam obſtat, n. 59. & ſeq.*

39. Statutum, quod petens reduci laudum non incidit in pœnam, ſi obtinet reduci laudum in aliqua parte: Alexand. *conſilio 32. Opportune, num. 7. in fi verſ. ad hoc accedat, l. b. 2.* vbi etiam ſine ſtatuto. Alexand. ibi *numero 7.* & 8. dicit, quod quælibet cauſa iuſta excuſat à pœna promiſſa, etiam cum iuramento, quia habet tacitam conditionem, ſi iuſte laudatum fuerit.

40. Statutum Regij, quod nullus poſſit acquirere caſtrum in territorio Regij ſine licentia Communitatis, non ligat Imperatorem: Alex. *conſ. 16. In cauſa & lite, lib. 5. n. 31. col. fi.*

41. Statutum Regij, quod nullus poſſit obtinens immunitatem habere officia Communis Regij, & obtinens officium cenſeatur renunciaſſe omni priuilegio immunitatis: Alex. *conſ. 33. Ponderatis, n. 12. & ſeq. verſ. non obſtat id quod ſecundo, lib. 5.* vbi, quod ſtatutum non operatur contra eum, qui acceptauit officium, niſi conſtet, quod ſciret tenorem priuilegij ſui: ſecundo quia priuilegium ſuperioris derogans ſtatuto non perditur: tertio non poteſt habere locum ſtatutum contra priuilegium Imperatoris, quia ſtatuentes non poſſunt tangere, vel ſtatuere contra legem & priuilegium Imperatoris, & ſui Principis ſuperioris, & quia in dubio non cenſentur compræhendere factum ſuperioris, & loquitur in priuilegio Caroli IV. conceſſo Nobilibus de Zobolis, contra quos conſuluit Ancharanus Iun. *quæſt. 49. lib. 3.*

42. Statutum, quod banniti poſſint impune offendi, eſt Regij, & validum eſt, & excuſat eum, qui interfecit bannitum, qui erat gratiatus, ſed non erat cancellatus de libro Communis, dummodo interficiens ignoraret gratiam, & non ſit in dolo: Alex. plene *conſ. 65. Attenta, lib. 3.* per tot. vbi multa ad hoc.

43. Sta-

43. Statutum Regij, quod nullus poſſit capere poſſeſſionem ſine mandato iudicis, & aliud; quod iudex non poſſit dare poſſeſſionem alicui, niſi citato poſſeſſore, non habet locum in eo, qui habet pactum ingrediendi propria auctoritate bona debitoris cum conſtituto, quia poterit ingredi poſſeſſionem, etiam penes tertium poſſeſſorem bonorum debitoris, quia ſtatutum recipit interpretationem paſſiuam à iure communi, & de iure cõmuni hoc eſt permiſſum: Ang. Aret. *conſ.* 106. *In caſu ſupradicto*, per tot. vbi pro vtraq; hanc tuetur, tollit contraria, & extendit etiamſi debitor, qui fecit pactum ingrediẽdi, ſit mortuus; imo extendit, etiamſi poſſeſſor feciſſet reſiſtentiam, quod non credo verum, ſed loquitur *n.* 9. in eo poſſeſſore, qui non habuit à defuncto debitore. vide eum.

44. Item quod is, qui confinat à tribus lateribus, poſſit compellere dominum rei confinatæ ad vendendum, quod ſtatutum non habet locum, quando dominus rei confinatæ illam emit ab eo, qui confinabat à trib. lateribus, quia cum renuntiauerit omni legum & ſtatutorum auxilio, non poteſt vigore ſtatuti, cui renunciauit agere, & quia, etiamſi non renuntiaſſet, cum teneatur de euictione, ſi contrarium faciat, repellitur; & tenetur ad pœnam dupli: Ang. Aret. *conſ.* 127. *In caſu prædicto*, per tot. vbi pro vtraq; & tollit contraria.

45. Item quod citatio ad domum ſi fiat, ſit domus habitationis; ideo non ſufficit, quod nuntius referat citaſſe ad domum, niſi addat *habitationis*, quia omnes qualitates ſtatuti ſunt ſeruandæ: Alex. *conſ.* 2. *Conſideratis*, *nu.* 8. *lib.* 3.

46. Decreta plura extant, & bannimenta, quod quicumq; habitauerit cum ſua familia in ciuitate Regij per decem annos, habeat exemptionem à quibuſcunq; muneribus: item ſtatutum Regij, quod nullus cuiuſcunque dignitatis Epiſcopatus Regij poſſit imponere alicui ciui, vel diſtrictuali Regij aliqua onera ſub pœna dupli, & quod de anno 1423. per Marchionem Nicolaum Eſtenſem fuit confirmatum capitulum ciuitatis, quod iubet omnibus Caſtellanis Epiſcopatus Regij, quod habitantes Regij, vel venientes ad habitandum permittant, vti eorum bonis ſine vllo grauamine reali, vel perſonali: ita Ang. Aret. in caſu *conſ.* 101.

47. Statutum Regij qualiter procedatur ad fauorem creditorũ habentium inſtrumenta contra debitores ſuos, concedit exequutionem paratã inſtrumento, ſed non habet locũ in inſtrumento tutelę, in quo promiſit defendere, inuentarium bonorum facere, rationem adminiſtrationis reddere cum reliquorum reſtitutione, quia niſi reddatur ratio prius via ordi-

ordinaria non poteſt certa ſumma peti, quia redditio adminiſtrationis cõtinet compenſationem debiti, & crediti; ideo ante petitam & redditam redditionem non datur via exequutiua: Alex.pl. ne *conſ.* 192. *Viſis narratis*, per tot. *lib.*7.

48. Statutum Regij, quod venditio rei immobilis non poſſit fieri non requiſito conſorte, & præferri debeat conſors, dicitur fauorabile, & habet locum etiam in permutatione, maxime quando eſt facta permutatio in fraudem venditionis: Alexand. *conſilio* 197. *Viſis dubitationibus, libr.*7. per totum.

49. Statutum, quod pœna ſtupri per violentiam ſit mortis, ſine violentia ſit centum librarum: Alex. *conſ*, 165. *Viſis & ponderatis, lib.*7.

50. Statutum, quod procedatur de ſimilibus ad ſimilia ſecundum ſtatuta, ſi non extat ſtatutum imponens pœnam pro delicto præciſo, vel ſimili, pœna ſit arbitraria, ſed non poſſit eſſe capitalis, niſi ſtatutum hoc diſponat: Alexander *dicto conſil o* 165. per totum, *libr.* 7. vbi, quod pœna ducentis duas vxores non poteſt puniri pœna mortis, ſed ſtupri voluntarij: ſed contrarium Apoſtilla fin. ibi, vbi quod nimis mollis eſt Alexander.

BRIXELLUM OPPIDUM SUpra Padum.

1. EST oppidum ſupra ripam Padi in Lombardia.

2. Fuit alias redactum in poteſtatem Venetorum, vt per Floria. de S. Petro *conſ.* 10. *numer.* 18. *in fin. verſ. non obſtat*, & *numero decimo nono.* vbi, quod *conduxerunt ſal per tra ſitum Ferrariæ ſupra Padum ad Brixellum*, & *alia loca Venetorum*: hodie vero eſt Sereniſſimi Ducis Regij & Mutinæ.

CASTRUM NOVUM IN DIOEceſi Parmæ.

PArmenſis diœceſis eſt Caſtrum Nouum conceſſum per Ducem Mediolani, tunc Dominum Parmæ, Duci Regij, & Ferrariæ, in permutationem alterius Caſtri Noui, quod habebat Dux Ferrariæ in territorio Derthonenſi, quod quidem caſtrum dicitur conceſſum liberum, & non debet

debet moleſtari à Parmenſibus: Ruin. plene *conſ.* 219. *In ho. dubio*, per totum.

2. Hodie eſt effectum de Ducatu Regij, ex litteris Sereniſſimi Ducis Regij, datis Ferrariæ 1480. Kalen. Ianuarij.

SCANDIANI TERRA.

SCandiani terra erat de territorio Regij, ſed per Ducem Borſium ex cauſa permutationis, & titulo oneroſo fuit ſuperata, & inueſtitus Feltrinus Boiardus. vide plene Crauet. *conſil.* 411. per totum, vbi quod ciuitas Regij, quæ habet maiorem magiſtratum in omnibus caſtris, non habet in iſto, & cumulat multa.

MEMBRVM XXXV.

PARMÆ DVCATVS, STATVTA, CONſuetudines, & priuilegia.

1. CIuitas Parmæ non habet iuriſdictionem meri imperij, licet præſcripſerit, quia Imperator potuit tale Imperium reuocare, & alteri concedere, prout fecit: Bald. *conſilio* 300. *Ad euidentiam præmitto, libro quinto.* vbi quod Carolus Imperator licite conceſſit Hugoleto & Raymundo dictam ciuitatem.

2. Habuit guerram cum Cremonenſibus, & prætendit poſſe collectare tranſeuntes per Padum ex priuilegijs Imperialibus, licet contra eam pro Cremonenſibus conſuluerit Sign. Homod. *conſ.* 70. *In quæſtione vertente*, per totum, vbi *n.* 22 *verſ. venio ad tertium*, præſupponit, quod Henricus V. priuauit Parmenſes omnibus priuilegiis.

3. Io. Galeaz Vicecomes Vicarius Imperialis generalis Mediolani & Parmæ conceſſit Iacobo de Verme Veronenſi caſtrum & villam Pupilli Parmenſis diœceſis, vt per Caſtr. *conſ.* 187. in caſu, qui ibi ponitur, *lib.* 2.

4. Item Dux Mediolani abſtulit caſtrum Sancti Andreæ Petro Mariæ de Rubeis pro pace conſeruanda, & illud conceſſit Rolando Marchioni Pallauicino, & Petrus Maria cum exercitu illud recuperauit, & abſtulit etiam villam Miani dicto Marchioni, inter quos Alex. conſuluit pro Mar-

Digitized by Google

chione, *conſilio* 94. *Viſis*, per totum, maxime *num.* 17. *& ſeq. verſic. ſed præmiſſis*, *lib.* 5.

5. Sixtus IV. conceſſit Communitati Parmæ hoſpitale Anghirani, & omnia alia hoſpitalia commiſit Regimini Communitatis cum clauſula; *irritum ex nunc* &c. conſuluit Alexand. *conſ.* 97. Conſiderantis, quod prouiſio facta per Epiſcopum Parmæ ante præſentationem litterarum valet, & decretum non afficit, quia eſt conditionale, antequam litteræ præſententur, *lib.* 5.

6. Tizani caſtrum eſt in territorio Parmæ, ſed tamen habet priuilegia Imperialia, ſtatuta condendi, & iuriſdictionem exercendi: Ioan. de Imol. *conſi.* 80. vbi ſuper ſtatuto dicti loci, quod pater teneatur pro filio occaſione mercantiarum, vt non obliget pro contractu extra territorium ſtatuentium, quia odioſum eſt.

7. Corrigienſes Domini habuerunt litem cum ciuitate Parmæ ſuper aquis Padi, & Dux Mediolani deputauit Auditorem: Sign. Homod. *conſil.* 70. *col. pen. verſ. venio ad quartum.*

8. Miani villa erat Rolandi Marchionis Pallauicini, quæ fuit capta per gentes armigeras Ducis Mediolani, & licet poſtea illam recuperauerit, tamen fuit iterum expulſus per potentem Capitaneum Nicolaum Picininum. Poſtea Petrus Maria de Rubeis hoſtili exercitu fecit filios Nicolai, & Ioannem Cornezanum ex dicta villa & caſtro S. Andreæ, & fecit ſibi iurare fidelitatem: poſtea Petrus Maria depoſuit poſſeſſionem in D. Chriſtophorum Taurellum amicum communem: Alex. *conſ.* 94. *Viſis*, *lib.* 5. vbi, quod finito compromiſſo Rolandus potuit poſſeſſionem capere vti vacantem, nec dicitur ſpoliaſſe.

9. Fuit occupata per Comitem Virtutum, & deinde fuit ſub iuriſdictione Marchionis Eſtenſis tempore Fulgoſij, vt ipſe teſtatur *conſ.* 191. *Titius iuſſus, in prin.*

10. Tyrannum habuit quendam D. Othonem dominantem, qui mortuus eſt tempore Ancharini, vt ipſe dicit *conſ.* 299. *Viſa ſupradicta.*

11. Archidiaconus Parmenſis nullum habet officium in Eccleſia ſua, vt not. in *c. multa, de præbend.* Card. Zab. *conſ.* 30. *n.* 6. vbi idem dicit in Archidiacono Ebredunenſi, quem Hoſt. dicit inſtituiſſe.

12. Petrarcha fuit Archidiaconus Parmenſis creatus 1350. obiit 1374. vt per Zab. *conſ.* 79. vbi appellat eum *Vatem & Oratorem diuinum.*

13. Statutum eſt Parmæ, quod non valeant inſtrumenta, niſi ſint rogata à duobus notariis ſimul, vel in ſolidum, etiamſi rogarentur extra territorium

Digitized by Google

ritorium Parmæ: Bald. *conſil. 456. Seia origine, num. 3. verſ. modo ſequitur; libro 1.* vbi quod habet locum etiam in inſtrumentis rogatis extra territorium, de quorum probatione agitur in ciuitate Parmæ, vel quando ſunt rogata inter ciues Parmenſes vbique locorum, vel inter Parmenſes & diſtrictuales.

14. Reſtringe, quia non habet locum in confeſſione dotis facta per maritum conſtante matrimonio, quia licet requirat duos notarios in donatione inter viuos, & cauſa mortis, & certam ſolemnitatem, non habet locum in iſta confeſſione, licet valeat vt donatio, & confirmetur morte, quia non eſt proprie donatio inter viuos, neq; cauſa mortis, ſed tertia ſpecies: Alex. *conſ. 26. Viſo, in fi. lib. 2.* ſed Apoſtill. vbi dicit eſſe ſophiſticam & non veram.

15. Extende, vt compræhendat etiam mulierem forenſem nuptam Parmæ, etiam poſt obitum viri, quia donec Parmæ moratur, & habet domicilium, dicitur nata ciuitati, & ciuitas ſibi: Bald. *d. conſ. 456. n. 4. verſ. tertius articulus, lib. 1.*

16. Extende, quia tale ſtatutum eſt validum & habet locum etiam in teſtamento vſurarii, qui præſtitit cautionem: Bald. *conſilio centeſimo vigeſimo octauo. Cum quidam, circa princ. verſic. item quia ſtatutum Parmæ, & numero 4. libro 3.*

17. Statutum eſt Parmæ, quod arbiter debeat laudare intra 40. dies continuos à tempore compromiſſi computandos, & ſi laudare intra dictum tempus neglexerit, compromiſſum & laudum caſſa ſint: Bald. *d. conſilio 456. numero 7. verſ. quartus articulus, & verſ. quintus articulus, libro primo.* vbi quod dictum ſtatutum eſt correctum, vt dies 40. ſint vtiles per decretum Domini.

18. Et ſuper iſto ſtatuto, quod ſiue tertius ſit legis ſiue partium idem ſit ius, & vtroque caſu appelletur: conſuluit Caſtrenſ. *conſ. 150. Viſo ſtatuto, lib. 1.* per totum.

19. Item, quod mater, & linea materna, extantibus agnatis maſculis, non ſuccedant: Bald. *conſilio 295. Statuto ciuitatis Parmæ, libro 2.* vbi, quod non excludunt agnati remotiores ſororem, vel amitam, vtrimque coniunctam, licet extent mater, & auia, quia duo requirit ſtatutum, quod incluſus ſit agnatus maſculus, & quod excluſus ſit cognatus: Vnde cum ſoror & amita vtrimq; coniunctæ ſint agnatæ, non cadunt ſub ſtatuto, neque excluduntur à matre, & auia, quia ſtatutum illas excludit: & idem tenet *conſilio 252. Statuto cauetur, libro 5.* vbi multa pro vtraque parte, tamen

Digitized by Google

hanc partem tuetur, licet in fi. pro matre aſſerat fuiſſe ſubtiliſſimè allegatum.

20. Vide de hoc ſtatuto Caſtr. *conſ.33. in princ. lib.2.* vbi quod agnatus de caſata in tertio gradu ſecundum ius Canonicum excludit ſororem vtrinque coniunctam, igitur non habet locum, ſi agnatus eſt in quarto, quia verba non conueniunt, neque diſpoſitio.

21. Extende, quia licet agnatus eſſet in tertio, non habet locum ſtatutum, ſi defunctus ipſe, de cuius hæreditate agitur, diſtaret quarto gradu à ſtipite, toto diſtat à quolibet alio per aliam lineam ab eodem ſtipite deſcendentem, *c. fi. de conſangui. & affinit.* ita Caſtr. *d. conſ.33. in prin. verſ. diceretur autem, lib.2.*

22. Statutum aliud Parmæ, quod mater non ſuccedat filio, &c. diſponit, quod agnati tranſuerſales infra quartum gradum de iure Canonico excludant matrem: Caſtr. *conſ.33. col.2. in prin. ver. ſimiliter non habet obſtare, lib.2.* vbi, quod iſtud ſtatutum non poteſt applicari ad excluſionem ſororis, quia loquitur de matre & cognatis.

23. Item, quod filiæ fœminæ non ſuccedant ab inteſtato ſtantibus maſculis, quod ſtatutum non habet locum, ſi fiat teſtamentum: Alex. *conſ.62. In cauſa & lite, n.3. verſ. præterea, lib.7.*

24. Minor non poteſt contrahere ſine iudicis auctoritate, & alias contractus eſt nullus ſecundum ſtatuta Parmæ. Dynus *conſ.44. Quæſtio de qua agitur, in prin. n.2. & n.6.*

25. Imo, ſiue minor habeat curatorem, ſiue non, non poteſt ſe obligare niſi cum conſenſu curatoris, cum decreto iudicis, & cum iuſta & euidenti cauſæ cognitione: Angel. Aret. *conſ.92. In caſu prædicto,* per totum, maxime *numero 19.* vbi per totum, quod iuramentum non conualidat contractum minoris, qui à redditur inhabilis à ſtatuto ad contrahendum ſine ſolemnitate ſtatuti.

26. Maritus lucratur dotem præmortua vxore, ſecundum ſtatutum Parmæ: Dynus *d. conſ.44. n.5.* vbi dicit hoc eſſe de conſuetudine.

27. Statutum, quod contra ſententiam, & illius exequutionem non poſſit opponi aliqua exceptio, niſi ſit iuriſdictionis vel ſolutionis poſt ſententiam, maxime quando eſt lata contra præſentem, admittit exceptionem ſolutionis ante ſententiam, quando fuit lata contra hæredem, qui habuit iuſtam ignorantiam: Io. de Imol. *conſil.37. Viſis & conſideratis,* per totum.

28. Statutum, quod non valeat ceſſio facta de re, quam alius tertius

tertius tenet, habet & poſſidet, & quod Poteſtas tueatur poſſeſſorem, non habet locum in eo, qui habet ſolam detentationem, ſed loquitur de iuſto poſſeſſore, quia non fuit contentus dicere *tenet*, ſed adiecit, *habet & poſſidet*, quæ verba iuſtam poſſeſſionem important: Angel. Aret. *conſ.* 92. *In caſu ſupradicto, nu.* 44. *& ſeq.* vſque in fin. *verſ. veria ad ſecundum*, & quia ſtatutum eſt correctorium iuris, quia quilibet poteſt cedere, & vendere etiam rem alienam.

29. Laudum habet exequutionem paratam ex forma ſtatuti Parmæ, & nulla exceptio admittitur contra laudum: Ang. Aret, *conſ.* 122. *Nulli dubium, n.* 9. *& ſeq.*

30. Maritus nõ poteſt legare quoquo modo directè, vel per indirectũ vxori vltra centum libras Parmenſium, alias non valet, ſuper quo Ale. *conſ.* 59. *Proſpectis, n.* 3. *& ſeq. ver.* 3 *præſuppono, lib.* 2. & per totum, vbi quod non habet locum, ſi teſtator iubet hæredem ſuum non poſſe alienare, vel locare ſine licentia vxoris, alias hæreditas deuoluatur ad cauſam piam, quia bene poteſt legare quod requiratur licentia ab vxore, quia non eſt contra ſtatutum, & ponit multa ſimilia, & tollit contraria quæ allegabantur.

31. Et de eodem ſtatuto Alexand. *conſi.* 26. *Viſo & conſiderato, numer.* 5. *& ſequen. verſi. ſecundo præſuppono, lib.* 2. vbi, quod non habet locum in confeſſione dotis facta conſtante matrimonio, quia licet expectet confirmationem à morte, vt valeat in vim donationis, tamen non eſt proprie relictum, & ſtatutum non compræhendit niſi ex teſtamento, vel codicillis, & vltima voluntate.

32. Statutum de compromiſſis inter coniunctos faciendis non habet locum in articulo iuris tantum, item neque poſt concluſum in cauſa, quia articulus eſt iuris: item non habet locum, vbi agitur de tranſactione, vel de inſtrumento iurato, quia ſecundum ead. ſtatuta habet exequutionem paratam: item non habet locum contra minorem, quando compromiſſum debet fieri de iure & de facto: Alex. plene *conſ.* 62. *In cauſa & lite, lib.* 7. & Alex. *conſ* 37. *n.* 29, *lib.* 2. atteſtatur fuiſſe iudicatum Parmæ ſecundum ſuum conſilium, quod non ſit locus compromiſſo, vbi eſt inſtrumentum iuratũ.

33. Statutum criminale, quod fur poſſit ſuſpendi furca pro quarto furto, quando tria præcedentia aſcendunt ad ſummam librarum 25. alias extra ordinem puniatur: Alex. *in conſ.* 110. *Stante ſtatuto*, per totum, *lib.* 4 exponit, quod non ſufficiat, quod computato quarto furto omnia aſcendant ad li [illegible] quia [illegible] non admittit alium ſenſum, & quia in dubio interpretatio, quæ pœnam minorem imponit, ſequenda

Q 3 eſt:

ceſt: Iaſon *in l. ſi ſeruus, num. 6. ff. de condit. cauſa data*, Boſſius *in praxi, titu. de furt. num. 28.*

MEMBRVM XXXVI.

PLACENTIÆ DVCATVS, CONSVEtudines & Priuilegia.

1. DEcretum Principis Comitis Virtutum fuit factum Placentiæ, quod caſtra & fortalitia non poſſint vendi ſine licentia Principis, & niſi ſeruata certa ſolemnitate ſub certa pœna, & quod alias venditio ſit ipſo iure nulla. Bald. *conſi. 112. Præmiſſo quodam, lib. 3.* per totum, vbi quod non habet locum in Caſtris diruptis, de quibus non extat memoria, licet caſtra dicantur.

2. Vectigalia exigit Placentia ex antiqua ſtatutorum ſuorum confirmatione, ſec. Bal. *conſ. 366. Verba reſcripti, per tot. lib. 3.*

3. Officiales duos habet ciuitas Placentiæ, videl. iudicem Cerui, & iudicem Grifoni, de quibus, & eorum iuriſdictione Signor. *conſ. 227. per tot. in princ.*

4. De anno 1406. Ciuitas Placentiæ habuit bellum, & Placentini multi in ciuitate Papiæ ſe reduxerunt, inquit Caſtulio, *conſil. viceſimo tertio, in princ.*

5. Statutum eſt Placentiæ, quod nulla perſona audeat quoquo modo alienare aliquas res immobiles, vel iuriſdictionem intra Placentiam, vel diſtrictum exiſtentem alicui non exiſtenti de ciuitate Placentiæ vel diſtrictus, quod ſi fiat alienatio, ipſo iure minime teneat. Bald. *conſilio 349. Statuto Placentiæ, per tot.* vbi quod non habet locum in inſtitutione heredum, *lib. 1.*

6. Item quod libellus non poſſit mutari, & qualiter intelligatur. Sign. Homod. *conſ. 40. Omiſſa narratione, in prin.*

7. Item quod quicunque nixus fuerit committere adulterium capite puniatur, ſuper quo Bald. *conſ. 356.* dicit intelligi, dummodo fecerit omnem conatum & perſeuerauerit, *lib. 1.* & dicit, quod non habet locum in eo, qui proiecit mulierem in terram ſi dum ipſa acclamauit, aufugit.

8. Item quod vendens eãdem rem duobus incidat in pœnam 25. librarum, tradat rem primo emptori, & pretium ſecundo. Bald. *conſi. 240. Præſuppoſito ſtatuto, libr. ſecundo*, vbi quod non habet locum, ſi primus emptor

ratam

Digitized by Google

ratam ſecundam venditionem, quando ſecundus ſciebat primam venditionem.

Vide, *Vendens rem duobus qua pœna puniatur.* Concl 63.

9. Statutum circa donationes, quod non valeat donatio quæ excedat valorem 25. librarum, niſi coram iudice & 5. teſtib. fuerit inſinuata, quod non habet locum in donatione ex cauſa, quia non eſt proprie donatio. Signor Homod. *conſ.* 8. *Quæſt præſupponitur, per tot.*

* 10. Statutum quod venditio habeatur pro ſimulata, ſi vendens ſtetit in poſſeſſione per 3. annos, non reſpicit fauorem vendentis, ſed odium, ideo non obligat Eccleſiam, agentem ad bona Emphyteutica alienata, quia licet alienans poſſederit cum precario nomine emptoris, non poteſt allegare beneficium ſtatuti contra Eccleſiam, Fulg. *conſ.* 20. *Petrus tenetur, n.* 2. *ver. nec Eccleſia.*

11. Statutum circa dotes, quod ſi vxor moriatur ante maritum, & filios nõ relinquat, maritus lucretur pleno iure dotem, & ſi maritus decedat ante vxorem, vxor lucretur donationem propter nuptias, quod ſtatutum non habet locum ſi ambo ſimul moriantur. Signor. Homod. *conſ.* 9. *Quæſtio præſupponitur in hac forma.*

12. Et circa donationem propter nuptias, quod non fiat vltra 50. libras, & circa ſponſalitiam largitatem, non vltra 10. libras, & ſi non moritur maritus cum filiis, habet ſolum vſumfrúctum, & tenetur fideiubere de reſtituendo. Caſtil. *conſi.* 11. *n.* 3. *& ſeq. ver. in ſecundo*, vbi quod ſi vltra donatio non valet.

13. Item quod arbitramenta omnib. iuris remedijs debeant executioni demandari. Sign. *conſ.* 141 *in pr.* vbi quod non habet locum, quando laudum eſt de ſoluendo alibi; & non ſtat per debitorem.

14. Item quod non detur appellatio, reclamatio, ſupplicatio, neque querela vel reductio, ſuper quo idem Sign. *conſ.* 227. *per tot.* maxime in fine, vbi ponit verba ſtatuti, & dicit quod non tollit nullitatem.

15. Statutum Placentiæ quod legatum vſusfru. bonorum reſtringitur ad alimenta mariti & vxoris, eſt odioſum, & contra ius commune, ideo non habet locum in ſocero & nuru, quia verba non conueniunt. Signor. *conſi.* 179. *n.* 3 *& ſeq.*

16. Item quod quilibet vendens bis eand. rem, incidat in pœnam, &c. quia non habet locum ſi defunctus & executor vẽdiderunt, quia licet executor repręſentet defunctum, & iudicetur ead. perſona, tamen non vere, quia ſunt duæ perſonæ. Sign. *conſ.* 205. *In præmiſſa, in prin.*

17. Item

Digitized by Google

17. Item ſtatutum Placentiæ, quod hæres ſiue ab inteſtato, ſiue ex teſtamento adita hereditate habeatur & intelligatur poſſeſſor, habet locum antequam alius poſſidere incœperit vt hęrès, poſtquam alius poſſidet, impoſſibile eſt, quod fingat ſuper impoſſibili, quod ſine apprehenſione poſſideat, alio poſſidente: Signo. *conſ. centeſimo octogeſimo octauo. Caſus continens, in pr.* vbi late.

18. Extende, quia non habet locum in hæreditate impuberis, quia non decedit proprie inteſtatus. Sign. *d. conſ.* 188 *n.* 4.

19. Quia is qui adiuit vt hæres, debet probare ſe hæredem, quia ſtatutum præſupponit hoc tanquam præambulum. Sign. *conſ.* 188. *n.* 2. *in fi. verſi. praterea ad hoc, & n.* 3.

20. Teſtamentum eſt validum, ſi fiat coram 5. teſtib. Caſtillio *conſ.* 23. *in prin.*

21. Circa monetas ſtatutum diſponit, quod in contractibus de libris Bononenorum intelligatur de moneta currenti, exceptis debitis Communi &, habenti cauſam ab eo, quia intelliguntur Bononeni Argentei. Alex. *conſ.* 21. *Viſis iis l. b.* 2. vbi quod ſex quaterni faciunt vnum Bononenum, & ſic in ciuitate Mediolani.

MEMBRVM XXXVII.

TVSCIÆ CONSVETVDO circa diuerſa.

1. IN Tuſcia ſunt multi Epiſcopatus, quia habent Eccleſias in aliena diœceſi, quæ ſpectant ad inſtitutionem Epiſcoporum alienorum, & ad deſtitutionem, & in eis obſeruatur, quod Rectores non obligantur conſtitutionib. Diœceſani Epiſcopi, ſed Epiſcopi non Diœceſani, ſub quo ſunt: Feder. de Sen. *conſil.* 99. *in fin.* qui dicit ita vidiſſe ſeruari, & conſuluit eſſe de iure, quod non obediant Epiſcopo Diœceſano, ſed alteri cui ſubſunt.

2. Statuta Tuſciæ diſponunt, quod lauda arbitrorum & arbitratorum habeant exequutionem: Bart. *in l.* 2. *C. vbi, & apud quem*, & quid operetur tale ſtatutum. Guarentigia inſtrumentorum eſt adinuenta in Tuſcia, & de conſuetudine.

MEM-

MEMBRVM XXXVIII.

SPOLETI DVCATVS, EIVS STATVTA, *conſuetudines, & priuilegia.*

1. DVcatus Spoleti fuit conceſſus Comiti Vrbini, inter quem & Bracchium de Fortebracchio fecit bellũ, & Bracchius occupauit Eugubium, & Aſſiſſium aduerſus Comitem Vrbini Ducem Spoleti: Fulg. *conſ*. 236. per totum.

2. Nucerina ciuitas erat de Ducatu Spoleti, quia conſtitutio Ducalis, quod banniti caperentur per Communitates ſub pœna, ligabat ciuitatem Nuceriæ, pro qua conſuluit Barto *conſ*. 102. *Chariſsime Domine, per totum libro* 1.

3. Præſes Marchiæ, videlicet Sinibaldus, applicauit nonnulla caſtra & villas Ducatus Spoletani Ciuitati Camerini, poſtea factus Papa Innocen. VIII. confirmauit: Poſtea Dux agebat contra hæc caſtra & villas: Bar. conſuluit, quod fuit valida conceſſio, & quod debet agere contra eum qui poſſidet, videlicet ciuitatem Camerini: Barto, *conſil.* 196. *Ciuitatis Camerini, lib*. 1.

4. Ducalis conſtitutio Spoleti prohibet minores poſſe contrahere ſine certa ſolemnitate, & prohibet etiam maiores, vt non contrahant cum minoribus ſine ſolemnitate ſub certa pœna, ſuper qua Bart. *conſ*. 88. *In quæſtio. num*. 4. *verſ*. 3. *quia probatur*, vſque in fin. vbi quod minor non poteſt renunciare huic conſtitutioni, ſicut neque reſtitutioni, & licet iuramentum præſtitum per minorem ſuppleat ſolemnitatem ex perſona minoris, non tamen poteſt reintegrare iuramentum minoris perſonam maioris prohibitam, vt ſupra, ideo licet minor compellatur dare, maior tamen prohibetur recipere.

5. Vicarium generalem cum adminiſtratione ſpiritualium & temporalium conſueuit habere deputatum à Papa, qui poteſt contra Clericos & laicos vti plenaria & pleniſſima iuriſdictione, etiam priuando beneficijs delinquentes in toto Ducatu: Bald. *conſi*. 478. *Præmittendum eſt, libr*. 4. vbi facultatem datam cuidam Patriarchæ, Vicario generali interpretatur latiſſime.

6. Spoletana ciuitas habet conuentionem cum caſtro Selani, quod in

Digitized by Google

quatuor caſibus poſſit ciuitas Spoleti exercere iuriſdictionem in caſtro Selani, videlicet in homicidio, furto, robaria, & violatione; ex qua conuentione tenetur Commune Selani dare denuntias, neque officiales ad denunciandum maleficia ciuitati Spoleti, ſtante exemptione & ſeparatione ab omnib. onerib. dicti Communis Selani. Bald. *conſ. 266. Tria conſid. randa, lib. 3.* per totum.

7. Mons Francus eſt caſtrum Spoletanum ædificatum ab habitatorib. ibi in Comitatu de Aſtono ſub franchitia concesſa per Commune Spoleti, ideo ſunt exempti, & licet ſint ſubiecti, non tamen ſimpliciter ſunt capitulati: ideo quæ ſunt extra capitula, non attenduntur: Bal. plene *conſ. 59. Commune Spoleti,* per totum, ſequitur Felin. *in cap. po ulaſti, nu. 10. de ſ rio comp i.* Curt. Iun. *conſ. 124. num. prim. libr. 2.* Roland. à Valle *conſi. 1. nu. 45. lib. 2.*

8. Non ciuitas Spoleti contra factum ſuperioris ſtatuere ideo magis attendenda ſunt ordinata à ſuperiore, quam pacta Communis & priuatorum: Bal. *conſ. 331. Demum anno inſtante, lib. 4.*

9. Habet ciuitas Spoleti omnes condemnationes, ſed tamen tenetur ſoluere ex eis ſalaria omnium Officialium: Bald. *conſ. 331. lib. 4.*

10. Hoſpitale S. Petri foris portam Spoleti olim ſeruabat hoſpitalitatem, & appellabatur Hoſpitale S. Crucis, poſtea Hoſpitale S. Mariæ in capite Pontis S. Petri, & tempore Baldi non extabat memoria quod eſſet ſeruata in eo hoſpitalitas; poſtea fuit vnitum Priori & Canonicis S. Petri: Bald. *conſ. 154. Habeatis conſilium, libr. 4.* vbi quod legata dicto hoſpitali debentur Epiſcopo, ſi non eſt hoſpitale amplius.

11. Conſtitutio Ægidij Cardinalis Spoletani diſponit, quod caſtra & incolæ caſtrorum territorij Spoleti teneantur contribuere ad onera Communis Spoleti; Bald. *conſ. 499. Sequitur conſtitutio, lib. 4.* vbi quod habet diuerſa caſtra in territorio triplicis generis, videlicet aliqua ſunt de territorio conuentionali, prout recommendata, alia ex priuilegio, alia ex præſcriptione, & concludit, quod caſtra de territorio conuentionali non poſſunt grauari vltra conuentiones.

12. Commune Spoleti ponit officiales in caſtris ſui territorij, qui ſolum habent iuriſdictionem circa pœnas pecuniarias, vbi vero pœna corporalis imponitur, ipſi non habent aliquam iuriſdictionem; Bald. *dict. conſ. 499. in pr. lib. 4.*

13. Statutum habet, quod mortua vxore ſine filijs, maritus lucretur quartam partem dotis datæ, vel ſolutæ: Bald. *conſi. 333. Factum ſuper quo, lib. 4.* vbi, quod non habet locum in dote confeſſata, ſed non ſoluta.

14. Sta-

Digitized by Google

14. Statutum habet, quod mulier aliqua non poſſit contrahere, vel diſtrahere, aut donare cauſa mortis vel inter viuos, ſeu vltimam voluntatem facere in ciuitate; vel Comitatu Spoleti, vel alibi ſine præſentia viri, & patris & filiorum maiorum 14. annis, ſi filios habeat, & in defectum illorum, ſine præſentia duorum proximiorum; alias non valeant geſta, non ſeruata forma. Bald. *conſ.* 23. *Præſuppoſito ſtatuto, lit. r.* 5. vbi, quod valet legatum factum à patre filiæ, in quo commutat dotem promiſſam in terreno præſentibus viro, & filia. & acceptantibus.

15. Ciuitas Spoleti habet ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam, quod per teſtamentum, vel venditionem bona non poſſint transferri in cauſam piam & perſonas non ſuppoſitas Communi, & de ſolutione onerum per Eccleſiaſticos facienda, vt per Petr. de Anchar. *conſ.* 14. *Super quinque.*

16. Item habet ſtatutum, quod omnes volentes macinare, ſoluant ad portam ciuitatis duodecimam, quod fuit factum ob publicam vtilitatem, tamen quia præiudicat molendinis Eccleſiaſticorum eſt nullum; Petr. de Anchar. conſ. 12. & conſ. 13 quod eſt Collegii Bononiæ, licet contrarium conſuluerint Petr. de Anch. Gaſpar Calder. & Laur. de Pinu. inter conſilia Calder. 21. *de conſtit.* Baldus inter *conſi.* 11. quod eſt Bald. *volum.* 4. *conſil.* 396.

17. Item habet ſtatutum, quod filijfamilias non poſſint contrahere matrimonium ſine conſenſu parentum, alias poſſint exhæredari: quod ſtatutum tamquam nullum non debet habere effectum, niſi quando filijfamilias nuberent ſine parentibus alicui perſonæ infami: Petr. de Anch, *conſ.* 21. per totum, maxime in princ, *& num.* 3. *& ſeq. verſ. ad ſecundum.*

ROMANA ECCLESIA ALIQVANDO IN TEMPOralibus à malis miniſtris gubernata adhibuit remedia opportuna.

ROMANA Eccleſia diffamata ſuper compoſitionibus, quæ fiebant in Marchia, & Ducatu Spoletano ſub gubernio Vltramontanorum, transferre compulſa eſt gubernium ad manus Italorum, ſub quorum gubernio viuitur in pace & quiete: Feder. de Sen. *conſil.* 185. *in fin.* & per totum, vbi multa pro abſtinendo ab extorſionibus, & ab oneribus ſubditorum, & quod burſæ non puniantur, ſed homines.

Digitized by Google

MEMBRVM XXXIX.

BENEVENTI DVCATVS, EIVSQVE ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia.

1. DVCEM & Comitem Beneuenti olim fuiſſe commemorat tempore ſuo Ant. de Butr. *conſ.* 21.

2. Et ex forma ſtatutorum ſeu legum dictæ Ciuitatis decedentes ſine filijs maſculis camera Ducis & Comitis ſuccedit in hæreditate: Anton. de Butr. *d. conſ.* 21. *in prin.*

3. Fuit & eſt ab antiquo de dominio temporali Romanæ Eccleſiæ, quia Papæ in infœudationibus Regni reſeruarunt ſibi dominium, & ſuperioritatem liberam illius Ciuitatis, ac facultatem declarandi confinia.

MEMBRVM XL.

VRBINI DVX, ET EIVS facta aliqua.

1. DVx Spoleti fuit creatus per Romanam Eccleſiam Comes Vrbini, inter quem & Bracchiū de Fortebracchio orta guerra, ipſe Bracchius occupauit Eugubium, & Aſſiſium, quæ erant Comitis Vrbini: Fulg. *conſ.* 236. per totum, vbi quod licet tam Comes, quam Bracchius ſint confœderati Communis Florentiæ, tamen Commune tenetur adiuuare Comitem Vrbini, quia Bracchius iniuſte bellum mouit.

2. Comites de Monte Feretro habuerunt guerram cum Commune Florentiæ, quia Comes Antonius ſpoliauerat Comitem Franciſcum Gabrielium caſtro Cantiani Comitatus Eugubij ſub fiducia Communis Florentiæ, ſed tamen Comes miſit Gibertum Pium, & compromiſit in Commune pleniſſime omnes controuerſias. Bald. ſeriem facti recitat *conſi.* 147. *Ortaguerra, libr.* 2. ſuper quo facto conſuluit etiam Angel. *conſ.* 373. *Viſis inſtrumentis*, vbi per errorem dicitur Marchio Montis Feretri.

3. Iſte Comes Vrbini poſtea fuit ſtipendiatus, & recommendatus Cōmuni Florentiæ, inter quos facta ſunt Capitula confœderationis, de quib. Fulgoſ. *conſ.* 236. *in prin.*

4. Fœu-

Digitized by Google

4. Fœudum Eccleſiæ Romanæ eſt Ducatus Vrbini, vt eſt notorium, dicit Iaſ. *conſ.86.n.5.lib.3.*

5. Dux Vrbini nepos Iulij Papæ II. interfecit Cardinalem Alidoſium Legatum Bononiæ, & quia Cardinalis erat rebellis Papæ, vt poſt mortem fuit oſtenſum, fuit Dux liberatus, pro quo conſuluit Ruin. *conſ.4.lib.5.* Ferret. *conſ.31.lib.1.*

MEMBRVM XLI.

MARCHIAE PROVINCIAE STATVTA, conſuetudines, & priuilegia.

1. REgimina Marchiæ, & Ducatus Spoletani translata fuerunt ad manus Italorum propter extorſiones, per quas infamabatur Romana Eccleſia. vnde in pace viuitur ſub gubernio Italorum, inquit Feder. de Sen. *conſ.185. Super eo, quod quæritur, in fi.*

2. Dicitur autem Marchia, quia cara: Bald. *conſ.405. Quidam emerunt, lib. 5. n.2 verſ. & dicitur Marchia.*

3. Multiplex eſt Marchia, quia alia Anconitana, de qua Bart. in *l. pen. in fi. de aqu. pluu. arcen.*

4. Triuiſana Marchia dicitur, vbi eſt Triuiſium. & ideo ciuitas Venetiarum dicitur in Marchia Triuiſana: Bald *conſ.405. nu.2. verſ. præterea patria Venetorum, lib.5.*

5. Conſtitutio Marchiæ inducẽs certam ſolemnitatem in contractib. minorum, & declarans iuramentum præſumi dolo extortum valet, & iuramentum non operatur aliquid, quia ex cauſa iuſta & naturali; ne minores decipiantur, & quia ſunt confirmatæ conſtitutiones à Papa: Roman. *conſ.12. Viſo facto,* per totum.

MARCHIÆ ANCONITANÆ STATVTA, conſuetudines, & priuilegia.

1. CIuitates Marchiæ Anconitanæ habent cognitionem cauſarum primæ inſtantiæ, & primæ appellationis: ſecunda vero appellatio deuoluitur ad ſuperiorem: Bartol. *in l. pen. in fin. ff. de aqua pluu. arcen.*

2. Conſtitutiones Marchiæ diſponunt, quod ſtatuta non valeant, niſi confirmata ſint: Angel. *conſ.88. Item ſtatuimus, n.3. verſ. pro eo etiam.*

3. Prouincia Marchiæ Anconitanæ eſt in ſpiritualibus & temporalibus ſubiecta Sedi Apoſtolicæ; & caſtra Montis S. Mariæ in Cuxiano, &

Digitized by Google

Montis Fani, quæ erant Pandulphi & Caroli Malateſtæ, fuerunt reſtituta Eccleſiæ Romanæ: Abb. *conſ.* 61. *In cauſa & quæſtione*, per totum, *lib.* 1.

MARCHIÆ CONSTITVTIONES HABENT *locum in multis locis extra prouinciam.*

1. Fabriani terra regitur ſecundum conſtitutiones Marchiæ: Bald. *conſ.* 201. *In prouincia Anconitana*, *lib.* 1.

2. Fulginei ciuitas regitur ex eiſdem conſtitutionibus: Bald. *conſ.* 169. iuncto caſu, incip. *Egregie pater*, *lib.* 1.

3. Anconæ ciuitas ſeruat conſtitutiones prouinciæ Anconitanæ: Ang. de Peruſ. *conſ.* 27. *Quidam Victor*, *n.* 3.

4. Aſculana ciuitas regitur eiſdem conſtitutionibus: Ang. *conſ.* 88. *Item ſtatuimus.*

5. Hodie ex bullis Summorum Pontificum, maxime Pauli Tertij, & Sixti Quinti, ſunt extenſæ ad totum Statum Eccleſiaſticum.

ROMANA ECCLESIA ALIQVANDO IN *temporalibus à malis miniſtris Theutonicis gubernata adhibuit remedia opportuna.*

Romana Eccleſia diffamata ſuper compoſitionibus, quæ fiebant in Marchia, & Ducatu Spoletano, ſub gubernio Vltramontanorum, transferre compulſa eſt gubernium ad manus Italorum, ſub quorum gubernio viuitur in pace & quiete: Feder. de Senis *conſ.* 185. *in fi.* & per totum, vbi multa pro abſtinendo ab extorſionibus, & ab oneribus ſubditorum, & quod burſæ non puniuntur, ſed homines.

MEMBRVM XLII.

ROMANDIOLAE PROVINCIA, EIVS STATVta, *conſuetudines, & priuilegia.*

1. Romandiola tota eſt de dominio & iuriſdictione Romanæ Eccleſiæ, vt per Put. *deciſ.* 323. *In vna Bertonorien.*

2. Do-

2. Donata fuit hæc prouincia cum ciuitate Bononiæ, Romanæ Eccleſiæ per Regem Pipinum primo loco, poſtea per Rodulphum Regem Romanorum: Bologn. in *Ad. tit. ad conſ. Ioan. de Anan.* 17. *in fi.* vbi allegat Spec. hoc dicentem: Ioan. de Imol. *conſ.* 116 *in prin.*

3. Guerram ſubſtinuit in prouincia Romandiolæ Eccleſia Romana, vt atteſtatur Calder. *conſ.* 83. *An ſi legatus*, alias 3. *de off. legat.*

4. Prouincia Romandiolæ, prout quælibet alia prouincia, habet fundatam intentionem in omnibus caſtris, ciuitatibus, & locis prouinciæ, & Præſes poteſt ius dicere in tota prouincia, niſi contrarium doceatur: Anchar. *conſ.* 142. *clarior & tenuior*, in princ.

MEMBRVM XLIII.

MIRANDVLÆ TERRA, EIVSQ. ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia.

1. MIrandulæ terra eſt ſub Epiſcopatu Regii, & de diœceſi Regienſi. ideo Epiſcopus conſueuit omnes cauſas vniuerſaliter in dicto caſtro committere Archipresbytero S. Mariæ Mirandulæ, qui etiam appellatur in loco Vicarius Epiſcopi Regij, licet delegatus ad vniuerſitatem cauſarum in loco potius Delegatus quam Ordinarius dicatur: Alex. plene *conſ.* 12. *Viſo proceſſu, in prin. lib.* 6.

2. Et appellatio ab ipſo Archipresbytero debet fieri ad Epiſcopum Regii, quia non eſt idem tribunal: Alex. *d. conſ.* 12. *n.* 9. *& ſeq. verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus, lib.* 6.

3. Idem eſt, ſi Archipresbyter fuit aſſumptus à partibus, & à iudice ſeculari in adiunctum, quia appellatio debet interponi non ad ſuperiorem iudicis ſecularis, cui datus eſt adiunctus, ſed ad ſuperiorem iudicis eccleſiaſtici dati in adiunctum: Alex. *d. conſ.* 12. per totum, *lib.* 6.

4. Mirandula eſt terra, quæ habet territorium contiguum, & confinat cum territorio Carpenſi, & valles erant pro termino: Alexand. *conſ.* 125. *Conſideratis*, per totum, *lib.* 7. vbi, quod intelligitur de vallibus, quæ erant tempore poſitorum confinium, non autem de illis, quę propter bonificationem ſunt variatæ.

5. Statutum Mirandulæ circa appellationes arctat appellantē ad proſequendā cauſam appellationis infra decē dies à die interpoſitæ appellationis,

nis coram dominis vel delegatis ab ipſis, ſed tamen tale ſtatutum non debet ſeruari, ſi appellatio deuoluitur ad eccleſiaſticum, puta, quia Prætori fuit datus adiunctus Archipresbyter loci, quo caſu cum eſſet Officialis Epiſcopi, appellatio deuoluitur ad Epiſcopum: Alex *conſ.* 12. per tot. *lib.* 6. maxime *n.* 12. *verſ. tertio præſuppono.*

MEMBRVM XLIV.

CORRIGIVM, EIVS STATVTA, conſuetudines, & priuilegia.

1. CОrrigij Domini litem habuerunt cum ciuitate Parmæ ſuper aquis Padi coram Duce Mediolani, qui deputauit auditorem: Signor. *conſ.* 70. *In quæſtione vertente, circa fin. col. pen. ver. venio ad quartum.*

2. Domini de Corrigio potentes Domini, videlicet Antonius & Manfredus, fecerunt inter ſe pro ſe & ſuis hæredibus pactum & conuentionem perpetuam, quod eorum ſtatus & iuriſdictiones non poſſint diuidi, ſed maneant in communi, & quod maior natu ſit perpetuus adminiſtrator iuriſdictionis; & iuramento firmarunt, ſuper quo Alex. *conſ.* 18. *Viſis capitulis, lib.* 2. dicit, quod non valet talis conuentio, quin poſſit contraueniri, licet contraueniens, qui iurauit, efficiatur periurus, ſed cautela eſt, vt accipiat abſolutionem à iuramento; vbi, quod tale pactum non fuit ſeruatum, & quod Manfredus erat rixoſus, ideo licebat impune recedere à pacto.

MEMBRVM XLV.

MARCHIONES MALASPINAE ALIQVI, & eorum facta.

1. THomas Marchio Malaſpina de anno 1340. fuit inueſtitus de pluribus caſtris à Duce & Defenſore Populi Ianuæ, & à Conſilio XV. Sapientum Antianorum dictæ ciuitatis, pro ſe & deſcendentibus maſculis & fœminis ſuis hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcunque in fœudum nobile, & paternum & auitum: & poſtea de anno 1381. & 1383. fecerunt nouam inueſtiturã Iſnardo vnico deſcendenti Thomæ cum pacto, quod ſoli primogeniti ſuccederent, excluſis aliis.

2. Ex Iſnardo nati Thomas & Ioannes; pater inſtituit Thomam primogeni-

mogenitum in iſtis caſtris, & Ioannem in aliis caſtris, qui ambo fecerunt fidelitatem de omnibus caſtris Marchioni Montisferrati, à quo etiam fuerunt inueſtiti filii Thomæ, & Ioannis, de conſenſu Ducis & XV. Sapientum Ianuæ. Iſnardus vnus ex filiis Thomæ tentauit occidere fratrem Ducis Ianuæ, & propterea Marchio Montisferrati volebat eſſe locum deuolutioni caſtrorum. Chriſtoph. Caſtillion. *conſ.* 10. *In facto proponitur*, conſultus, an valeret primogenitura ſecundo creata in præiudicium aliorum, reſpondit, quod ſic, & an caſtra inciderent in commiſſum, ibi latiſſime.

MEMBRVM XLVI.

ARIMINENSE DOMINIVM ET EIVS STAtuta, Conſuetudines, & Priuilegia.

1. Ciuitas Arimini erat de iurisdictione Epiſcopi Ariminenſis, & eſt nunc de terris Eccleſiæ: Caſtr. *conſ.* 431. *Iſta inſtitutio, in princ.*

2. Poſteà hæc ciuitas fuit conceſſa familiæ de Malateſtis in Vicariatum. nam Galeottus Malateſta erat Dominus Arimini pro Eccleſia Romana, conſtra quem Veneti conceſſerunt repreſaleas. Bald. *conſil.* 445. *Quatuor ad propoſitum, lib.* 4.

3. Et Robertus Malateſta erat Dominus Arimini tempore Alexandri de Imola, qui contra eum conſuluit *lib.* 5. *conſ.* 23. quod villa Donigaliæ ipſius Roberti non comprehendit bona caſtri Zouediæ, quod eſt territorii Foriliuii vſq; ad flumen Luxii, & *conſ.* 188. *Viſo proceſſu*, conſulit in cauſa criminali ad inſtantiam Illuſt. Roberti Domini Arimini, *lib.* 7.

4. Et Lealis Malateſta fuit Epiſcopus Ariminenſis tempore dominii Dominorum de Malateſtis, ideo facta tempore illius per eccleſias exemptas, & quæ præſcripſerunt, dicuntur facta ob metum reuerentialem familiæ de Malateſtis: Zabarell. *conſil.* 131. *in fin.*

5. Epiſcopus Ariminenſis & Capitulum Cathedralis Eccleſiæ permutarunt eccleſias inuicem, videlicet Capitulum dedit Epiſcopo eccleſiam S. Mariæ in C[illegible]rreto cum omni iurisdictione; Epiſcopus vero dedit Capitulo eccleſiam S. Laurentii, cum hoc, quod eſſet pleno iure ſubiecta, etiam quoad ius viſitandi, Capitulo, & hoc de anno 1291. Zabarell. *conſ.* 131. *per tot.* vbi quod valuit permutatio.

6. Monaſterium S. Iuliani habet multas Plebes & Eccleſias cenſuales, S conceſ-

Digitized by Google

conceſſas à diuerſis Romanis Pontificibus vſque de anno 1070. ſuper quibus ad fauorem Monaſterii conſuluit Zabar. *conſ.* 118.

7. Statutum eſt Arimini, quod filiusfam. maior XVIII annis poſſit contrahere ſine conſenſu patris, valet, & habet locum etiam in Iudæis ibi habitantibus: Ioan. de Imol. *conſ.1.nu* 11. *& 12. ver. an autem de iure municipali.*

8. Item quod ſoluatur gabella de omni inſtrumento ſocietatis, & non habet locum d. ſtatutum Arimini; ſi fiat ſocietas ſine inſtrumento: Ioan. de Imol. *conſ.*17. *& per totum.*

9. Item quod ſoluatur gabella de grano, hordeo, & faba, ſuper quo Alex. *conſ.*188. *Viſo proceſſu, per tot. lib.*7.

10. Et proceditur ſummarie in cauſis gabellarũ, & ſufficit probatio per coniecturas: Alex *d. conſ.*188. *nu.*2. *& ſeq. v. r. & contra* [illegible] *inquiſitos, lib.*7.

11. Statutum Arimini ſuper præſcriptione, quod negligens per XV. annos petere creditum excludatur, eſt odioſum & reſtringendum, vt non comprehendat obligationem ad factum, licet in conſequentiam facti veniret debitum in pecunia: Angel. *conſ.*348. *Quidam Manuel,* per totum, vbi ponit ſtatutum, & qualiter intelligatur.

MEMBRVM XLVII.

CÆSENÆ DOMINIVM, EIVSQVE STATVta, conſuetudines, & priuilegia.

1. DOmini de Malateſtis fuerunt inueſtiti tanquam Vicarii à Sede Apoſtolica de ciuitate Cęſenæ, vt dicit Io. de Imol. *conſ.*116. *in princ.*

2. Fuit ſub dominio temporali particularis Domini tempore Alexandri, vt ipſe conſuluit *conſ.*19. *Viſo proceſſu, in princ. lib.*1.

3. Et tempore Ioan. de Imola erat Dominus Cæſenæ magnificus potens D. Sigiſmundus Pandulphus, vt ipſe dicit *conſ.*24. *in princ.*

4. Datium & gabella vini ſoluitur Cæſenæ pro extractione: ideo locatio facta dictæ gabellæ, in qua conceditur conductori, ꝙ omnes ementes vinum pro illo extrahendo ſoluant gabellã, operatur, ꝙ conductores antiqui debent habere gabellam vini venditi, durante ſua conductione, licet extractio fiat tempore alterius ſucceſſoris: Ioan. de Imol. *d. conſ.*24. *per tot.*

5. Extende, quia ſi mercator, qui emit vinum, debet extrahere per totum menſem Martii, & non potuit, & de menſe Aprilis ſucceſſerunt alii gabellarii, datium, quod eſt ſolidorum 40. pro vegete debetur antiquis gabel-

Digitized by Google

gabellariis; ita Alex.*conſ.7.Viſo themate,l.3.* quia dicit ſpectandum initium.

6. Contrarium Apoſtilla ad Alex.*d.conſ.7.ver.primum, lib.3.*

7. Statutum Cæſenæ, quod reſpondens poſitionibus debeat iurare de calumnia tactis ſcripturis,alias poſitiones habeantur pro reiectis, & illi dicitur ſatisfactum, ſi notarius ſcripſit, iurauit, &c. quia ſolemnitas intrinſeca præſumitur,& dictio, *&c.* continet ſolita fieri: Ioan. de Imol.*conſ.86. In cauſa quæ vertitur.*

8. Idem ſtatutum, quod reſponſio facta poſitionibus,quibus non erat reſpondendum, habeatur pro non facta, intelligitur, ſi ex lectura poſitionum conſtat, quod de iure non debuit reſponderi: Ioan. de Imol. *d. conſ. 86.nu.5.ver. non obſtat.*

9. Statutum Cæſenæ prædictum,quod reſponſio debet fieri poſitionibus infra tres, debet intelligi finito impedimento legitimo breui duraturo, nec tenetur impeditus infra tres facere fidem de impedimento: Ioan. de Imol.*conſ.86.nu.9.* vſque in fin.

10. Statutum Cæſenæ eſt circa ferias, ꝙ non reddatur ius tempore meſſium,cui renunciari poteſt expreſſe & tacite: Alex.*conſ.213.Viſo & opportune,n.2. & ſeq.v. ſed præmiſſis,l.2.* vbi, quod is, qui eſt citatus tempore meſſium,ſi comparet,& non opponit de feriis, cenſetur renunciare tacite,ſecus ſi non comparet, & dicit, quod teſtes examinati & iurati, tempore meſſium vel vendemiarum,durantibus feriis non probant,quia iuramentum non potuit deferri tempore feriarum.

11. Statutum Cæſenæ circa inſtantiam poteſt ex cauſa prorogari, vel abbreuiari per iudicem: Ioan. de Imol.*conſ.86.nu.8.*

12. Statutum circa appellationes, & illarum inſtantiam, & quod appellatus non poſſit præuenire appellantem, qualiter intelligatur: Alex. *d. conſ.19.n.3.& ſeq.l.1.* vbi quod ſtatutum circa appellationes committendas intelligitur parte petente, ſtatutum vero ꝙ appellatus non præueniat, intelligitur, niſi in caſu, in quo poteſt præuenire de iure communi.

13. Et ab interloquutoria prohibet appellari ſtatutum Cæſenæ: Caſtr. *conſ. 236. Viſo puncto,nu.2.lib.2.*

14. Statutum circa ſucceſſionem vocat maſculos excluſis fœminis, etiam in bonis emphyteuticis,quod ſtatutum habet locum quoad maſculos tantum deſcendentes ,non autem quoad tranſuerſales : Angel. Aret. *conſ.52. In caſu noſtro,* per tot.

15. Statutum, vt finita emphyteuſi debeant inueſtiri legatarii, vel hæredes, tam ab inteſtato, quam ex teſtamento, & non alii, operatur,

S 2 verbo-

vt bona emphyteutica etiam Eccleſiaſtica tranſeant ad extraneos hæredes quoſcunque: Anchar. *conſ.89. Deciſio ſupradictorum*, per tot.

16. Contrarium videtur velle Ang. Aret. *d. conſ.52.* dum vult, quod filia legataria excludat nepotem tranſuerſalem maſculum, & per totum conſilium, quod emphyteuſis eccleſiæ non tranſit ad extraneos, quando non ſunt ſeruatæ ſolemnitates.

17. Et vigore huius ſtatuti, ſicuti mater, & certæ perſonæ ex ordine ſcripturæ vltimo loco vocantur, ita in concurſu cum vocatis ſuccumbere debet mater, maxime quando tranſiuit ad ſecunda vota: Petr. Anchar. *d. conſ.89. num.2.* per tot.

18. Et ſuper huiuſmodi ſtatuto, quod per extenſum ponit Alex. *conſ.93. Viſis & ponderatis, lib.2.* vbi continet, quod non potuit inueſtiri non poſſidens, & inueſtitura facta ſit nulla, dicit, quod is, qui habet licentiam ab vno ex poſſeſſoribus, potuit ab Epiſcopo inueſtiri, non citatis aliis, & quod ſtatutum poteſt inhabilitare perſonam, & habet locum etiam quoad bona eccleſiaſtica, & quod Epiſcopus, qui nulliter inueſtiuit, poteſt venire contra factum ſuum nullum ipſo iure, & de eodem ſtatuto, quod habeat locum in emphyteuſi Eccleſiaſtica: Alex. *conſ.124. n.9. v. nec obſtat, lib.5.*

19. Simile ſtatutum eſt in ciuitate Rauennæ, ſuper quo Alex. *conſ.81. Lecto, n.17. & ſeq. verſ. non obſtat etiam prædictis, lib.3.* vbi quod non habet locum quoad naturalem poſſeſſionem, item habet locum ſolum, quando alius habet inueſtituram de eiſdem bonis validam, ſecus ſi nulla eſt.

20. Statutum eſt Cæſenæ, quod donationes & refutationes debeant inſinuari, alias non valeant, de quo Bald. *conſil.115. Verba dicunt, lib.1.* vbi quod illi non poteſt renunciari etiam cum iuramento.

21. Circa gabellam mercium, quod qui non habent bulletam in ſcriptis, incidat in commiſſum, ſi quis habet bulletam erratam, & conſtet de errore, quia denunciati ſunt panni linei & lanei, & ſolum de laneis facta ſit bulleta, docto de errore, etiam in iis, quæ fieri debent in ſcriptis, error debet corrigi, & non nocet: Alexand. *conſ.215. Viſis probationibus, lib.2.* per totum.

22. Gabella ſoluitur de dotibus in ciuitate Cæſenæ ſecundum ſtatuta, quæ ſunt declarata ad obuiandas fraudes, etiam in iis, qui extra territorium contrahunt matrimonium, & conducunt vxores ad ciuitatem, vel diſtrictum Cæſenæ, ſuper quo Alex. *conſ.143. Viſo titulo, lib.6.* vbi quod ceſſante fraude non debetur gabella ab eo, qui habitabat Ferrariæ, & contraxit Bononiæ, poſtea per longum ſpatium conduxit ad patriam Cæſenæ, &

idem

Digitized by Google

idem eſt, quando ſoluit ſemel Bononiæ gabellam, ſuper quo etiam conſuluit Decius in ſtatuto Piſano, *conſ.* 457. *In cauſa gabellæ.*

23. Statutum quod non poſſit fieri alienatio bonorum Communis, niſi interueniant duæ partes ex tribus Conſilii generalis, & procedatur per fabas albas & nigras, ad obtinendum partitum, habet locum, etiamſi conſtituitur procurator ad alienandum. ideò alienatio facta per procuratorem, etiamſi notarius dicat legiſſe & vidiſſe mandatum, non valet in præiudicium Communitatis, niſi ſit præſcripta, quia quoad bonam fidem inducendam in emente ſufficit iuncta negligentia Communitatis, ſed quoad euictionem, & alias obligationes factas à dicto procuratore prætenſo Communitas non tenetur: plene Alexand. *conſ.* 191. *Perſpecto, lib.* 6. per tot.

24. Criminale ſtatutum ſub rubrica *de priuatis carceribus*, procedit in omni violentia, quia generaliter loquitur, ſed tamen violentia qualificata poteſt puniri maiori pœna ſtatuti, ſi qualitates aggrauant delictum violentiæ: Caſtrenſ. *conſ.* 236. *Viſo puncto, nu.* 4. & per tot. *lib.* 2. maxime ſtante ſtatuto alio de pœnis non prouiſis, quia de ſimilibus ad ſimilia iudex poteſt condemnare.

25. Et ſtatutum ſuper falſitate, quod omnis perſona addens, vel radens, &c. ſcripturam publicam, vel priuatam, committat falſum, ſed ſi probetur contrarium eius, quod ſcriptum reperitur, non incurrat ſcribens in pœnam falſi, niſi fecerit pretio, vel precibus, vel niſi ſit ſolitus committere falſum: Ang. Aret. *conſ.* 102. *In caſu & themate*, per tot. vbi quod notarius non committit falſum, ſi in inſtrumento authenticato, & producto, in quo erat *eiſdem anno & indictione*, ſine iudice appoſuit annum & indictionem quia inerat relatiue; ideo eſt declaratio, non additio.

26. Caſtrum Liuarii, quod eſt de iuriſdictione Eccleſiæ Sarſinatenſis, fuit conceſſum pluribus familiis Cæſenæ; primo Guidoni de Felanno, poſtea Franciſco de Anguſellis 1258. poſtea Ioan. Palmerio 1376. & Domini de Ordelaphis ſpoliarunt Palmerium: poſtea fuit conceſſum Iuliano Nomaio 1380. Ioan. de Imol. *conſ.* 115. & 116. per totum, vbi ponit inueſtituras plures, & vltimo fuit donatum D. Carolo de Lapis.

Digitized by Google

MEMBRVM XLVIII.

FANENSE DOMINIVM, STATVta, Priuilegia & conſuetudines eius.

1. FAnenſis ciuitas fuit conceſſa in Vicariatum Pandulpho Malateſtæ, qui fecit edicta, quod omnes originarii tenerentur venire ad habitandum, ſub pœna confiſcationis bonorum: ſuper eius validitate conſuluit Rom. *conſ. 59. Ad diſcutiendum, per tot.* vbi, quod tanquam Vicarius Papæ potuit facere edictum, & apponere pœnam confiſcationis bonorum, & quod valuit donatio bonorum confiſcatorum ſine inſinuatione.

2. Tandem dominante Sigiſmundo Malateſta fuit priuatus ob ſua demerita ab omni Vicariatu Fani, Arimini, &c. & requiſiti ſubditi eius, vt infra quinq; menſes deberent ſe retrahere ab omni obedientia, alias Papa facit illos inobedientes ſeruos, & mandat ſpoliari omnibus bonis, & venundari, ſuper quo facto Alexan. *conſ. 52 In cauſa, & lite, lib.* 7. excuſat aliquos ſubditos à pœna, quia in partibus non fuit facta publicatio conſtitutionis, & cum ſit acerbiſſima pœna, conſulit requiri publicationem.

3. Contentio fuit inter Communitatem Fani, & Communitatem Montisbelli ſuper paſcuis, & iure paſcendi hominum Montisbelli in territorio Fani, pro quibus fuit latum laudum, & volebant impune poſſe damnum dare paſcendo: & Corn. *conſ. 83. Circa primum, lib.* 4. conſuluit, quod non poſſunt dare damnum.

4. Item volebant homines Montisbelli collectare Fanenſes pro bonis ſuis in territorio Montisbelli, ſtante generali conſuetudine imponendi collectas pro bonis: Corn. *d. conſ. 83. num. 9. ver. circa ſecundum per tot. lib.* 4. dicit, quod non poſſunt, quia conſuetudo non probatur, & quia priuilegium Fanenſium tuentur.

5. Comitatus Fani commiſit rebellionē contra ciuitatem de anno 1469. vt aſſerit Alex. conſ. 135. *Viſo proceſſu,* in fin. lib. 7. vbi per totum conſilium loquitur de reſtauro molendinis propter bellum de illo tempore.

6. Molendina habere conſueuit ciuitas Fani, quæ locabat, vt conſtat ex iis quæ tradit Alex. d. conſ. 135. lib. 7.

7. Priores Fani non habent facultatem obligandi Communitatem ſine particulari commiſſione Conſiliariorum: Alex. d. conſ. 135. in princ. lib. 7. vbi dicit magis communem.

8. Antia-

Digitized by Google

8. Antianos appellat Anton.de Butrio conſ.74.per totum,ſed forte antiquiori tempore ita debuerunt appellari, vel ideo ſic appellat Anton. de Butr. quia eſt Bononienſis, & Bononiæ ſic appellantur.

9. Statutum Fani, quod ad iuramentum creditoris poſſit capi debitor tanquam ſuſpectus de fuga, & iuramentum probet capturam, & cauſam, debet intelligi ſecundum ius commune, ita quod facta captura plene debeat probari debitum, & cauſa ſuſpicionis, alias captura erit nulla: Alex. conſ.19. *Viſo proceſſu*, per totum, lib. 3. vbi; quod debet tunc creditor, qui nulliter fecit capere, condemnari in expenſis, & ad duplum.

MEMBRVM XLIX.

MONS FERETRVS SERENISSIMI DVcis Vrbini.

1. MArchiones Montis Ferrotii appellat Alexand. *conſ.* 182. *Viſo proceſſu, in princ. lib.* 7. & reuera; ita ex aſperitate loci ſic debuit antiquitus appellari à ferocitate, hoc eſt, ab aſperitate.

2. Hodie locum Montis Feretri appellant, quaſi dulcius ſit vocabulum, quaſi mons ſagittarius propter altitudinem, & fortitudinem ſic mereatur appellari.

MEMBRVM L.

EVGVBII DOMINIVM, EIVSQVE STAtuta, conſuetudines, & priuilegia.

1. CIuitas Eugubina, & eius Comitatus fuit conceſſa in Vicariatum Magnifico Comiti Antonio de Monte Feretro per Bonifacium IX. vt Bald. *conſ.* 147. *Orta guerra*, vbi multa facta inter Comitem prædictum, & Commune Florentiæ, & Comitem Franciſcum Gabriellium Dominum Cantiani, *lib.* 2.

2. Caſtrum Pergulæ ædificauit ciuitas Eugubina, in quo caſtro diuerſæ Communitates ſe contulerunt ad habitandum, nempe Communitas Sercaltæ, & aliæ, quæ ſpecificantur per Bartol. & Cyn. *in conſ.* 400. *Super primo puncto*, inter conſilia Baldi, *lib.* 4. vbi, quod dictum caſtrum habet ius exigendi paſſagium ex præſcriptione, & conuentione cũ ciuitate Eugubina, quę non poteſt priuare dictum caſtrum, & ibi dicitur, ꝙ licet à pluribus Commu-

Communitatibus fuerit habitatum, tamen vna Communitas eſt effecta, tamen Bald. *conſ.* 243. *Ius percipiendi, lib.* 5. tenet contrarium, quod imo ius colligendi paſſagium ſpectet ad ciuitatem Eugubinam, quia regalia competunt de conſuetudine ciuitatibus Italiæ, non autem caſtris & villis, niſi ex priuilegio vel conſuetudine, ſeu præſcriptione immemorabili.

3. Caſtrum Collis Attectionis, & fortalitium Vallis Ferrariæ eſt ſub iuriſdictione Eugubii, quia ciuitas præcepit Nobilibus dictorum caſtrorum, vt ipſa conſignarent vacua ciuitati: Angel. *conſ.* 139. *Viſis omnibus*, per totum, vbi, quod non valuit dictum præceptum non data recompenſa, tanquam priuans Nobiles ſuo dominio rerum particularium.

4. Monaſterium S. Crucis Montis Analenſis Eugubinæ diœceſis habet ſubiectum Monaſterium S. Bartholomæi de Campo dictæ diœceſis, ideo exemptio Monaſterii S. Bartholomæi, & vnio non præiudicat Monaſterio S. Crucis, neq; laicus patronis: Abb. *conſ.* 101. *In quæſtione, quæ vertitur*, in princ. *libr.* 1. vbi, quod dictum Monaſterium S. Bartholomæi tenetur ſoluere cenſum Monaſterio S. Crucis, & illi præſtare obedientiam & reuerentiam, & gaudere centenaria præſcriptione ex priuilegiis Imperatorum & Pontificum.

5. Statutum habet, quod poſſeſſiones non poſſint transferri de perſona in perſonam, niſi reſeruato iure Communis: Bald. *conſ.* 458. *Confeſſio mariti*, in fin. *lib.* 3. vbi, quod habet locum ſolum quoad ſtabilia bona, & *conſ.* 381. *Confeſſio viri*, lib. 5.

6. Imo habet ſtatutum, quod omnes laici debeant donare, & denunciare bona ſua Communi, alias ſint confiſcata, & hoc vt tranſeant cum onere ad quoſcunque: ſuper quo Bart. *in l. reſcripto*, §. *ſciendum*, *in fin. ff. de munerib. & oner.* dicit, quod fuit bona cautela Eugubinorum, & ſuper eodem ſtatuto conſuluit Bartol. *conſ.* 81. *Martinus Forniconis*, vbi ſupponit eſſe validum, quia ciuitates faciunt ſeruare ſua ſtatuta.

7. Contrarium tenet Bald. *conſ.* 112. *num.* 6. & 7. *lib.* 2. vbi, quod iſta cautela Bartoli non eſt vera, & quod non valet vnam feſtucam, dum loquitur pro collectis imponendis, quia niſi ſint certæ & perpetuæ, & ſtatutum ſit à Principe, vel eo conſulto, non valet, & *conſ.* 2?? *d. lib.* 2. dicit, quod opinio Bartol. eſt vſu recepta de facto, ſed quod eſt periculoſum inuenire cautelas contra eccleſias.

8. Et circa hoc ſtatutum, qualiter probetur negatiua, quod quis non denunciauerit, vel denunciauerit: Bart. *d. conſil.* 81. *num.* 1. *libr.* 1. quod per librum, in quo deſcribuntur omnes, quia ſi ibi non eſt hæc deſcriptio proba-

probatur negatiua, vel ſi facta diligentia ab iis, qui debent ſcire, deponunt illi eam non eſſe factam.

9. Item, quod à ſententia interloquutoria, quæ per diffinitiuam poteſt reparari, non detur appellatio: Bald. *conſ.378. Pro parte cuiuſdam, lib.3 in princ.* vbi, quod non habet locum in ſententia, qua quis declaratur hæres ſine beneficio legis, & inuentarii, quia grauamen infert, licet non in toto, tamen in tanto.

10. Item, quod examen teſtium non poſſit alteri committi, ſed fiat per iudicem met in cauſis ſupra libras 50. & teſtes aliter examinati non faciant fidem: Bald. *d. conſ.378. num.3. verſ. ſequitur igitur*, vſque in fin. *lib.3.* vbi, quod reſpicit vtilitatem publicam, & non valet examen commiſſum, etiam de conſenſu partium.

11. Item, quod inſtrumenta exequantur infra tres dies, & quod non admittatur exceptio contra inſtrumentum, niſi ſolutionis, vel quietationis, vel termini prorogationis, quæ probetur per inſtrumentum, & quod non ſe extendat ſtatutum ad non ſuppoſitos Communi Eugubii: Bald. *conſ.261. & 262. V. creditores*, vbi extenſum eſt ſtatutum, *lib.5.* & dicit, quod Eccleſiaſticæ perſonæ non gaudent beneficio ſtatuti: Angel. *conſ.121. Nicolaus vend d t*, vbi dicit idem. & quod non habet locum, quando emptor obligatus ad pretium patitur litem ſuper re vendita, niſi ſibi detur fideiuſſio.

12. Item, ſuper lucro dotis, videlicet quod maritus lucretur tertiam partem dotis perceptæ mortua vxore ſine liberis, quod ſtatutum habet locum etiam in dote confeſſata, licet non ſoluta, quando marito mora adſcribi non poteſt, quia ſolutio per delegationem cenſetur facta: Bartol. *conſ.133. Statuto ciuitatis Eugubii, libr.1.* & repetit idem in ſtatuto ſimili Communis Sartiani, *conſ.101. Statuto Communis Sartiani, lib.2.* vbi vide Concordantes.

13. Item, circa teſtamenta extat ſtatutum, quod nullus poſſit teſtari, niſi reſeruetiura Communis, quod ſtatutum eſt validum, & habet locum, etiamſi quis teſtetur extra territorium Eugubinum, quia quoad bona in territorio Eugubino non valet teſtamentum, ſi non eſt reſeruatum ius Communis, ſed tamen valet teſtamentum quoad ſubſtitutionem ad fauorem piæ cauſæ, non obſtante ſtatuto, vbi quod nihilo minus per ius accreſcendi hæres inſtitutus in aliis bonis habebit etiam iſta bona: Bald. *conſ.474. Statutum eſt, l b.4.*

14. Criminalia ſtatuta Eugubii diſponunt, quod de vulnere illato tem-

pore noctis duplicetur pœna, item quod habenti pacem fiat remiſſio partis: Bald. *conſ.* 378. *Punctus talis eſt, lib.* 4. vbi, quod ſi quis intulit vulnus de nocte, & habuit pacem à vulnerato, in qua exprimitur de vulnere tali die illato, quod nihilo minus ſuffragatur, quia qualitas venit in remiſſione per acceſſionem.

MEMBRVM LI.

FAVENTIÆ DOMINIVM, EIVS STATVTA, conſuetudines, & Priuilegia.

Ex Dominici Tuſchi Card. Pract. Concluſ. Iuris, tom. III. F. concl. LXXXIV.

1. FAuentina ciuitas fuit ſub dominio particulari tempore Ioan. de Imola, qui *conſ.* 6. dicit, quod Dominus Fauentiæ mouit guerram contra ciuitatem Imolæ de anno 1454.

2. Garnaroli caſtrum erat de iuriſdictione Fauentiæ, & eſt caſtrum duarum milium animarum, ſolitumq; erat ſoluere gabellas Fauentiæ: Ioan. de Imol. *conſ.* 84. *in princ. & in fin. ver. circa ſecundum.*

3. Fratres Ordinis Seruorum Fauentiæ ſunt exempti ab omni procuratione & viſitatione, tam Epiſcopi, quam Archiepiſcopi Rauennatenſis: Calderin. *conſ.* 452. alias 10. *de cenſibus*, vbi, quod viſitatio talium fratrum ſpectat ad generalem eorum ex priuilegio Alex. Papæ, & *conſ.* 453. alias 11. *eodem titulo.*

4. Statuta ciuitatis Fauentiæ ſuper gabellis, & quod mercatores & alii conducentes mercantias teneantur denunciare infra tres dies, & ſoluere infra eundem, vel alium terminum ſub certa pœna, non habet locum contra mercatorem, qui durante termino ad denunciandum male denunciauit, & ſponte vult iterum denunciare, quia dicitur facere in continenti, & debet admitti ad purgationem moræ: Bald. *conſ.* 34. *Statuto ſeu capitulo, per tot, lib.* 5. vbi pro vtraque parte, vbi quod dicta ciuitas habet portum, in quo naues introducuntur.

MEMBRVM LII.

IMOLÆ DOMINIVM, STATVta, conſuetudines, & priuilegia.

1. THadæus de Manfredis erat Dominus Imolæ, tempore Alexandri, vt ipſe dicit *conſ.136. Viſo & examinato, in princ. lib.1. & conſ.101. Viſo proceſſu, num.5. ver. quinta ratione, lib.2.* & iterum *conſ.96. in princ. eodem libr.2*, facit mentionem de ſtatuto ſeu decreto Magnifici Domini Thadæi de anno 1451. die decima ſexta Aprilis facto.

2. Fuit conceſſa in Vicariatum à ſancta Sede Apoſtolica Domino Bertrando de Alidoxiis Vicario generali, vt per Angel. *conſ.340. Magiſter Iacobus, num.2. ver. in contrarium.*

3. Fuit ſub iuriſdictione & imperio Guidonis Antonii Manfredi, cuius tempore caſtra Duciæ, & Tuſſignani ſe rebellarunt; Ioan. de Imol. *conſ.34. Viſis & ponderatis*, per totum, infra *num.13.*

4. Decretum Domini Thadæ de Manfredis, Domini Imolæ, mandat ſemel appellari poſſe, factum de anno 1451. die 16. Aprilis, de quo Alex. *conſ.96. in princ. lib.1.*

5. Deinde Dux Mediolani çepit Imolam Duciam, & alia loca, & concordarunt Nicolaus Picininus Locumtenens Ducis Mediolani, & Guido Antonius, & Communitates Duciæ & Imolæ, vt Ioan. de Imola *conſ.66.* in facto quod ibi ponitur.

6. Et quod fuerit ſub dominio Ducis Mediolani tempore belli cum Florentinis, Ioan. de Anan. *conſil.11. in princ.* Ioan. de Imol. *conſ.51.*

7. Et deinde fuit Vicarius generalis Ludouicus Alidoxa, vt per Anchar. *conſ. fin. In ſubſcriptione Tulioli de Cauitellis*, & idem dicit Ioan de Imol, *conſ.54. Sub Pontificatu Martini Quinti*, vbi quod ſoluebat cenſum Cameræ Apoſtolicæ, & de iſto Ludouico Alidoxio, videlicet Ludouico Domino Imolæ, meminit etiam Ang. Aret. *conſ.132. In caſu prædicto, in princ.*

8. Non poterat Vicarius Generalis Alidoxius facere ſtatuta contra ius, neque quod particulares ſubditi tenerentur pro Vicario: Ioan. de Imol. *d. conſ.54.* per totum.

9. Neque potuit imponere onus Communitati Duciæ, quod ſolueret ſingulo anno libras 300. Ioan. de Imol. *conſ.66.*

10. Grauata fuit terra Duciæ à Ludouico Alidoxio ad ſol-

uendum ſingulo anno libras 300. quæ ſumma fuit per Martinum V. redačta ad libras 150. poſtea Guido Antonius Manfredus, Dominus Fauentiæ, occupata Ducia liberauit à totali ſolutione librarum 300. Dux Mediolani, expulſo Manfredo, mediante Nicolao Piccinino Peruſino, eius Locumtenente Generali, & capta ciuitate Imolæ, liberauit Duciam, & reintegrauit ciuitatem Imolæ, fuit dubium, an teneatur Ducia ſoluere, & conſuluit Io. de Imol. quod reſpectu librarum 150. teneatur ſoluere Cameræ Apoſtolicæ, *in conſ. 66.*

11. Et quod Ducia eſſet de diſtrictu Imolæ etiam probat Alex. *conſ.* 136. *In cauſa & lite, nu.* 3 & per totum *lib* 2.

12. Ducia & Tuſſignanum caſtra erant de territorio Imolæ & ſe rebellarunt dominante Guidone Antonio Domino Imolæ; Ioan. de Imol. *conſ.* 43. per totum, ſup. *nu* 3.

13. Terram Maſſæ habuit in emphyteuſim ciuitas Imolæ ex conceſſione Abbatum, de quibus late Anchar. *conſ. fin.* per tot. quod eſt ſubſcriptum à ſex Doctoribus, videlicet Ziliolo de Cauitellis, Bart. Salyceto, Franc Zabarella, Signorol. Homodeo, Raphael. Fulgoſio, Bened. de Plumbino, vbi quod Maſſa eſt proprietatis Abbatiæ S. Mariæ Coſmedin.

14. Et in dicta terra Maſſæ ciuitas Imolæ ædificauit fortalitium, quia ibi conſueuerunt inſurgere ſocialitates armigerorum deprædantium: Anchar. *conſ. fin. nu.* 11.

15. Guerram habuit ciuitas Imolæ cum Domino Fauentiæ, vt meminit Io. de Imol. *conſ.* 6. vbi quod fuit de anno 1434.

16. Vbercelli ſunt ciues Imolenſes, & habent altare dotatum à Iacobo Vbercello in eccleſia B. Mariæ Virginis Fratrum Heremitarum de Imola, ſuper quo facto conſulit Ang. de Peruſ. *conſ.* 224. *Caſus eſt.*

17. Familia de Campalmonte Domina caſtri Montis Bataliæ: Alex. *conſ.* 136. in princ. & per totum, *lib.* 1.

18. Statutum Imolæ diſponit, quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant; quod ſtatutum, licet non ſit allegatum, neq; productum cum ſit iuris diſpoſitio, poteſt iudex ſupplere: Alex. *conſ.* 172. *In cauſa & lite, nu.* 5. *ver. in quo diſtrictu, lib.* 6.

19 Statutum habet, quod filia non ſuccedat, ſed ſit contenta dote, nec vlterius petere poſſit, ſuper quo Alex. *conſ.* 128. *Conſideratis verbis*, lib. 1. dicit, quod non extenditur ad bona ſita extra territorium ſtatuentium, quia filia poſſet petere ſupplementum legitimæ pro rata.

20. Statutum, quod fratres, & fratrum filii, excludant nepotes ex filia,

Digitized by Google

non habet locum in filiis patruorum, qui dicuntur conſobrini & remotiores: Alex. *conſ. 97. Viſo themate*, per totum, vbi quod appellatione fratris non venit frater patruelis, & appellatione patrui nõ venit patru⁹ magnus, quia cũ adiuncto dicitur talis, non ſimpliciter, & quia minor ratio, & ideo in exorbitantibus, vel odioſis, nullo modo veniunt, *lib. 2.*

21. Statutum, q̃ decedenti ab inteſtato ſuccedant conſanguinei, excluſa matre, q̃ habet locum etiam in eo, qui eſt inteſtabilis ſecundum veram opinionem: Zab. conſ. 111. vbi n. 3. late examinat, vſq; in fi. & dicit conſultum per plures Doctores pro vtraq; parte, ſed hanc veriorem ſubſtinet.

22. Contrarium conſuluit Alex. *conſ. 115. Circa dubitationem, libr. 2.* per totum, & iterum *conſ. 79. Franciſcus, lib. 6.*

23. Statutum Imolæ, quod contra maiorem 25. annis præſcribatur 10. annis, non valet pro eo, qui eſt in mala fide, quia eſt nutritiuum peccati: Io. de Imol. *conſ.* 122. per totum, vbi *nu. 6.* ampliat, etiamſi ſtatutum dicat, quod ita demum procedit, ſi debitor iuret ſe ſoluiſſe.

24. Declara, quia tale ſtatutum non habet locum, ſi poſt decem annos, & ſic poſt tempus præſcriptionis confitetur ſe debitorem: Ioan. de Imol. *conſ. 123 nu. 7.*

25. Quod fiat compromiſſum inter coniunctos de lite & controuerſia, &c. habet locum nedum lite mota, & conteſtata, ſed etiam ante conteſtationem & motionem, quia ſtatutum hoc dicit, & quia ſi uti tranſactio de lite futura fieri poteſt, ita etiam compromiſſum, quod eſt quædam tranſactio; Ioan. de Imol. *conſ. 133. Viſo reſcripto*, per tot.

26. Statutum Imolæ requirit, quod citatio per præconem fiat in ſcalis, vel in lodia Palatii: Alex. *conſ. 137. In cauſa & lite, n. 13. in fin. cum ſeq. ver. pec. at & in alio l. 2.* vbi q̃ non ſufficit, ſi fiat ad ſcalas, vel ad lodiam Palatii, quia aliud eſt in ſcalis, aliud eſt ad ſcalas, & qualitates ſtatuti ſunt ſeruandæ.

27. Contrarium Angel. Aret. inter conſilia Alex. *conſ. 138. Lancellotus, nu. 2. & ſeq. ver. nec etiam eſt verum*, vbi quod eſt modica ſolemnitas, quæ omiſſa non vitiat, & ibi Apoſtill. in ver. *non vitiet*, dat concor.

28. Satiſdationem de iudicio ſiſti requirit ſtatutum Imolæ à forenſe agente contra ciuem Imolæ, quod intelligitur, dummodo ſit ciuis, qui petit, & intelligitur de originario & ſubeunte onera, non de priuilegiato, quia ſtatutum faciens mentionem de ciue, intelligitur de vero & originario: Alex. *conſ. 160. Viſo proceſſu, in princ. lib. 5.*

29. Statutum Imolæ, quod hæreditas non adita tranſmittatur ad proximiores, facit euaneſcere ſubſtitutionem vulgarem, & ius accreſcendi:

Digitized by Google

Alexand. *conſil.79. Franciſcus num.3.libr.6.* vbi dicit magis communem.

30. Et per tale ſtatutum tranſmiſſio fit ad omnes, etiam extraneos: Alex.*conſ.211. Viſo themate, in princ.lib.7.* maxime *nu.2.*

31. Conſtitutionem habet, quod à laudo arbitri, vel arbitratoris, peti debet reductio infra 10. dies: Alex.*conſ.101.nu.2 ver.ſecunda ratione,lib.2.*

32. Statutum Imolæ mandat, quod filia ſit contenta relicto ſibi facto à patre in teſtamento: Alex.*conſ.211.Viſo themate, nu.6.ver. & pariter non habet, lib.7.* vbi, quod tale ſtatutum intelligi debet, quando relictum non eſt vltra legitimam, quod pro quantitate legitimæ reiiciatur omne onus, & omnis conditio.

33. Imo dicit Alex.*d.conſ.211.nu.7. & ſeq. lib 7.* quod filia infans poterit petere in continenti à patre legitimam, etiamſi legauit, quando nupſerit, & quod interim tranſmittit, ſtante matrimonium moritur, quia alias ſtatutum tolleret in totum legitimam, quod non poteſt, maxime quando non exſtant alii filii.

34. Plus dicit, quod ſtatutum huiuſmodi, quod filia ſit contenta dote à patre legata, intelligitur de dote vera propria, & per quam poſſit matrimonio collocari: Alex.*d.conſ.211.in fin.lib.7.*

DVCCIÆ CASTRVM.

1. TErra Ducciæ eſt de territorio Imolæ, & fuit ſub iuriſdictione Guidonis Ant. Manfredi Domini Imolæ, & ſe rebellauit propter iuſtum timorem dicti Domini vna cum caſtro Tuſſignano: Ioan. de Imol. *conſ.34. Viſis & ponderatis*, vbi, q̃ ſe dedit dicto Manfredo rebellando à Ludouico Alidoſio propter impoſitiones, vt dicit clarius *conſ.66.*

2. Habet iuriſdictionem ciuilem, ſed non criminalem; ideo poteſt ſtatuere in ciuilibus, dummodo generaliter, & non contra certam perſonam: Ioan. *d.conſ.34. per tot.*

3. Ludouicus Alidoſius Vicarius Imolæ pro Romana Eccleſia ſub ſolutione annui cenſus grauauit terram Ducciæ ad ſoluendum ſingulo anno libras CCC. & cum Communitas Ducciæ ſupplicaſſet Papæ, Martinus V. reduxit ad libras CL. Poſtea Guido Ant. Manfredus occupauit Ducciam, & illam exemit in totum. Vltimo Dux Mediolani, mediante Nicolao Locumtenente generali, occupauit Ducciam, & conuenit pro liberatione: demum occupauit Imolam, quam reintegrauit omnibus caſtris. Vltimo ſub Sede Apoſtolica conſuluit Ioan. de Imola *conſ.66.* quod Alidoſius non potu-

Digitized by Google

potuit grauare, ſed quod reſpectu librarum C L. tenentur ſoluere Cameræ; nec Manfredus vel Dux potuerunt liberare, niſi pro tempore, quo occuparunt Ducciam.

MEMBRVM LIII.

PLVMBINI TERRA, STATVTA, CONSVEtudines, & Priuilegia.

1. LAudum fuit latum contra Commune Plumbini, & Comites de Caſtagneto ad fauorem Comitum della Rocca, ſuper quadam bannita, in quo narratur, quod etiam Commune Vignalis conſenſit, non probat contra Commune Vignalis, quod poſſidet dictam tenutam, quia res inter alios, &c. & enunciata non probant etiam in antiquis contra tertium: Caſtr. *conſ.* 139. *Pro declaratione*, per totum, *lib.* 2.

2. Scarlini terra erat libera, & ſe commendauit Domino Plumbini cum hoc quod haberet merum & mixtum imperium, & ſuos Officiales, licet promiſerit recipere ſal à Domino Plumbini, & parere ſtatutis eius: Abb. *conſ.* 51. *Ad di.idationem*, per totum, *lib.* 2. concludit, quod tanquam commendata remanet libera, & quod licet Dominus Plumbini poſſit capi facere fraudantes ſal in terra Scarlini, non tamen poteſt inde abduci facere, ſed per Officiales Scarlini debent iudicari.

MEMBRVM LIV.

CARPI TERRA, EIVSQVE STATVTA, conſuetudines, & Priuilegia.

1. TErra Carpi erat DD. de Piis Nobilium, qui habuerunt confœderationem cum Duce Ferrariæ Eſtenſe, & carcerati fuerunt, & condemnati ſex fratres Carpenſes propter capitula cum Duce, ad ſcuta L XX. millium propter contrauentionem, & erant in carcere propter crimen læſæ Maieſtatis, vide Alexand. *conſ.* 84. *In cauſa quæ vertitur, lib.* 3. vbi conſuluit pro Carpenſibus.

2. Et iſti Nobiles quoad terram Carpi, & territorium; & homines ſibi ſubditos, habebantur loco Principis, & propterea ab eis donata filiofamilias

illas poterant dici caſtrenſia vel quaſi; Angel. Aretin. *conſ.* 100. *In caſu, num.* 14. *& ſeq.*

3. Domini Carpi erant Pii, & confinati cum Mirandulano territorio ſeu Concordienſi, & Valles erant pro confinio, & intelligitur de vallibus, quæ erant tempore confinium appoſitorum, non de vallibus variatis ex tempore propter bonificationes: Alex. *conſ.* 25. *Conſideratis, per tot. lib.* 7. Nunc autem eſt Sereniſſimi Ducis Regii & Mutinæ.

MEMBRVM LV.

SAXOLI TERRA, ET EIVS Comitis Priuilegia.

COmes Saxoli dicitur habere merum & mixtum imperium, & omnimodam iuriſdictionem: ideo poteſt in ſuo Comitatu libero omnia, quæ poteſt Imperator, excepta cognitione læſæ maieſtatis in concedentem, & exceptis reſeruatis in inueſtitura, quia cum habeat dignitatem Comitatus perpetuam, poteſt multa, de quibus Socin. Iun. *conſ.* 76. *per totum, lib.* 3.

Vide, *Barones & Comites quid poſſint*, tom. 1. concl. 28.

MEMBRVM LVI.

MONS MARCIANVS, ET COMITES de dicta familia.

VGuccio Berandini, Bernardinus Tanto Baldino, Rambert⁹ Senocero, Simon & Azo filii Lelli, Tudertinus & Bardonerius filii Lamberti, Comites de Monte Marciano fuerunt inueſtiti de caſtris pluribus, & Podio Aquilonis per Ludouicum Romanorum Imperatorem titulo donationis, & inueſtitura fuit facta Vbaldino ſuo nomine & aliorum prædictorum, ſuper qua Alex. *conſ.* 24. *Ponderatis, lib.* 5. vbi quod non valuit, nec præiudicat, quia per prius ab immemorabili poſſidebant, & non conſtat de ratificatione, & recognoſcebant ab Eccleſia Romana, vt *n.* 17. Et ego vidi recognitionem de anno 1144. die 14. Maij, in qua Comites Podii Aquilonis, & caſtri Miliani recognoſcunt ciuitatem Peruſii quoad omnia, niſi in quibus Romana Eccleſia contrarium præciperet.

MEM-

Digitized by Google

MEMBRVM LVII.

ARROTENSE DOMINIVM EST ROmanæ Eccleſiæ, eius ſtatuta, conſuetudines & priuilegia.

1. ARroten eſt ſubiecta Romanæ Eccleſiæ, & Domini illius ſunt Vicarij temporales Romanæ Eccleſiæ: Anchar.*conſ.*110.*Prima facie videtur, in prin.* maxime *n.*2.

2. Statutum ciuitatis Arrotenſis punit fraudantes datium Communis certa pœna, ſed non habet locum in datiario conducente, quia ſi fraudem committat ſocius, non habet locum pœna fraudantis Commune, quia mutatur perſona, & ſucceſſio temporis datij dicitur ſubrogatus in commoditatis perceptione tantum, non in aliis: plene Anchar.*d.conſil.*110.per totum, vbi eſt caſus.

MEMBRVM LVIII.

CLVSINVS MARCHIONATVS EIVS ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia.

1. CIuitas Cluſina eſt ſeu fuit de ſtatu Romanæ Eccleſiæ, vt dicit Signorol.Homode.*conſil.*107.*Qu dam nomine, col.*1.*v.quæritur.*

2. Fuit olim hæc ciuitas Metropolis Hetruriæ, & negligentia Porſennæ Regis amiſit Principatum.

3. Fuit ſuppoſita Peruſinis, qui partem illius territorij hodie poſſident, & appellatur Marchionatus Cluſij, qui eſt infœudatus familiæ de Corneo. vnde cum flumen Clanium ſeu Clanarum tranſiret olim per medium territorium Cluſinum, Strabo *Geograf.lib.*5. hodie tranſit inter territorium Cluſinum, & Marchionatum Cluſinum, qui eſt de territorio Peruſij, & ſic cum ſit confine commune, dicitur etiam communis fluuius.

4. Abbas S. Antonij Cluſinenſis diœceſis debet ratione Abbatiæ ſuæ percipere omni anno ex laudo reali à Præpoſito S. Michaelis Angeli de Sancto Angelo Comitatus Senarum vnam tortam centum ouorum, & decem caſeorum, & vnum cereum quatuor librarum pro cenſu, vt per

Caſtr. *conſ.*249. *Viſo quodam compromiſſo*, *lib*.1. vbi, quod eſt cenſus realis & perpetuus.

5. Habet ſtatutum, quod pro ſingulo verbo iniurioſo quis puniatur in certa pœna, ſuper quo Bart. *conſ*.108. *In quæſtione*, per totum, *lib*.1. vbi, quod ſi verba ſunt inculcata, ſynonyma, & tendentia ad idem, plura verba ponuntur pro vno; ſecus ſi ad diuerſa tendunt.

MEMBRVM LIX.

BOBII DOMINIVM, EIVSQ. STAtuta, conſuetudines, & priuilegia.

FAmilia de Verme eſt Domina ciuitatis Bobij, & ſunt Veronenſes, olim ſequaces Antonij & Bartholomæi de Scala Vicariorum Imperialium in ciuitatibus Veronæ & Vicentiæ: & iſti Vicarij conceſſerunt Iacobo de Verme caſtra Subſanenti & Sanguinedi Veronenſis diœceſis. poſtea fuerunt, expulſis illis de Scala, ſequaces Ioannis Galeatii Vicecomitis Vicarij Imperialis Mediolani & Parmæ, qui donauit familiæ de Verme caſtrum & villam Pupilli Parmenſis diœceſis, vt per Caſtrenſ. *conſ*.178. *lib*.2. in caſu qui ibi ponitur, & eſt priuilegium confirmationis Vincislai Regis Romanorum.

MEMBRVM LX.

SAVORGNANVM CASTRVM, ET eius Comites.

CAſtrum Sauorgnanum eſt in ForoIulij penes Vtinum, & Patriarcha Aquilegienſis ſpoliauit Comites illius, & munitiones abſtulit, qui medio iuris fuerunt reſtituti: Zabarell. *conſil*.134. qui conſuluit pro Comitibus contra Patriarcham.

MEM-

MEMBRVM LXI.

SORANTII CASTRI STATVTA, conſuetudines, & priuilegia.

CAſtrum Sorantij ſeu Sorancæ fuit conceſſum per Ducem Mediolani Franciſco Lupo, in cuius territorio eſt villa Samboxeti; ideo pars dictæ villæ eſt Luporum, non autem Pallauicinorum Dominorum Boxeti: Ioan. de Imola *conſ.* 121. *In cauſa quæ vertitur*, per totum.

MEMBRVM LXII.

BVXETVM, ET VILLA SAMBVXETI, & eius ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia.

1. BVxetum caſtrum, & villa Sambuxeti fuit conceſſum Rolando Pallauicino per Ducem Mediolani, cum mero & mixto imperio, ſeparando ab omni Ciuitate & iurisdictione: Ioan. de Imol. *conſil.* 121. *In cauſa, quæ vertitur.*

2. Non tamen inueſtitura Pallauicinorum complectitur partem villæ Sambuxeti, quæ eſt Luporum, quia ante inueſtituram fuerat conceſſa Lupis, & ideo ſecunda conceſſio Pallauicinorum non continet partem alteri primo conceſſam: Ioan. de Imola *d. conſ.* 121. *v. in contrarium*: vbi quod dicta villa Sambuxeti eſt in territorio Soranei caſtri conceſſi Franciſco Lupo.

MEMBRVM LXIII.

BVRGVS VALLIS TARII EIVSQ. ſtatuta, conſuetudines & priuilegia.

1. BVrgus Vallis Tarij fuit Cardinalis de Fliſco, qui fecit conuentiones cum vaſallis de non ædificando fortalitio. cui Cardinali hæredes ſucceſſerunt DD. Antonius & Ioannes Ludouicus de Fliſco, vt per Roman. *conſ.* 52. *In quæſtione Magnificorum*, per totum.

2. Ioannes Ludouicus, durante communione cum Antonio, ædificauit fortalitium in dicto loco, quod non potuiſſe fieri prohibente Domino Antonio habente communionem dicit Rom. *d. conſ. 52. in primo dubio*, quia melior eſt conditio prohibentis.

3. Imo etiam facta poſtea diuiſione inter eos dicit Rom. *d. conſil. 52.* quod Ioannes Ludouicus non potuit in ſua portione facere fortalitium, quia eſſet fallere fidem ſubditis, & licet in ſuo quilibet poſſit fabricare fortalitium pro cuſtodia, tamen fallit, quando contra fidem datam quis velit fabricare; item quia in dubio præſumitur fieri ad æmulationem, quando non adeſt neceſſitas.

MEMBRVM LXIV.

MONS BODIVS, ET EIVS STAtuta, Conſuetudines, & Priuilegia.

DOminus loci Montis Bodij fuit receptus in colligationem factam inter Commune Anconæ, Ciuitatem Firmi, & Dominos Camerini, Fabriani, & Mathelicæ, anno Domini, 1385. Angel. *conſil. 269. Punctus eſt, anno Domini.*

MEMBRVM LXV.

FABRIANI STATVTA, CONSVEtudines, & priuilegia.

1. FAbrianum eſt ſub conſtitutionibus Marchiæ Anconitanæ: Bald. *conſ. 101. In prouincia Anchonitana, lib. 1. per tot.*

2. Fabricanum Nobile caſtrum in Marchia appellat Bart. *in tract. de inſigni. & armis, n. 12. v. exemplum in Marchia.*

3. Ligam fecit Dominus Fabriani cum Communi Anconæ, Ciuitate Firmana, & Dominis Camerini, Matelicæ, & Montis Bodij, anno 1389. Angel. *conſ. 269. Punctus eſt, anno Domini.*

4. Fratres Prædicatores Fabriani habent eccleſiam S. Luciæ dicti loci ex conceſſione Legati, & Epiſcopi Camerinenſis, quæ erat ſuppoſita cuidam Abbati, qui non conſenſerat, ſed poſtea conſenſit: Bald. *conſ. 281. Factum tale eſt, Dominus, lib. 1.*

5. Statu-

5. Statutum habet, quod minores XVIII. annis non poſſint alienare ſine præſentia curatoris, & duorum proximiorum, alias contractus ſit nullus: Bald.conſ. 201. in princ.lib.1.vbi per totum declarat tale ſtatutum intelligi de proximioribus præſentibus, & non comprehendere matrem, nec abſentes,& non habet locum in maiore XVIII.annis.

6. Statutum Fabriani dictans, quod poteſtas in exequendis inſtrumentis debitorum ex contractu incipiat à præcepto, non habet locum, ſi debitum eſt ex ſententia, quia eſt ex quaſi contractu, & ſtatutum eſt odioſum,nec debet extendi ad caſum omiſſum: Angel.*conſ.302. Viſis, & dilig.in princ.*

MEMBRVM LXVI.

CASTRA MVLTTA IN STATV Eccleſiæ libera.

BElmontis,Roccaſinibali,Villaplagæ,Stiffoni,Leueti,Porti,Vallis Frede, Vallis Ornari, & Sanctæ Felicis; iſta caſtra & villæ ſunt de diœceſi Sabinienſi, & erant Nobilium de Romagna, in quibus habebant merum & mixtum imperium, & in temporalibus non recognoſcebant ſuperiorem,neq; Eccleſiam Romanam,neq; Imperium,ex antiqua conſuetudine per tempus immemorabile, vt dicit Bart.*conſ. 72. Ex facto proponitur,in princ. lib.1.* vbi quod poſſunt condere ſtatuta,& ſtatuerunt pacto inter ſe, quod fœminæ non ſuccederent vnquam in dictis caſtris, & aliis,quæ habebant, vbi *n.4.v.ſi vero diceremus*,dicit,quod ex quo de immemorabili conſtat,prędicti Nobiles poſſunt dicere,quod antequam eſſet Romanum Imperium, habuerunt illa.

MEMBRVM LXVII.

MONS FANVS, MONS LVPONVS, MONS Sanctus, Mons Vlmi, caſtra olim confœderata ſimul.

MOns Fanus,Mons Luponus,Mons Sanctus, & Mons Vlmi erant diuerſorum Dominorum, qui inuicem fecerunt ligam cum commune Maceratæ,& habuerunt guerram cum Domino Camerini: Angel.*conſ. 376. Nobiles viri*,vbi in fine, quod ſunt de Statu Eccleſiæ.

Digitized by Google

CIVITATES QVONDAM LIberæ in Italia.

MEMBRVM LXVIII.

ROMANA CIVITAS EST RESPVBLIca vera, & communis patria.

1. ROmana ciuitas eſt Reſpublica, aliæ vero ciuitates loco priuatorum habentur: Oldrad.*conſ.62.in fin.col.1.& in prin.col.2.v.ſed pater ſanctiſſime,* vbi multa de priuilegiis Romanæ Eccleſiæ, & quod ſit à Deo fundata, quæ videas per te.

2. Et eſt communis patria, *l.Roma,ff.ad municip.*

3. Sed an hodie ſit talis, non decidit Roman.*conſ.169.Magiſter Paulus, in fin.*

4. Diſtrictus Vrbis Romæ olim erat vſque ad 100. milliaria, *l.1.ff.de off. præfect.Vrb.*

5. Hodie eſt vſque ad quadraginta milliaria ex omni parte.

ROMAE CIVITAS, EIVS STATVTA, conſuetudines, & priuilegia.

1. VRBs Romæ eſt ſubdita Papæ, prout etiam populus Romanus, ex donatione Conſtantini Imperatoris: Caſtr.*conſ.179.In cauſa, quam Magnificus,col.5.n.5.v.ſuper ſecundo,lib.1.*

2. Senatorem habet Vrbs Romæ, qui non habet iuriſdictionem in fœudatarios Papæ, ſed bene in ciues Romanos: item ratione rei vel domicilij aut originis; Caſtr.*d.conſ.179.n.5.v.ſuper ſecundo,lib.1.* vbi, quod Senator habet iuriſdictionem à Papa; & quod, ſi agatur de re fœudali, non eſt iudex competens, *col.pen.v.ſuper tertio.*

3. Eccleſia

3. Eccleſia S. Mariæ Maioris habet curam animarum, quæ eſt penes Capitulũ, & ſtipendiati Capellani ſunt amouibiles, nec dicuntur intitulati, licet ſtipendium eorum ſit perpetuum: Ant. de Butr. *conſil. 3. per tot. & conſ. 51.* vbi duplicatur, & eſt reſponſiuum contrariis allegationibus in hac materia factis.

4. Hoſpitale S. Antonij prope Eccleſiam S. Mariæ Maioris eſt hoſpitale Curialium, & ab eis regi conſueuit; & in eo ſepeliuntur Curiales, non autem in parochiis, per Fratres dicti hoſpitalis, & appellatione Curialium veniunt etiam Cardinales: Oldrad. *conſil. 211. per tot. & conſil. 293.* vbi, quod Papa Celeſtinus fecit declaratoriam ſuper hoc.

5. Venientes ad habitandum in Ciuitate Romana, habent liberam immunitatem ab omnibus oneribus ex contractu, & cauſa oneroſa. ideo Papa, quando reuocauit ex cauſa publicæ vtilitatis & neceſſitatis omnes & quaſcunque exemptiones, quas ſuſpenſas eſſe voluit, exceptis immunitatibus conceſſis venientibus ad habitandum, cenſetur reuocaſſe omnes alias exemptiones etiam ex contractu propter exceptionem prædictam: Alex. *conſil. 216. Nec arguendi*, per totum, maxime *num. 29. verſ. decimo conſidero. lib. 2.*

6. Romanum Studium habet priuilegium à Bonifacio VIII. quod docentes vel audientes in Studio prædicto omnium beneficiorum cum Cura vel ſine, percipiant fructus integre, quemadmodum ſi reſiderent, exceptis diſtributionibus quotidianis: Oldrad. *conſil. 117. Bonæ memoriæ*; vbi, quod eſt priuilegium datum cauſæ, non perſonæ, & eſt ampliandum, & omnes cauſas etiam reſidendi per annum gratis, etiam quod ſit in ſacris, comprehendit.

7. Romani habent conſuetudinem dandi miſeras oblationes, quia dant filum, fabam, vel ſimiles miſerias: Oldrad. *conſil. 62. col. 2. verſ. præterea pater ſanctiſsime.*

8. Sunt tamen deuoti Eccleſiæ vna cum Guelphis, Italis, & Hiſpanis, inquit idem Oldrad. *d. conſ. 62. col. 3. n. 5. ver. nam pro certo.*

9. Romana Curia habet praxim diuerſam ab aliis in multis, quia licet in criminalibus vbique ſeruetur, & ſit de iure quod exprimatur locus & tempus, tamen quando per viam exceptionis, non ſeruatur in Curia Romana: Clar. *in §. fin q. 12. n. 11.*

10. Impetrans beneficium per priuationem obtinet in forma, & debet ſe inſcribere ad pœnam talionis: Clar. *dict. quæſtio. 12. in §. fin. numero 18.*

11. Litteræ ſuper reuelatione rei furatæ poſſunt concedi ex officio, non ad inſtantiam partis, ſed de ſtylo Curiæ Romanæ conceduntur etiam ad inſtantiam partis Clar. *in* §. *fin. q.* 27. *n.* 4.

12. Citatio debet perſonaliter fieri, & dari copia citato, vt teneatur comparere ſecundum ſtylum Romanæ Curiæ. Clar. *d.* §. *fin. q.* 31. *nu.* 18, *verſ. ſcias.*

13. Procurator non admittitur in cauſa capitali, tamen in caſibus, in quibus poteſt procedi contra mortuum, admittitur procurator de ſtylo Curiæ Romanæ: Clar. *d.* §. *fin. q.* 32. *n.* 15. *v. debes ſcire.*

MARESCALLVS CVRIÆ Romanæ quam iuriſdictionem haberet.

1. MAreſcallus Curiæ Romanæ cognoſcit delicta reorum, & punit, & de conſuetudine non remittit delinquentes in locis delictorum commiſſorum: Oldrad. *conſ.* 124. *Quod remiſſi.*

2. Amplia, quod dicitur iudex ordinarius: Oldrad. *conſ.* 301. *in prin.* & latius *conſ.* 302. *n.* 6. *v. non obſtat.*

3. Et habet fiſcum, & ſibi ipſi applicat pœnas delinquentium: Oldrad. *d. conſ.* 302. *num.* 6. 7. & 8. vbi etiam quod de conſuetudine ius dicit in cauſa applicationis pœnarum fiſco ſuo.

4. Succedit Curialibus omnibus decedentibus loco fiſci, deficientibus agnatis vel cognatis, ſecundum Oldrad. *conſ.* 303. *in prin.* licet ipſe prætenderet ſuccedere etiam excluſis agnatis vel cognatis.

5. An habeat iuriſdictionem à Papa, vel Imperatore, ita vt coram eo ſeruetur ius Canonicum vel Ciuile, tenet Oldrad. quod à Papa, in *conſ.* 301. *n.* 3. *v. non obſtat ſi dicatur.*

6. Contrarium, quod imo ab Imperatore, tenet idem *conſ.* 302. *nu.* 8. *v.* & *poteſt dici.*

ROMA-

Digitized by Google

ROMANA ECCLESIA GVERRAS HABVIT *diuerſas, & cum quibus.*

1. ROmana Eccleſia habuit guerras in prouincia Romandiolæ, vt refert Cald. *conſ.* 83. *quod eſt* 3. *de offi. de leg.*

2. Et Romana ciuitas, & aliæ ciuitates fuerunt occupatæ per Regẽ Ladislaum, pro quarum recuperatione Papa conduxit Comitem Montis Feretri ſub promiſſione & obligatione de ſoluendis ducatis octuaginta millibus, pro quibus apud Comitem fideiuſſit Reſpublica Florentina, vt per Gemin. *conſ.* 74. *per tot.* maxime *n.* 7. pro quorum ſolutione Papa conceſſit, quod Florentini exigerent hanc ſummam à Clero ſibi ſuppoſito.

SPECIALIA ALIQVA VRBIS ROMAE.

1. ROmana Ciuitas habet conſuetudinem, quod Curiales, & peregrini accipiunt Sacramentum à fratribus S. Antonij de Vienna, non à Parochianis exemplo temporalis iuriſdictionis antiquæ, quia duo erant Prætores Vrbani, qui præerat ciuib. & qui præerat peregrinis: Oldr. *conſ.* 211. per totum.

2. Abbas licet debeat eſſe Clericus, tamen ſpeciale eſt in Curia, vt poſſit eſſe merus laicus: Abb. in *c. tuam, in fi. de ætat. & qual it.*

MEMBRVM LXIX.

MEDIOLANI CIVITAS, STATVTA, *conſuetudines, & priuilegia.*

1. ANno Domini 1330. fuerunt compilata ſtatuta Mediolani, & iterum 1351. reformat , & diſpoſitum, quod ſtatuta omnia ſint abrogata, quæ non ſunt in volumine nouiter compilato: Signor. *conſ.* 202.

2. Ciuitas Mediolani fuit Bernabonis & Galeatij Vicecomitum fratrũ, qui omnia bona diuiſerunt præter ciuitatem Mediolani, quam retinuerunt communem: Lap. *allegat.* 49. *n.* 7. *vtr.* 3. *membrum.*

3. Regia ciuitas eſt ciuitas Mediolani metropolis, & eſt principalis inter ciuitates Lombardiæ ab immemorabili tempore, & habet Studium de conſuetudine immemorabili, ſicut Patauium: Bald. *conſil.* 163. *Factum ſic ſe habet, lib.* 2. quod duplicatur *conſ.* 77 *Caſus talis eſt, lib.* 5.

X 4. Ad-

Digitized by Google

4. AduocatiMediolanenſes non curant, quod officium Notariatus, tãquam vile, non conueniat Aduocato ſecundum Gl. in *l. nulli ue ſos, C. ded. rur. lib.*10. quia ipſi licet ſint Aduocati, etiam faciunt officium Notarij: Calder. *conſ.*175 *cir. prin. ver. ſed iis non obſtantibus*, alias 2. *de fid. inſtrum.*

5. Gabella ſalis eſt Communis Mediolani, quæ locabatur per Vicarium duodecim prouiſionum: Sign *conſ.* 22. *In quæſtione vertenti*, per torum.

6. Et in cauſis gabellæ non datur appellatio: Soc. *conſ.*195. *Circa pr. mum, in prin. lib.* 2.

7. Ambaſciatores Mediolani apud Imperatorem Conſtantinopolitanum fuerunt, quib. Imp. munera præbuit, vt notatur in *l ſi vero*, §. *item quicqui l. ff. ſolut. matr.* Bal. *conſ.*194. *in pr. lib* 2, Ang. *conſ.* 319. *n.* 4. *verſ. pro hoc etiam fa it.*

8. Vicarius Poteſtatis Mediolani ex forma ſtatutorum poteſt, quicquid poteſt Poteſtas: Ang. *conſ.*217. *n. ver. ſententia v. ra lata.*

9. Magiſtratus intratarum, & illius Officiales non poſſunt conſtituere ſalarium Officialib. ſine licentia Principis, & litteris dicti Magiſtratus non creditur, quod ſalarium debeatur, quia non poſſunt diſponere: A ex. *conſ.* 206. *In pr. l b.* 2.

10. Statutum Mediolani, quod mortuo aliquo poſſ. ſſio bonorũ tranſeat in hæredem eius ipſo iure ſine aliqua apprehenſione: & ſi quis non hæres ingrediatur in poſſeſſionem bonorum, ingreſſus ſit nullius momenti: Bald. *conſ.* 141. *Præm ſſis verbis, in pr. lib.* 1 & de eod. ſtatuto, quod tenuta data non citato filio ſit nulla: Bal. *conſ.*181 *lib.* 1.

11. Statutum etiam circa vltimas volũtates Mediolani diſponit, quod volens teſtari, vel relinquere, poſſit adhibitis quinq; teſtib. & tribus Notarijs: Bal. *d. conſ.*141. *in pr. li.* 1.

12. Item quod vicini litigantes poſſi t compelli ad cõpromittendum, quod intelligitur de vicinis eiuſd contradæ ſecundum communem vſum loquendi: Sign. *conſ.* 22. *Q i di antur, in fin.*

13. Statutum c r a filiationem probandam vel conſanguinitatem diſponit, quod poſſit probari per inſtrumentum à 30 annis retro, vel per probationem vocis & famæ factæ per tres teſtes bonæ famæ & opinionis: Bal. *d. conſ.* 141 *in pr. ver. item præſuppoſitu, lib.* 1.

14. Statutum Mediolani circa præſcriptiones, & de eorum intelligentia Bal. *conſ.*180. *Præſuppoſitis ver. is, lib* 1 & de directo conſuluit idem Bal. ſuper eod ſtatuto, quod cõprehendat hypothecariam, *conſ.*463 *lib.* 5. cui ſubſcripſerunt Chriſtop. Caſtellionus, Ioan. Caſtellionus, & Gualt. de Zazijs.

15. Præ-

15. Præſcribitur ſcriptum debiti, ſi creditor per 12. annos non petierit, non ex negligentia, ſed quia præſumitur ſatisfactio: Cuma. *conſ.77. Suppoſitis ſtatutis, per tot.* vbi quod ſimile ſtatutum eſt Cumis, & habet locum etiam in ſcriptis ante ſtatutum Mediolani.

16. Intereſſe ſecundum ſtatutum Mediolani poteſt probari per iuramentum ad rationem denariorum 26. pro libra in caſibus in quib. de iure Canonico poſſet peti: Cuma. *conſ.140. P. laicus*, vbi quod habet locum etiam contra Clericum litigantem in foro ſeculari, vbi multa dicit.

17. Falliti fugientes obligant fratres ſtantes ad eund. panem & vinum, etiam ex contractib. factis & faciendis, quod intellige ante fallimentum, ſecundum Cuman. *conſ.146. Simon & Helias*, vbi quod eſt odioſum, & intelligitur de fugiente ex ciuitate, in qua eſt ſtatutum, non de alia, & quod ſimile ſtatutum eſt Cumis.

18 Statutum Mercatorum eſt Mediolani contra fallitos, ne poſſint receptari ab aliquo, etiam à patre, matre, fratrib. & alijs ſub certa pœna: Bald. *conſ.250. In quæſt. Domini Milani, n.7. ver. verba autem ſtatuti, lib.1. vbi n. 9. & ſeq.* declarat huiuſmodi ſtatutum qualiter intelligatur, & contra quos receptatores locum habeat, & quos excuſet, plene per eum, *& conſ.382. In quæſt. n.8. ſeq. ver. verba autem ſtatuti, lib.5.* vbi multas quæſtiones ponit.

19. Item quod bona fugitiuorum diuidantur inter creditores proportionaliter, nulla habita ratione prioritatis vel potioritatis, de quo Bal. *conſ. 396. Caſus aſſeritur, n 1. lib.5.* quod duplicatur *conſ.249. lib.1.*

20. Statutum Mediolani eſt, quod nulla mulier ſe nubat extra iuriſdictionē Cōmunis Mediolani cum hæreditate, & ſi nupta fuerit extra iuriſdictionē, non ſuccedat alicui de iuriſdictione Mediolani, ſed illa hæreditas perueniat in agnatos proximiores, vel alios propinquos, & hoc ſiue perueniat ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, &c. ſuper quo Bald. *conſ. 357. lib.1.* vbi ponit verba ſtatuti, & dicit non habere locum in muliere filiafam. nupta à patre, & de eodem ſtatuto Bald. *conſ.411. Quidam Mediolani, lib.1.* vbi declarat quando habeat locum, vel non: & idem Bal. *conſ.393. Quæritur vtrum, libr. 5.* vbi quod intelligitur ſtatutum cum hæreditate, videlicet delata & adita, hoc eſt, mulier habens hæreditatem non nubat, & ſic verbum, *cum hæreditate*, ſtat ex parte ſuppoſiti, non ex parte appoſiti.

21. Contrarium; quod non habet locum ſtatutum, quando antequam nuberet, adiuit hæreditatem delatam, Bald. *in l. ſi mater viua, Cod. de ſuis & legit.* quem ſequitur Rom. *conſ.40. Viſis, num 3.* & ibi Apoſtil. in verb. *D. Bald.* dat concord. & dicit communem: adde Corn. *conſ.30. n. 12. lib.4.*

22. Item quod nullus ſubditus alienet in non ſubditū rē imobilē, niſi

ſoluat Communi tantum pro libra, quod ſtatutum compræhendit, vt Eccleſiaſticis perſonis non poſſit fieri alienatio, & non dicitur contra libertatem Eccleſiæ, ex quo ſimpliciter nō prohibet, ſed cum limitatione, & principaliter non fit in præiudicium Eccleſiarum: Signor. Homod. *conſ. 21. per tot. Statuto ciuitatis*, vbi latiſſime.

23. Statutum, quod ceſſio non valeat, niſi iuret ceſſionarius validam eſſe, operatur, vt non poſſit iurare, & ſit nulla, quādo ex contrario inſtrumēto iuratō apparet, quod eſt ſimulata, & habet nudū nomē: Zabar. *conſ. 125. in fi.*

24. Item ſtatutum, quod ceſſio non valeat facta in forenſem: Zabarel. *conſ. 125. in fin.*

25. Item quod alienatio bonorum ſtabilium non poſſit fieri in extraneos, quod comprehendat Clericos & Eccleſias: Tiraquel. plene *de retract. lignag. §. 1 gl. 13, n. 5. ver. & in fi nili*, Alex *conſ. 143. Viſo ſtatuto, n 5. l b. 7.* tamen multo plures, quod non comprehendat Clericos, Tiraq. *de legib. connub. gl. 8. n. 172. q. 18.* ita quod fatetur eſſe dubium, niſi eſſet ſtatutum mixtum Clericorum & Laicorum.

26. Item quod mater non ſuccedat deſcendentibus, ſi extant agnati defuncti vſque ad ſeptimum gradum, ſed ſit contenta vſufructu illius portionis, quæ ſibi debetur de iure in proprietate: Sign. *conſ. 166. Q. eſt. diſputanda*, vbi plene, quod non habet locum contra mulierem, quin ſuccedat filio ſtantib. agnatis forenſibus, quia de intentione ſtatuti non eſt nocere mulieri ciui, & priuilegiare forenſes. Vide in fine Conſilij.

27. Habet locum in omnib. bonis etiam extra territorium, quando decedit in ciuitate Mediolani inteſtatus, ſiue ſit ſubditus, ſiue forenſis, ſecus ſi eſſet impubes, qui non poſſet teſtari: Sign. *d. conſ. 166. per tot* vbi eſt caſus.

28. Item verbum *ſuccedat*, eſt directum, non commune Signorol. plura *conſ. 189. n. 2.* vbi quod Collegium Docto. Mediolani ita iudicauit: & idem dicit *c. nſ. 181. n. 4. in fi.* vbi allegat cauſam, in qua fuit iudicatum, fuiſſe Peruſina.

29. Item in illa opinione controuerſa, an infans tranſmittat hæreditatem non aditam matri, & quod ſic eſt opinio communis, & ita practicari in ciuitate Mediolani, dicit Sign. *conſ. 238. n. 14. in fi.*

30. Inteſtato ſuccedunt proximiores agnati tranſuerſales, vſque ad ſeptimum gradum excluſis fœminis, quod ſtatutum non habet locum in pupillo, quia non poteſt teſtari, quia non eſt inteſtabilis ſtante alio ſtatuto, quod ad literam intelligatur: Sign. *conſ. 101.* per tot.

31. Statutū Mediolani, quod extantib. agnatis cognati repellantur ab hære-

Digitized by Google

hæreditate defuncti etiam in conſequentiam defert tutelam agnatis remotioribus, quia venit in ſequelam delationis hæreditatis: Sign. Homod. *conſ.2. Statuto ciuitatis Mediolani*, per totum.

32. Item ſtatutum, quod maritus per duos annos à die contracti matrimonii confitendo dotem non præiudicet creditorib. etiam poſterioribus: Sign. conſ. 202. vbi quod bene præiudicat de iure communi: ideo ſi ſtatutum eſt ſublatum, præiudicat creditoribus creatis poſt vltimum ſtatutum.

33. Item, quod inſtrumenta debeant rogari à duobus Notariis, & rogata ab vno non valeant. quod ſtatutum valet: Bald. *conſ.101. Nobiles viri, nu.4. ver. quarto ſi per ſtatutum, & n.12. verſ. venio ad quartum, & conſ.* 102. *Omnis poteſtas, n.8. ver. vltimo videamus, lib.3.* vbi, quod debet ſeruari in omnibus inſtrumentis. & idem dicit Caſtrenſ. *conſ.203 n.2. lib.2.* vbi, quod ſi non adeſt rogitus ſecundi notarij, non habet exequutionem paratam, & facta eſt ipſo iure nulla, vel debet reuocari.

34. Item, quod vſusfructus relictus per maritum vxori reſtringatur ad ſola alimenta: Bald. *conſ.119. Factum proponitur eſſe, li.3.* vbi inſeritur ſtatutum, & dicit quod eſt odioſum, & non extenditur ad bona extra territorium Mediolani, quando Mediolanenſis origine alibi etiam habebat bona, & alibi habitabat.

35. Item; quod pacti de ingrediendo propria authoritate non vendicent locum contra tertium poſſeſſorem, niſi dato libello; item quod ſententia lata in reali, vel iure ſcripta exequatur contra tertium, niſi doceat poſſediſſe ab alio meliora iura habente, quam debitor, ſuper quibus Sign. *conſ.4. Statuto ciuitatis*, per totum, vbi quod is, qui egit contra obligatum ex pacto, non dicitur egiſſe reali, ſed perſonali; ideo tenetur agere contra tertium dato libello.

36. Si verò actum eſſet petitione hæreditatis, dicitur actum reali, licet quoad effectum ſit mixta actio. ideo ſtatutum habet locum, & talis ſententia debet exequi contra tertium poſſeſſorem: Sign. *conſ.* 48. *Quæritur ſi petiti. per tot.* vbi in fine, quod ita de facto obtinuit.

37. Item circa conſilium ſapientis, quod iudex teneatur dare conſultorem, ſi petatur, etiam quod per calumniam peteretur. quod ſtatutum nō valet: Sign. *conſ.56. Statuto ciuitatis, per tot.* vbi in fine Apoſtil. dicit, quod eſt communis opinio.

38. Item, quod quis poſſit luere rem immobilem paternalem infra annum & diem, & requirit probationē, quod deſcendat ex eodē parente, quo venditor, alias non ſufficeret, quod eſſet de eadē parentela: Sign. *conſ.* 81. *In quæſtione vertente, per tot.* vbi, quod annus & dies incipit à die venditionis.

Digitized by Google

39. Conſuetudo Mediolani eſt, quod debitores poſſunt carcerari ad inſtantiam creditoris: Sign. *conſ.* 97. *Quæſtio diſputandi*, vbi quod habet locum, etiamſi Princeps ſemel liberauerit carceratos.

40. Item, quod non valeat legitimatio facta de ſpurio & illegitimo, niſi ſit de conſenſu eius, cui ſucceſſurus eſt: Signorol. *conſ.* 219. *col.* 2. *ver. præterea præſupponitur ſtatutum*, vbi *num.* 14. *ver. nec prædictis obſtat*, dicit, quod derogatio ſtatutorum in genere facta per Imperatorem non tollit ſtatuta Mediolani facta, & confirmata ab habentibus facultatem ab Imperatore, niſi fiat mentio ſpecialis.

41. Item, ſtatutum eſt Mediolani, quod habens XVIII. annos, ſit perſona legitima in iudicijs, in aliis omnibus requiratur ætas XX. annorum, quod ſtatutum non habet locum, ſi minor XX. in iudicio citatus confitetur ante libellum, quia non eſt iudicium ante, & fraudaretur ſtatutum: Signor. *conſ.* 161. *ſtatuto ciuitatis, per tot.*

42. Item quod in alienatione & obligatione mulieris adſit neceſſarius conſenſus mariti, ſi eſt nupta, alias agnatorum: Sign. *conſ.* 164. *ſtatuto ciuitatis*, vbi quod non habet locum in aditione hæreditatis, ſed Apoſtil. ibi in fi. dicit communem in contrarium, ſecus ſi ſtatutum diceret, quod non poſſit contrahere.

43. Statutum, quod credatur ſcripturis regiſtratis in libris, & actis Gubernatoris Mediolani, debet intelligi, quod probet talis copia & exemplũ regiſtratum ſolum quoad ſubditos, & in territorio ſtatuentium: Alex. *conſ.* 138. *Opportune, col.* 3. *n* 4 *& ſeq. ver. nec obſtat, li.* 1. vbi allegat plura ſimilia de ſtatuto mercatorum, quia ſolum ſeruatur in curia mercatorum.

44. Statutum criminale, quod poſſit procedi per inquiſitionem, daturũ diem vtilem reo, antequã contra eum procedatur, & eſt formale, quia nõ dato termino proceſſus nullus, & confeſſio nulla redditur: Sign *conſ.* 11. *In quæſtione Pet. i*, & tuetur hanc partem, etiamſi reus ſponte confeſſus ſit homicidiũ, quia non poteſt condẽnari non ſeruato ſtatuto: Sign. *conſ.* 155. *per tot.*

45. Item, quod ſi iudex incœpit inquirere de delicto, ſuperueniente accuſatore ceſſet inquiſitio, ſed procedatur per accuſationem: Sign. *conſ.* 46. *Statuto ciuitatis Mediolani*, vbi quod ſi accuſator deſiſtat, poteſt continuari inquiſitio, ſecus ſi ſtatutum diceret, quod extinguatur inquiſitio ſuperueniente accuſatore.

46. Banniti poſſunt impune offendi, & banniti ex ciuitate Mediolani ſunt banniti etiam ex Placentia, & aliis ciuitatibus: ideo in eis poterunt impune offendi, etiamſi in contumaciam ſint banniti: Sign. *conſ.* 89. *Præſupponitur inſ aſcriptum ſtatutum, per tot.*

47. Con-

47. Conſuetudo eſt Mediolani, quod accuſatio vel inquiſitio cũ qualitate procedat probata qualitate, alias debet ſequi abſolutio: Sign. *conſ. 245. n. 14.* vbi, quod eadẽ conſuetudo eſt in Lombardia, & conformis iuri.

48. Item, quod licet teſtes non poſſint directe examinari publicatis atteſtationibus, & dicitis teſtificatis, bene poteſt fieri directa probatio contra teſtes, & ita fuit obtentum in contradictorio per Signorolum contra Albericum de Roſate, in cauſa Comitum de Camixano: Sign. *conſ. 243. nu. 10. ver. it. m non obſtat.*

49. Item teſtes non publicati, vel male publicati, probant in alia cauſa inter eaſdem perſonas, quando ſunt mortui, ſi viuunt parte volente debẽt repeti, & hanc diſtinctionem inter opiniones Gloſſarum contrarias tenuit Collegium Doctorum Mediolani: Sign. *conſ. 201. in fi.*

50. Conſtitutio ſeu decretum Mediolani ſuper pecuniis & redditibus Ducis punit ſibi appropriantes pecunias vel bona Cameræ ad reſtitutionem, & quadruplum: Alex. *conſ. 206. Viſo themate, lib. 2.* vbi, quod quidam Lochinus Officialis fuit condemnatus ad pœnam quadrupli ex pluribus capitibus, non obſtante atteſtatione magiſtratus intratarum, quod ſibi deberetur ex ſalario.

SENATVS MEDIOLANI POTEST legem condere, & alia.

1. LEgem condere poteſt Senatus Mediolani, & quilibet Senatus, *l. non ambigitur. ff. de leg b.*

2. Extende, quia imo deciſiones Senatus pro legibus ſeruantur: Clar. in *§. fi. q. 38. n. 8. verſ. vidi aliquando.*

3. Et procedit extenſio, etiamſi deciſio Senatus ſit contra communem opinionem: Clar. in *§ Sodomia, n. 6 verſ. item Sodomita*, vbi quod licet magis communis opinio ſit, quod bona Sodomitarum ſint confiſcanda, quia tamen Senatus contrarium declarauit, talis declaratio debet pro lege ſeruari.

4. Et ſententia, quæ non valet vt ſententia, ſed poteſt valere vt diſpenſatio, ſuſtinetur ſi facta eſt à Senatu habente hanc authoritatem ex certa ſcientia: Boſſ. *tit. banniti quid. mittant, n. 3. circa fi. verſ. ſucceſſiue quæro*, Clar. in *§. fi. q 57. n. 9.*

5. Limita, quia Senatus non ſe intromittit circa ea, quæ reſpiciunt ſupremum gubernium vel gratiam; ideo non remitteret carceratum alicui Principi vel Iudici extra ſtatum, quia hoc ſpectat ad Gu-

ad Gubernatorem vel Regem: Clar. *d. q. 38 in §. fin. n. 22. verſ. ſed quid ſi iudex, in fi.*

MEMBRVM LXX.

IANVAE CIVITAS, STATVTA, conſuetudines, & priuilegia.

1. IAnuenſis Archiepiſcopus habet priuilegia concordata in Concilio Conſtantien. ſub Martino Papa V. vt ſibi non obſtent reſeruationes Papæ de beneficiis Eccleſiaſticis, niſi quoad reſeruationes, quæ ſunt in Corpore Iuris: Gemin. *conſ. 36. Quod collatio, per tot.* vbi quod extenduntur talia Concordata ad alios Collatores in diœceſi Ianuenſi, & latius *conſ. 56. per tot.* vbi quod reſeruatio Papæ contraria non derogat prouiſioni Ordinariæ Archiepiſcopi Ianuenſis. & dicit, quod habent eadem priuilegia, quæ habent Germani, quibus Concordata ſunt conceſſa, quia pro extenſione ad ciuitatem Ianuæ omnia cenſentur conceſſa.

2. Ciuitas Ianuæ fuit Domina Cypri, vbi tenebat Admiratum, & alios Officiales, vt per Bald. *conſ. 378. Semper ſaluo ſaniori, lib. 5.* vbi eſt caſus, qui incipit, *Caſus præſentis quæſtionis,* in quo narratur, quod de anno 1352. ſubiugarunt inſulam ad vindictam necis quorundam Ianuenſium.

Vide, *Rex Cypri recognoſcit Imperium, & aliqua facta de Regno.*

3. Et ratione quarundam pecuniarum debitarum Ianuenſibus, qui pro liberatione ſua dedit Communi Ianuæ liberam ciuitatem Auguſtæ: Bald. *conſ. 182. Caſus talis eſt, lib 5.*

4. Guerram habuit cum Piſanis, & fecerunt treguam per multos annos cum obligatione, quod Piſani non poſſent recapitare bannitos Ianuēſium: Ang. *conſ. 261. Punctus eſt, in anno,* vbi quod non trahitur diſpoſitio ad bannitos poſt pacem, & obligationem.

5. Item guerram habuit cum Venetis, & fecerunt pacem, & inter alia conuentum fuit, quod Ianuenſes cum naualiis armatis non poſſent nauigare in gulpho Venetorum, ſed ſolum pro mercantiis, & bona fide, neque Veneti vltra portum Piſanum: Ang. *conſ. 290. Thema eſt tale,* per totum, vbi quod non poſſunt Veneti impedire nauigationem directe, neq; per indirectū denegādo portus, vel augēdo datia, & gabellas Ianuenſib. neq; ecōtra.

6. Et iterum tempore, quo hæc ciuitas erat Regis Franciæ, Carolus Zeno,

Zeno deprædatus eſt naues Ianuenſium, & Gubernatoris Regij: poſtea fecerunt pacem, & cum quædam nauis Veneta perueniſſet in portum Ianuę, fuit retenta per Gubernatorem: Caſtr. *conſ.* 424. *Quia ſcio, in princ. lib.* 1. dicit, Ianuenſes teneri pro ſuo Capitaneo, quia conduxit res deprædatas Venetiis, & ipſi ratum habuerunt, etiamſi nauis contineat bona, & merces Venetorum priuatorum, qui hoc caſu pro Communitate obligantur, & n. 8. inſerit verba Pacis & concordiæ.

7. Dux Ianuæ non præeſt Ianuenſibus, ita vt ſit Dominus, ſed eſt creatura ciuitatis; ideo po. eſt ab eis ex cauſa deponi, quia non confirmatur ab aliquo ſuperiore, & licet Imperator electus à populo Romano non poſſit deponi, illud tamen eſt de iure Romanorum, ſed ſecus de iure libertatis Ianuenſium: Bald. *conſilio trecenteſimo vigeſimo quinto, Super primo puncto, & conſilio* 326. *Super puncto, lib.* 5. vbi, quod valet priuatio facta de Antonietto Duce.

8. Quid poſſit vna cum Duodecim, & quid ſolus, vide Signor. *conſ.* 138. *in princ.*

9. Dux Mediolani fuit Dominus Ianuæ, & tunc ceſſauit Dux, quia omnis poteſtas populi & Duciſſæ translata fuit in Ducem Mediolani: Signor. *conſ.* 138. *per tot.* vbi *n.* 10. dicit eſſe ſacrilegium dubitare de authoritate Ducis Mediolani in ciuitate Ianuæ.

10. Conſuetudo Ianuæ fuit, quod nauigia & triremes ſingulo anno mittebantur in Romaniam & Syriam, ſed propter bella non potuerunt certis annis; ideo debet ciuitas facere remiſſionem conductoribus datiorum, quia contractus ſecundum conſuetudinem cenſetur factus: Signor. *conſ.* 138. *n.* 6. *& ſeq.*

11. Conſuetudo eſt Ianuæ, quod non obſtante generali liberatione facta inter ſocios, ſi poſtea alter alteri ſe obliget ex cauſa recti ſocietatis, vltima obligatio præualeat, nec poſſit dici facta ſine cauſa, neque ex cauſa falſa: Bald. *conſ.* 461. *Inter Ioannem & Aloyſium, in prin. lib.* 1.

12. Repreſaleas conceſſerunt Ianuenſes contra Florentinos ſuper denegata iuſtitia mercatori pro quarum nullitate conſuluit Ang. *d. conſ.* 196. per totum.

13. Repreſaleæ conceſſæ fuerunt per Regem Franciæ contra Ianuenſes & Saonenſes, & tandem fuit facta compoſitio, quod Rex Franciæ imponeret, prout impoſuit, quandam gabellam Ianuenſibus: Signorol. *conſilio* 215. *Factum ſic ſe habet*, vbi quod poſtea Ianuenſes locarunt gabellam Vincentio Lomellino.

14. Loca Montium S. Georgij, quæ venduntur, & alienari non poſſūt ex decreto Principis & Reipublicæ, ſi alienentur contra formam priuilegij per minorem prohibitum, Officiales montis tenentur de ſuo, nec excuſantur prætextu, quod alienatio fuit pro dotandis filiabus, vel pro legitima, vel cum authoritate matris, quia fides publica hoc non admittit, plene Alexand. *conſ.* 103. *Viſis ſcriptu*, vbi plene pro vtraq; *lib.* 2. & hanc tuetur veram, & reſpondet ad omnia contraria.

15. Et eſt franca ab omni ſuperiore, ideo poteſt concedere immunitatem, ſicut ſupremus Princeps: Bald. *conſ.* 452. *Lata fuit per tot.* maxime in fine *lib.* 3 & quod nullum recognoſcat ſuperiorem: Bald. *conſilio* 182. *numero* 3. *lib.* 5.

16. Caſtrum S. Romuli eſt de diſtrictu Ianuæ, ſed non ſunt Ianuenſes, quia ſunt recommendati, & non in totum ſuppoſiti: Anch. *conſ.* 437. *Iſta, ex tentia.*

17. Statutum Ianuæ circa teſtamenta & ſubſtitutiones diſponit, quod habilis ad teſtandum ſi teſtetur coram quinq; teſtibus, valeat omnis ſubſtitutio etiam non facta ſecundum leges: Bald. *conſ.* 129 *in prin. lib.* 1.

18. Item quod ſi pater vel auus ſubſtituat ut filio, ſeruetur quod ordinarunt, & cenſeatur ſubſtituiſſe expreſſe, vulgariter, & pupillariter, ita quod mater nihil conſequatur: Bald. *conſ.* 129. *in prin. lib.* 1.

19. Item quod à ſententia diffinitiua poſſit appellari, & peti conſilium ſapientis, quod iudex ſequi debeat, ſi feratur infra XX dies: Bald. *conſ.* 169. *Statuto ciuitatis Ianuæ, & conſ.* 172. *lib.* 1. vbi qualiter intelligatur.

20. Item quod nullus Officialis, Prætor, vel Conſul, durante Officio, poſſit aliquid accipere per ſe, vel per ſuppoſitam perſonam: Bal. *conſ.* 194. *Præmiſſis verbis, lib* 2. vbi an habeat locum in Ambaſciatore, vel eius Conſiliario, & ibi dicit, quod non, licet contrarium de directo dicat *conſ.* 378. *li.* 5.

21. Statutum eſt Ianuæ circa ſequeſtra, quod obtinens ſequeſtrum debeat infra octo dies dare petitionem pro confirmatione ſequeſtri, alias habeatur pro non facta: Bal. *conſ.* 417. *Caſus talis eſt, in pr. n.* vbi *n.* 4 dicit, quod ſi detur petitio per falſum procuratorem infra octo dies, & ſequatur ratificatio poſt octo dies, non valet ſequeſtrum *lib* 2.

22. Item ſtatutum, quod mulieres poſſint agere per ſe, & procuratores, dummodo cum conſenſu duorum proximiorum, & decreto magiſtratus: Bald. *conſ.* 417. *in fi. ver. ſed tamen qu a, lib.* 2. vbi quod procedit iudicium fauore mulierum, ſi eis nihil fuit oppoſitum, & plenius de hoc ſtatuto, vbi ponitur ad litteram, per Bald. *conſ.* 498 *Caſus ſuper nono, lib.* 1.

23. Sta-

23. Statutum eſt Ianuæ, quod ſortiatur ibi forum quilibet ratione contractus, quod intelligi debet, ſi ibi eſt celebrata obligatio, non autem ſi ibi eſt deſtinata ſolutio obligationis alibi celebratæ; quia ſi debitor ibi non reperitur, neque ibi habeat domicilium, non poteſt ibi conueniri, etiamſi Ianuæ habeat procuratorem generalem: Bal.*conſ.167.Verba dicunt, n.4.verſ. item dubitatur, lib.3.*

24. Statutum circa modum concedendi repræſaleas, & de illius obſeruantia, habes Ang.*conſ.196.Nam ſunt*, vbi ponit ad litteram quæ requirantur, & conſulit ſuper nullitate repræſalearum conceſſarum contra Florẽtinos per Ianuenſes, quia forma ſtatuti non fuit ſeruata.

25. Statutum Ianuæ ſuper exequutione ſententiarum, & inſtrumentorum diſponit, quod nulla exceptio nullitatis, falſitatis, remiſſionis, ſolutionis, vel quietationis admittatur, neq; alia quę dici poſſit impediat exequutionem, dummodo perſonæ ſint legitimæ: Ang.*conſ.96.Io.Imperialis*, vbi inſerit ſtatutum, & in fi.dicit, quod licet tutor poſſit contrahere bona fide cum pupillo, ſed durante tutela non poteſt agere, poterit agere vigore dicti ſtatuti ad exequutionem inſtrumenti.

26. Statutum circa ſucceſſionem intelligitur, prout ius commune, vt is qui admittitur ad ſucceſſionem, ſit conceptus tempore vitæ defuncti, alias ſtatutum non intrat: Fulg.*conſ.93.in prin.ver.ſed nec iure ſpeciali.*

27. Statutum de cauſis committendis, vel de compromiſſo faciendo inter Ianuenſes conſanguineos, intelligitur de habentibus domicilium, vel de ſubditis Comitatus, ſecus eſt ſi ſunt diſtrictuales recomẽdati, prout eſt caſtrum de S.Romulo: Anch.*conſ.437.Iſta ſententia.*

28. Extende, quia huiuſmodi ſtatutum de compromiſſis inter conſanguineos non habet locum in deductis per modum excipiendi, ideo ſi petatur exequutio inſtrumenti, & opponatur ſolutio, & reddi inſtrumentum cancellatum, & ſuper hoc fieri compromiſſum, non habet locum ſtatutum: ita conſuluit Bald.quem refert & ſequitur Anch.*conſ.783.Caſus ſtatuto cauetur, circa fi.ver.quarto & vltimo.*

29. Statutum Ianuæ, quod poſthumorum natiuitas non impediat diſpoſitionem teſtatoris, loquitur, quando pater teſtatus fuit inter liberos, non inter alios: Sign.*conſ.220.n.3.verſ.& prædictis non obuiant.*

30. Statutum Ianuæ de ſucceſſionibus, quod neptis vel ſoror ſuccedat decedenti ſine adſcendentibus & deſcendentibus, non excludit vxorem à beneficio, *auth.præterea, C.vnde vir & vxor*, quia inducta eſt ob pietatem, cui non cenſetur derogatum, niſi dicatur expreſſe.

Digitized by Google

SAVONENSIS CIVITAS, STATVTA, conſuetudines, & priuilegia.

1. Ciuitas Sauonenſis dicitur filia Ianuæ, quia ſubiecta eſt Ianuæ, tamen fuit aliquando in rebellione cum matre ſua: Bald. *co. ſ.* 487. *Cum ciuitas, lib.* 5.

2. Habet ſtatutum, quod in certis cauſis, & caſibus fiat compromiſſum, & non poſſit appellari à ſententia talium electoru : quod ſtatutum valet, ſed tamen eſt formale, quia forma non ſeruata datur appellatio: Signor. plene *conſ* 249. per tot. vbi inſerit ſtatutum reformatum, & multa capitul de hoc.

MEMBRVM LXXI.

FLORENTINORVM FACTA, & alia notabilia.

1. Florentini tempore, quo Rex Ladislaus occupabat vrbem Romanā, & alias ciuitates Ecclesiæ, fideiuſſores fuerunt pro Rom. Pontifice in ſummam ſcutatorum 80 mill. apud Comitem Montis Feretri conductū ab Eccleſia pro eiectione Ladislai. Gem. *conſ.* 74. *p r tot.* maxime *n.* 7.

2. Romana Curia reſidebat Florentiæ tempore Fulgoſij, vt ipſe atteſtatur. *conſ.* 236 *col fi. in prin.* vbi quod Commune Florentiæ nunquam fuit cōtra Eccleſiam, neq; tuetur Commendatos facientes bellum cum Eccleſia Rom.

3. Matrem eloquentiæ appellat Fulg. *conſ.* 15 *Proponitur quod, circa fi* vbi quod ſtudet breuitati, & quando enuntiat Petrum filium Nicolucij, omittit verbum filium, & dicit Petrus Nicolucij & idem Alex. *conſ.* 125, *n.* 3. & 6. *lib.* 7. vbi quod illa verba genitiui notant patrem.

4. Ciuitas Florentiæ fuit dominium liberum. Gem. *conſ.* 74 *n.* 2. *ver. quod autem ciuitas.*

5. Imo quod non recognoſcat ſuperiorem, ſed vices Principis teneat. Fulg. *conſ.* 149. *in prin.* Caſtr. *conſ.* 118 *Quod dicti, ver. breuiter. lib.* 1. allegat Cyn. & Bart. ita tenentes in *conſ.* 235 *col. pen ver. non ſic tamen. lib.* 1.

6. Et quod habeat iura Imperij & ſupremam iuriſdictionem. Petr. Anchar. *conſ.* 87. *Omiſſo primo, in prin.* & *conſ.* 271. *numer.* 11. *in fin.* & *conſilio* 164 *in princ.*

Digitized by Google

prin. Socin.*conſ.* 8.*n.* 3 .*lib.* 1 , Abb.*conſ.* 91.*col* 4.*in prin.lib.* 1. Felin.plene *in cap. quæ in Eccleſiarum.de conſtit.col.* 2.*in fi.ver & ita is eſt populus Florentinus*, vbi Apoſtil.in verb.*Florentinus* allegat Socin.*conſ.* 81. *In præſenti, circa med.lib.*1.plene Rom.*conſ.* 456.*In propoſito,in pr.* vbi Apoſtil.prima dat plures concord.& dicit communem.

7. Et quod ciuitas Florentiæ habeat tantam autoritatem in territorio ſuo,quantam Imperator in vniuerſo;ideo poteſt imponere ſubditis ſuis ſuperindicta & onera extraordinaria,& illa facere ordinaria,bona confiſcare,fingere prout Princeps.Abb.*conſ.*10.*Videtur* 1.*lib.*2.

8. Et quod Florentini de facto,prout Rex Franciæ non recognoſcunt Imperium,& ſi vellent poſſent de facto non ſeruare leges imperiales, tamẽ illis vtuntur.Caſtr *conſ.* 171.*Viſa & ponderata.col.* 2. *in pr. lib.*1.vbi quod bene ſubſunt legibus imperialibus,quia illis vtuntur.

9. Et de republic. Venetorum & Ianuenſium, & olim Florentinorum, quod non recognoſcant Imperium,Men.*conſ.*2.*n.*66.*& ſeq. lib.* 1. vbi quod à Rodulpho ſex millibus,& alij 12. millib. coronatis libertatem redemit.

10. Et quod Reſpub.Florentiæ æquipolleat reipub.Romanorum,cum ſuperiorem non recognoſcat ciuitas illa.Alex *conſ.*196.*Perſp.ctis.n.*3.*ver.vel republica.lib.* 6.

11. Reſpublica Florentiæ habet fiſcum, & procedit à pari cum omni priuilegio fiſci, & reputatur minor, & à pari cum minore ambulat fiſcus. Alex.*conſ* 196.*Perſpectis narratis in themate. vol.*6 *col.* 2. *n.* 3, vbi loquitur in repub.Florentina,& quod competit reſtitutio in integrum.

12. Extende, quia imo nedum habet priuilegium minoris, ſed pupilli, quod maius eſt.gl.& Bar.in *l.Reſpublica.Cod. ex quib cauſis maiores. & in l.rempub. C. de iure reipub.* Et ideò ſtatutum excipiens minorem vel pupillum, excipit fiſcum & rempub. Florentiæ abſq; extenſione, quia vbi ead.eſt ratio, ceſſat extenſio,quia eſt comprehenſio,cum inſit tacite.Bald.in *l. omnes populi.col.pen.ver.vlt.quæritur,n.* 24.*ff. d. i. ſtitia & iure.*

13. Amplia,quia æquiparatur reipub.Romanæ, vt per Alex.*d.conſ.*196. *colum.*2.*verſ.ſaltem cum reſpub.Florentina.lib.* 6.& ideo ſicut non præſcribitur contra Romanam.Bart.in *l.finali.C.de fundo patrim. lib.* 11 & per Socin.*conſ.* 166.*in cauſa Communitatis montis Nigri.colum.fin. ver.ſed clarum eſt.lib.*2.ita nec contra eam.

14. Extende quia contra fiſcum Florentiæ in ijs quæ habent continuũ & vniformem modum ſoluendi nunquam præſcribitur, vt in terminis Caſtren.*conſ.*212.*Poſtremo res iſta,col.*1.*vol.*2.in antiquis,alias ſecundum nouam

impreſſionem 313.*vol.*1.licet teneat contrarium in ijs,quæ non habent vniformem modum ſoluendi.

15. Amplia, quia reſpublica de honeſtate non ligatur proprijs ſtatutis, vt in ſimili de Duce Ferrariæ, Card.Zabar.*co ſ.*2.ſequitur Felin.*in c.* 1.*col.*9. *ver.*4 *declaratio, de conſt.*& facit Bal.*in l.omnes populi.v.r.vlt. quæritur.ff. de iuſtitia & iure.*

16. Non tamen habet maieſtatem ciuitas Florentiæ,licet poſſit condere ſtatuta, ideo crimen læſæ maieſtatis in ea non cadit de iure communi. Bald.*conſ.*58.*&* 59.*lib.*1.licet de facto ſeruetur contrarium.

17. Iura fiſcalia & regalia habet commune Florentiæ autoritate Cæſarea,vt de auditu refert Ang.*conſ.*206 *Inter ordinamenta.in pr. & conſ.* 279 *n.*3. *ver.quid dicendum.& conſ.*357.*n.*3.*in fi. v. r. de tertio.*

18. Et habet Fiſcu u & Cameram fiſcalem Bart.*in l.item veniunt.* §.*ſenatus.ff.de petit.hered.*Bat.*in l.fi.C de hered.vel actio.vend.*Rom.*conſ.* 222.Fulg.*conſ.* 37.Alex.*conſ.*31.*lib.*1.& ſuperiorem non recognoſcit. Bar. in *l.hoſtis.ff.de capti.in fin.*Soc.*conſ.*275.*vol.*2 Dec.*conſ.*121,& idem Dec.*conſ.*357. Et de ciuitate Lucana Ang.*conſ.*223.

19. Declara tamen,quia licet Florentini & Veneti non recognoſcāt imperium, neq; ſuperiorem, tamen quia vtuntur legib.communib.valet legitimatio facta per Papam, & Imperatorem in eorum territorio, propter ſupremam per tot. orbem iuriſdictionem, maxime voluntariam in legitimando, niſi contrarium appareat in ſpecie præſcriptum. late Paril. *conſ.* 10. *n.*120.*& ſeq.lib.*2.allegat Soc. Decium & alios.

20. Et quando Florentini & Lucenſes emerunt libertatem ab Imperatore, Honorius Papa lætitiam faciebat, quia Imp.abſentabatur à confinio Eccleſiæ.Neuiz.*conſ.*86.*nu.*9.ex quo infertur,quod iſtæ duæ ciuitates erant amicæ Eccleſiæ, & Sedis Apoſtolicæ.

21. Piſarum Ciuitas effecta de Comitatu Florentiæ etiam factis antequam eſſet effecta ſubiecta Caſtr.*conſ.*235. *Cum ſuper col. pen.ver.reſtat.lib.*1.

22. Et fuit grauata ciuitas Piſarum de an. 1411. ad ſoluendos florenos 2000.ſingulo menſe.Caſtr.*conſ.*233.234.*&* 235.*lib.* 1. vbi diſputatur,an ex quo fuit facta defalcatio ſeu dilatio, teneatur ſoluere operæ vti gratiata ſummam pro gratia.

23. Aretinam ciuitatem acquiſiuerunt Florentini ſub ſuo dominio ſudore & labore,vt inquit Ang.de Peruſ.*conſ.*15.Quæcunq; diximus,in fin.& quod ſit ſubdita & grauata ſit à Communi Florentiæ ad contribuendum redditibus montis Florentiæ,Abb.*conſ.*20.*lib.*2.qui dicit ipſos in bellis ſatis fuiſſe grauatos. 24. Et

Digitized by Google

24. Et dicit ſuppoſita & de territorio Florentiæ, vna cum ciuitate Piſtorij à terrendo. Io. de Andr. in *c. vt animarum. § ſtatutum. de conſt. in 6.* ſequitur Ruin. *conſ. 1. n. 2. in fi lib. 4.*

25. Contrarium, quod dicatur recomandata ciuitati Florentiæ, licet conſignauerit fortalitia & alia fieri poſſe conſenſerit per Florentinos, tamen remanet libera. Soc. *conſ. 7. lib. 1.* vbi quod Aretina Ciuitas videtur cōmendata, *& conſ. 74. n. 8. e. d. lib.* Fel. *in c poſtulaſti. n. 10. de foro competenti.*

26. Declara, quia ciuitas Piſtorij fuit reintegrata plene de an. 1420. & de an. 1440. vt dicit Soc. *conſ. 302. in pr. lib.* 2. vbi quod non poſſunt exigere Gabellas ab ijs, qui ſoluunt Florentinis, ne duplici onere grauentur, & ne derogent Gabellis ſuperiorum ſuorum.

27. Imo Fel. vbi in ſubſcriptione ad *d. conſ. Soc. 302. lib. 2:* dicit quod licet Aretini poſſint facere ſoluere æſtimum, non tamen compellunt ſoluentes Communi Florentiæ, ne duplici onere grauentur.

28. Piſtorienſis ciuitas fuit à Florentinis ſubmiſſa & acquiſita dominio ſuo de an. 1401. & caſſarunt ſtatuta vetera, & de an. 1517. conceſſerunt noua ſtatuta conformia veteribus de triennio in triennium confirmanda, & hæc confirmatio eſt burſalis pro cancellarijs, & alijs miniſtris, ideo licet nō confirmentur valent ſemel conceſſa, quoad particularia negotia, & poſſunt compelli ad confirmandum & ſoluendum quod debetur ex confirmatione. Caſtr. plene *conſ. 256. Videtur manifeſte, lib. 2. per tot.*

29. Sarzana ciuitas fuit ſubiecta Communi Florentiæ habenti ſupremam ſuperioritatem. Alex. *conſ. 35. n. 2. lib. 4 per tot.* vbi dicit idem de Caſtro nouo, & ponit tenorem capitulorum datorum à repub. Florentia; & concludit quod iuriſdictio paſſiue ineſt territorio Sarzanæ, actiue in prætore miſſo à Florentinis, exceptis aliquib. Sarzanæ competentibus prout in iure collectandi.

30. Recommendatos habet plures populus Floren. qui ſe ſuppoſuerunt ſponte, vel etiam coacte, ſed dicuntur capitulati, ei ſoluūt cenſum vel braiuon ſingulo an. & tales non ſunt ſubiecti, ſed liberi, vel remanent ſubiecti illis, quib. erant ante ſubmiſſionem, ita Gem. in. *conſ. 81.* Qui loquitur de quodam Comite, & de Eccleſiaſticis perſonis. Cor. *conſ. 184. lib.* 4. loquitur de terra Maluliani. Soc. *conſ. 7. lib. 1.* loquitur de ciuitate Aretij. Soc. *conſ. 302. li. 2.* loquitur de ciuitate Piſtorij. Caſt. *conſ. 314. Poſtremo, li. 1.* loquitur de terra Caſtilionis, & de illis de S. Geminiano, quod per contractum ſe ſuppoſuerint certis conditionib. cum Communi Florentiæ. Caſtr. *conſ. 21. n. 2. lib.* 1. & rurſus *conſ. 319.* vbi q. fuit de an. 1353. *lib.* 1. & de S. Geminiano, S. Miniato, & terra Prati. *conſ. 384. Viſu & pōderatis, col. 2. ver. remanentes, per tot. lib. 1.*

31. Leges

31. Leges ſuas & ſtatuta, licet inualida, ſeruant Florentini quicquid velint, & cantent iura in contrarium. Ita Ro. *conſ.* 392. *Circa primum. n.* 7. quem ſequitur Fel. *in c. quæ in Eccleſiarum, n.* 13. *ver. Cæterum*, vbi quod non patiuntur Florentini diſputare de eorum ſtatutis, & idem dicit plene Dec. *conſ.* 37. *In cauſæ rigoroſæ. n.* 4 *ver. præterea apud Dominos Florentinos.* Caſtr. *conſ.* 194. *Viſo ſtatuto, cir. fi. lib.* 1. vbi quod non poteſt de validitate ſtatutorum diſputari ſub pœna, vbi concludit, quod paria ſunt eſſe valida, vel ſub pœna diſputari non poſſe de validitate.

32. Florentini occuparunt multa caſtra, poſtea obtinuerunt ſibi illa cõfirmari ab Imperatore, quę confirmatio non tribuit illis titulum, quia poſſeſſio violenta non confirmatur, niſi in præiudicium confirmantis, quando ſciebat occupationem, & ita conciliantur opiniones controuerſæ, plene Alex. *conſ.* 123. ſcripſit. *col fi. n.* 28. *& ſeq. lib.* 4.

33. Declara, quia iſtud fuit, antequam eſſent moderata per nouas reformationes, ſed hodie caſſata ſunt omnia ſtatuta, quæ ſunt contra libertatẽ Eccleſiaſticam, ideo poteſt diſputari & obijci, quod ſtatutum contra libertatem Eccleſiaſticam eſt ſublatum.

34. Prouincia cenſenda eſt ciuitas Florentiæ, quia Principis locum habet, ideo prætor Florentiæ habet plenam præſidis autoritatem. Anch. *conſi.* 164. *De iuribus & efficacia, in pr & n.* 9.

35. Poteſtas Florentiæ habet plenam iuriſdictionem, & poteſt via iuris compellere officiales cõmunis grauantes tertios poſſeſſores, vt deſiſtát, q̃a nõ habẽt officiales iuriſdictionẽ priuatiuã poteſtatis. An. *conſ.* 164. *per tot.*

36. Decem baliæ ſunt officiales deputati ad gubernium ſtatus publicum, ideo non poſſunt concedere moratoriam ciuilem, quia non reſpicit ſtatum publicum. Io. de Imol. *conſ.* 52. *in prin.*

37. Sex officiales rebellionum ciuitatis, licet habeant maximam autoritatem, non tamen poſſunt contra priuilegium magnificorum Priorum, & Vexilliferi iuſtitiæ aliquid facere, quia tale priuilegium eſt à populo cõceſſum, & Conſiliarij non poterunt dando facultatem derogare huic priuilegio, quod eſt, quod per annum poſt finitum officium non poſſunt inquiri de aliquo delicto, niſi pro homicidio, vel pro vulnere cum ſanguinis profuſione. Io. de Imol. *conſ.* 107. *per tot.*

38. Priuilegium Vexilliferi iuſtitiæ, & Priorum eſt, quod durante officio, & per annum poſt depoſitum officium, non poſſunt moleſtari pro aliquo delicto, ſed ſolum pro homicidio, vel vulnere commiſſo, cum effuſione ſanguinis. Io. de Imol. *d. conſ.* 107.

39. Prati terra eſt de Comitatu Florentiæ. Ro. *conſ.* 460. *Illa verba, in fin.*

40. Guer-

Digitized by Google

40. Guerram habuit Ciuitas Florentiæ, vnita cum ciuitate Bononiæ contra Comitem Virtutum, dominum Mediolani, & tandem capitula pacis fecerunt, de quib. Ang. *conſ.* 257. *Inter capitula*, vbi conſuluit; An Paulus filius Lapi Calonchio debeat liberari à carcerib. in quib. erat, tanquam reuelator ſecretorum reipub. Comitis Virtutum.

41. Confœderationem fecit commune Florentiæ cum Dño Mantuæ, & multis alijs contra Ducem Mediolani & adhærentes inter quos fuit bellum, & cum Duce Mediolani erant Piſani & Senenſes contra Florentinos. Ange. *conſ.* 391. per tot. vbi quod multum debet Dñs Mantuæ Florentinis.

42. Guerram etiam habuit cum Duce Mediolani tempore Ioan. de Imol. qui *conſ.* 51. dicit, quod erat bellum illicitum, quia tam Florentia, quã Dux Mediolani recognoſcunt imperium, & licet de facto non recognoſcant, attendi debet quod de iure eſt, non quod de facto fiat, ideo captiui ſunt male capti in illo bello.

43. Treguam fecit cum Duce Mediolani, & Comes Rubertus, diſputatur, an ſit comprætenſus tanquam Ducis adhærens, vel ne, quia verbo adhærebat Duci, & facto adhærebat communi Florentiæ. Ang. *conſ.* 398. *Chariſsime fr. t. r*, vbi quod non eſt adhærens.

44. Item vnita cum communi Bononiæ & Aſtorgio Manfredo, fecit pacem cum Marchione Ferrariæ. Ang *conſ.* 3;7. *Inter alia Capitula.*

45. Item cum Comite Montisferetri habuit guerram commune Florentiæ, quia Comes Anto. ſpoliauerat Comitem Franciſcum Gabrielium Caſtro Cantiani, ideo Comes Anton. fecit compromiſſum in communè Florentiæ mediante Giberto Pio eius nuntio. Fulgoſ. *conſ.* 147. *Orta guerra*, *lib.* 2.

46. Confœderationem habuit Commune Florentiæ & recommendatos Comitem Vrbini, & Brachium de Fortebrachio, & cum Comes Vrbini creatus eſſet Dux Spoleti à S. R. Eccleſia, & ipſe Dux conuocaſſet omnes Communitates & terras, D. Brachius mouit litem Comiti, & ſub prætextu quod conuocaſſet communitates ſibi ſubiectas, & occupauit Eugubium & Aſſiſium Comiti Vrbini, vt per Fulg. *conſ.* 236. *Magnificum & excelſum*, vbi conſuluit, quod commune tenetur adiuuare Com. Vrbini, quia Bracchius iniuſtum bellum mouit.

47. Guerram habuit cum ciuitate Senarum de anno 1399. ſed facta eſt confœderatio inter d. duas ciuitates de anno 1404. vt refert Fulgoſ. conſ. 149. num. 3. vbi tuetur quendam malefactorem, qui exceperat homines in territorio Senarum, illoſque vendiderat inimicis captorum ad interfi-

ciendum in territorio Florentino, vt cenſeatur liberatus ex pactis confœderatis.

48. Senarum ciuitas habuit conuentionem cum Florentia, quod fiat Ius ſummarium ſubditis contra ſubditos, ſed tamen non habet locum, ſi Senenſis conuenitet Clericum beneficiatum, vel religioſum, vel etiam equitem Hieroſolymitanum, quia in generali conuentione non veniunt exempti. Soc *conſ.74.n.11.li.1.*

49. Concilium factum Senis, in quo Archiepiſc. Florentiæ interuenit, vt dicit Abb. *conſi.7.col.pen.ver.nunc deſcendo, lib.2.* vbi quod Clerus non poteſt repetere pecunias datas Archiepiſcopo pro concilio adeundo, quia pro communi vtilitate fuit.

50. Palatium vniuerſitatis Mercatorum Florentiæ fuit conceſſum per commune Florentiæ liberum mercatorib. qui tamen dicuntur ſolum habere vſum d. Palatij. Ang de Peruſ. *conſ.18. Reperitur iſta reformatio.*

51. Balnea Vulterræ fuerunt fabricata per commune Florentiæ. vide Ang. *conſ.19. Officiales Communis, per tot.*

52. Archiepiſcopum Piſanum ſuſpendi fecerunt Florentini, quia coniurauerat & ſeditionem fecerat in ciuitate contra Laurentium de Medicis.

53. Et inde Sixt⁹ IV. ſuppoſuit ciuitatẽ interdicto Eccleſiaſtico, & priuauit eam Epiſcopatu. Super quo facto ad fauorem Florentinorum, quod iniuſte fuerint Declarati interdicti & excommunicati, conſuluit Hieron. Tortus *conſ.* poſito poſt conſilia Anto. de Butr. & Cur. Sen *conſ.20* quod eſt Socini, & *conſ.21.* quod eſt Collegij Docto. Florentiæ & Fran. Aret *conſ.163.* qui omnes concorditer tenent, quod excommunicatio fuit iniuſta, quia non ſeruatis ſeruandis, & non probatis probandis, vt videri poſſunt.

54. Et commune eſt lis, & bellum inter ſummum Pontificem & ciuitatem Florentiæ, quia nedum ſuſpenderunt Archiepiſcopum in habitu Archiepiſcopali, ſed etiam legatum Cardinalem detentum habuerunt p multum tempus ſpretis Oratorib. Apoſtolicis, vt dicit Corn *conſ.1.n.5.lib.4.*

56. Archiepiſc. Florentiæ, tunc Epiſcopus, latiſſimam ab Imperatore habuit facultatẽ legitimandi, ſuper qua Anch. *conſ.108. Prima facie per tot.*

57. Archiepiſcopus Florentiæ habuit multas differentias cum Clero, ſuper quib. Abb. *conſ.7. Tria per tot libr. 2.* vbi pro Archiepiſcopo conſuluit, quod non teneatur contribuere Clero ſuper oneribus agnitis & ſolutis per Clerum ſine Archiepiſcopo, quia non valuit, quod non teneatur ad vſuras ſolutas per Clerum.

58. Item *col.4. in d. conſ.7. lib.2. verſi. expedito. 1. dubio* dicit, quod licet Epiſcopi

Digitized by Google

ſcopi non poſſint viſitando recipere niſi victualia, alias reſtituunt duplum infra menſem, & ſi non reſtituant ſuſpenduntur, & ſi poſt menſem celebrant, efficiuntur irregulates, tamen fallit in Archiepiſcopo Florentino, qui ex conſuetudine immemorabili poteſt exigere certum quid vltra victualia, & habet vim tituli, & valet, & excuſat.

59. Item in *ſi d. conſ.* dicit, quod Archiepiſcopus non tenetur contribuere Clero pro donatis Papæ ſine ſui licentia.

60. Repræſaleæ conceſſæ fuerunt per Ianuenſes contra Florentinos, pro quarum nullitate conſuluit Aug. *conſ. 196. Nam ſunt* 80.

61 Nonnulli fuerunt odibiles Reipub. & quidam Thomaſinus inſignis rebellis fuit, qui à fratre patruele fuit interfectus vigore conſtitutionis, & interficienti fuerunt promiſſi 2000. aurei, tamen verſa fuit controuerſia an deberentur, & an deputati haberent hanc facultatem, ſuper affirmatiua conſuluit Bal *conſi. 263. & 264 Q i ſeruor. publ. ca, lib. 3.*

62. Nerij ſunt nobiles feudatarij, & Tancredus fuit primus inueſtitus ab Imperatore de feudis. Anch. *conſi 308. n. 5.* vbi quod tunc erant lapſi 97. anni.

63 Onera & præſtantias licite imponere poteſt commune Florentiæ ſubditis ſuis ex conceſſione Cæſaris, quia habet iura fiſci & regalium. Ang. *conſ. 206. pe. tot.* vbi quod ex tali impoſitione obligantur loca pia, quia ſuccedunt laico obligato oneribus.

64. Officium rationeriorum erat in Ciuitate Florentiæ, coram quibus confirmabantur vel infirmabantur donationes, & eis poterat donari nomine communis Florentiæ ex particulari profeſſione d. communis. Ang. *conſ. 279. Punctus talis eſt*, in conſilijs, per tot.

65. Conſtitutio eſt circa officia, quod extractus ad officium conſeruatorum vacet ab officijs extrinſecis ciuitatis, prout è conuerſo extractus ad officium extra ciuitatem vacet ab officijs ciuitatis, euenit, quod habens officium extra ciuitatem fuit contractus ad officium conſeruatorum, & deinde finito officio ſeu durante extra ciuitatem extrahitur poteſtas Piſtorij; opponitur, quod nõ valet hæc vltima, quia eſt conſeruator extractus. Ro. *conſi. 492. In caſu*, dicit contrarium, quia extractio Conſeruatoris eſt nulla, quia habebat officium extra ciuitatem, igitur non poteſt ſortiri effectum, ergo ſecunda extractio valet, & tollit contraria.

66. Florentinorum appellatione ſimpliciter prolata veniunt municipes oẽs videl. tam ciues quam incolæ, qui ſubeunt munera, quia tantum eſt dicere Florentinus, quantum de Florentia, videl. municeps in materia repræſaliorum. Bartol. in *tractat. repræſaliorum. queſt. ſeptima. in princip. verſic. ad*

primum, vbi Apoſtil. *in verſi. ad 1. & in ver. Florentinos*, quæ dat concordantes. Bar. *in l. 1. n. 19. ff. de ad municip.*

67. Declara tamen, quia Florentini non dicuntur ad effectum repræſaliorum originarij, qui non habitant, neq; per ſe, neque per alios ſubeunt onera: ſecus, ſi ſubeunt onera Bar. *d. q. 7. ver. ad ſecundum*, vbi recitat opiniones, & ita ſec. communem vſum loquendi tenet, & idem in principalibus, ſec. eandem diſtinctionem.

68. Florentinus licet alibi contraxerit domicilium, tamen nunquam perdit forum originis, nec deſinit eſſe ciuis. *l. aſſumptio, ad municip. l. 1. & l. originem C. de mun. & incol. lib. 10.* Bal. *in l. de quib. col. 12 ff. de leg.* Alex. *conſ. 34. Viſis n. 3. lib. 5.*

69. Extende, quia quando ſtatutum originis contrariatur ſtatuto domicilij, præualet ſtatutum originis. Rom. *conſ. 39. in propoſita qu. in fin.* allegat tex. qui bene probat in *l. libertus. § præſcriptio ff. ad municip.* Alb. *in c. nulli. C. de Epiſc. & Cleric.* Gl. *in l. ciues*, vbi Luc. de Penna & Io. de Platea. *C. de incol. lib. 10.* Gl. *in l. 1. C. de mun. & orig. lib. 10.* Alex. *conſ. 100 n. 1. & 12. verſi. ex prædictis. lib. 3.* ex quo ſequitur quod locus originis eſt potentior. Gl. in *cap. ſtatutum. §. cum vero. de reſcript. in 6.* Ant. de Butr. *conſ. 21. Viſo puncto, in fine.* Fel. *in c. fi. n. 23. de foro competenti*, ſequitur Dec. in *l. ſi ead. n. 6. de offi. aſſeſſ.* Soc. in *l. cum quadam. n. 10. ff. de iuriſd. omn. iud.*

70. Ciuis Florentinus, & ſic ciues dominantis Ciuitatis ſunt capaces acquiſitionis in omnibus locis ſibi ſubiectis, etiamſi in illis extent ſtatuta, quod forenſes non poſſint acquirere, quia ipſi non ſunt habendi pro forenſibus. Corn. *conſ. 147. n. 2. ver. 2. conſidero, lib. 3.*

71. Bona ſua etiam alibi ſita poſſunt facere accaſtrari Florentiæ, & non tenentur ad onera locorum ſubiectorum, in quibus ſunt bona. Romanus *conſi. 161. Viſis.* Soc. *conſi. 129. Praſtantiſſimi. lib. 1. & conſ. 188. Circa primam concluſionem, lib. 2.*

72. Florentinus ciuis originarius ſe transferens ad locum ſubiectum S. Miniati, & ibi contrahens domicilium, & ibid. vnicam filiam habens, quã nupſit, remanet ciuis tam ipſe quam filia, adeo quod mortua filia dotata filia effecta eid. ſuccedit ſec. ſtatuta Floren. non autem ſec. ſtatuta S. Miniati, max. quia non habet niſi dotem, quæ conſiſtit in creditis. Alex. *conſil. 141. n. 17. & 20. li. 7.* Abb. *conſ. 23. n. 9.* vbi atteſtatur de communi. Ceph. *conſ. 278. n. 205. li. 2.* Bero. *q. 109. & conſ. 93. n. 43. li. 2.* vbi reſpondet ad contraria.

73. Extende, quia imo Salutati de Buzano effecti Ciues Florentiæ dominantis. Soc. Iun. *conſ. 12. libr. 3.* vbi conciliat Alex. qui tenet contrarium,

conſi.

Digitized by Google

conſ.32.Viſa conceſſione.lib.5. cum Soc.*conſ.288.lib.2.* qui tenet hanc partem pro ciuitate dominante.

74. Idem de ſtatuto S. Miniati, quod attendatur circa ſucceſſionem effecti ciuis Florentini, ſed attendi debeant ſtatuta Florentina. late Soc.*conſ.288.lib.2 in prin.per tot.lib.2.*

75. Ciues Florentini poſſunt trahere quoſcunq; de quocunque loco Ciuitati ſuppoſito, non obſtante aliquo ſtatuto edito vel edendo, vt diſponit ſtatutum fori mercatorum.*lib.4.rubr.11.*

76. Extende, quia etiam procedit in reis connexis cum ciuib. conſortibus litis, quia ratione connexitatis cauſſæ poſſunt etiam trahere illos ſubditos ad ciuitatem Florentiæ, & non poſſunt rei conuenti etiam reſpectu ipſorum declinare forum ciuitatis.*l.1.ff.quibus verb.ad eund.Iudic.* & ibi Gloſ. & Bart. I ſ. in *l.nulli.col.1.ver.tertio dicunt C. de iudi.* cum aliis cumulatis per Marſ.*ſing.*180.Bart.*in l.ſolent.n.14 ff de aliment.& cibar.legat.* Tiraq.*tract.de retract.lignag.§.26.gloſſ.1.n.33.*

77. Extende max in cauſa retractus bonorum, quia ius retractus eſt indiuiduum. Tiraq.*de retract.§.23.gloſſ.1.n.16.& de retract.conuentio.§ 1.gloſſ.6.nu.26.*

78. Ciuis Florentiæ creatus dicitur vere & proprie ciuis. Io.de An.*conſ.82.circa fi.*allegat Bart *conſ.62.lib.1.*

79. Florentini dicuntur ſtipulatæ perſonæ, quæ non præſumuntur iactare ſuum. Anch.*conſ.305 n.2.*

80. Conſuetudo eſt Florentiæ, quod cautio intelligitur cum fideiuſſore. Rom.*conſ.163.conſtitutio.col.fi.ver.vlt.*

81. Statutum Mercantiæ Florentiæ, quod ad inſtantiam ciuis forenſis poſſit conueniri, vel forenſis iudicari poſſit ſec. ſtatuta, non valet, vt ad literas iudicum mercantiæ alius iudex teneatur exequi. Io. de Imol.*conſ 127.n.4.*

82. Dotauit opera fabricæ Florentiæ multas præbendas canonicales in cathedrali, ideo ius patronatus ſpectat ad Epiſcopum & Capitulum, non autem ad Communitatem, niſi Communitas haberet Dominium bonorum operæ, Abbas *conſ.57.Attingam,per tot.*maxime in fine,*lib.1.*

83. Fiſcus Florentiæ ex forma conſtitutionis particularis habet omnia bona debitoris tacite hypothecata, & pro oneribus ſoluendis, ſicuti reſp. Romanorum, ſed tamen ſoluens pro aliquo obligato non habet idem priuilegium, quia conſtitutio non dicit, & ſi non eſſet conſtitutio, non haberet hoc priuilegium, quia vti deberet iure priuatorum. Ro.*conſ 111.Viſo puncto,* vbi Apoſtill.in *verb.hypotheca.*

Digitized by Google

84 Florentiæ & Bononiæ eſt ſtylus, quod non deſponſantur mulieres niſi in actu conducendi ad domum, & in præparamentis & iocalibus ante expendunt quaſi totam dotem. Caſt. *conſ. 154. col. 1. in fi. ver. ſtatutũ enim. li. 1.*

85. Ciues Florentini & originarij ex conuentione ſunt illi de S. Geminiano, & de S. Miniato, qui per 6. menſes habitauerint Florentiæ, illi vero de Monte Catino & Carmignano ſunt ciues de Comitatu, non ita priuilegiati. Caſtr. *d. conſ. 21. n. 2. & 3. & per tot. lib. 1.*

86. Florentiæ eſt practica & obſeruantia, quod valet præſentatio patroni de Rectore ad Eccleſiam patronatam in abſentia ſuperioris, dummodo præſentatus ſit termino præſentandi dictam præſentationem abſente patrono porrigat & præſentet ſuperiori. Lapus *allegat. 76. n. 5. in fi.* vbi recitat opin. pro vtraq; parte, & pro hac parte reſidet & dicit, quod longæua practica Florentiæ obſeruauit.

87. Stylus & practica Florentiæ, quod teſtes qui ſoluerunt vſuras, probent vſurarium, ſi iurant nolle aliquid ſibi reſtitui. Alex. *conſ. 72. Inſpecto diligenter. n. 7. l. b. 1.*

88. Vſurarij bona (licet diſputabilis ſit quæſtio) quod pro vſuris ſint hypothecata, Florentiæ fuit obtentum. Lap. *allegat. 75. n. 4. ver. ſed vnius occaſione.*

89. Vſuræ in ciuitate Florentiæ exercebantur, etiam ſuper pignoribus ad rationem 30. pro centenario, prout atteſtatur Lap. *alleg. 94.* de quodam Bonacurſio Florentino, vbi multa de more & vſu vſurariorum, & quod de more Florentinorum ſit ex pecunia depoſitata recipere vſuras. Cũma. *conſ. 8. Duo erant ſocii, in fi.*

90. Mutuum de conſuetudine Florentiæ non fit ſine Cambiis, ideo mãdatum ad recipiendum ad mutuum, habet locum cum Cambiis. Rom. *conſ. 94. n. 7. ver. quoad ſec. & conſ. 114. n. 4. ver. quoad ſec.*

91. Motiua dantur ab omnibus iudicibus, in quibus apperunt rationẽ, qua moti ſunt, & talia motiua ſunt pars ſententiæ: Soc. Iun. *conſ. 181. n. 79. lib. 2.*

92. Canonici Eccleſiæ Florentinæ de conſuetudine recipiunt diſtributiones in abſentia, non tamen minutas. Lapus *allegat. 36. in fi.*

93. Mos regionis Florentiæ eſt, quod iniuria leuis reputatur percuſſio cum pugno, ſec. Ang. in l. leuia. ff. de accuſat. quem ſequitur Alex. *conſ. 203. Super themate, n. 3.* & dicit not. Ang. *n. 2.*

94. Parochiani habentes ius præſentandi plebanum, poſſunt illud habere, nedum vt vniuerſi, ſed etiam vt ſinguli ex obſeruantia obtenta Florentiæ. Lap. *alleg. 79. In Dei nomine, in prin. ver. dico ad primam quæſt.*

95. Non

Digitized by Google

95. Non ſeruatur Florentiæ diſpoſitio, *c. quoniam, d. iure patron.* vt Epiſcopus prouideat de Rectore Eccleſiæ patronorum propter diſcordiam, quia receſſit ab aula. Lap. *alleg. 79. n. 10. in fi. ver. ad quintum.*

96. Religionem profiteri non poteſt aliquis in ciuitate Florentiæ, niſi de licentia Epiſcopi Florentini, nec religioſi aliquem ſine d. licentia, & profiteri volentem, recipere poſſunt Lap. *allegat. 87. In cauſa & q. nu 1. ver. de ſecunda*, vbi dicit continentiam duarum conſtitutionum ſuper hoc Epiſcopalium, & *n. 2. verſ. & probeſic* docet eas valere.

97. Officiales pupillorum habent curam pupillorum & bonorum eorundem, ideo tutor datur pupillis per d. officiales omnibus habentibus originem propriam vel paternam in ciuitate vel diſtrictu, vel ſi pupilli ibi habent domicilium, vel maiorem partem fortunarum ſuarum. Caſtr. *conſ. 413. Viſ. d caſu in prin. ver. reſpondetur. lib. 2.*

98. Officium quinq; Conſiliariorum mercantiæ olim de anno 1166. conſueuerat eſſe in ciuitate prædicta, ſed tamen Commune Florentiæ auxit ad 7. Conſiliarios, vt in allegat. Lap. 89. *Commune Florentia*, vbi apparet, quod apponebat de facto commune manum ad cauſas Eccleſiaſticas, & de eodem officio 5. mutato ad 7. Ang. *conſ. 214.*

99. Commune Florentiæ fecit quandam conſtitutionem contra Eccleſiaſticos quam delendam conſuluit Lap. *alleg. 93. Ad inſtantiam populi conſultus*, tanquam quod eſſet contra libertatem Eccleſiæ

100. Epiſcopalis conſtitutio eſt Florentiæ antiqua contra impedientes libertatem Eccleſiaſticam. Lap. *alleg. 93. n. 9.* qui inſerit verba inſtitutionis.

FLORENTIÆ CIVITAS, STATVTA, conſuetudines, & priuilegia.

1. CONſtitutio Epiſcopalis eſt Florentiæ, quod bona Eccleſiæ non poſſint locari vltra quinquenniū, abſq; licentia Epiſcopi vel vicarij ſub certa pœna, & contractus aliter factus ſit nullus, quæ conſtitutio anullat etiam in tempore permiſſo, ſi fiat vltra tempus. Bart. *conſ. 159 Viſa quadam, per tot.* max. in fine, vbi etiam, quod licet non extendatur, tamen recipit interpretationem paſſiuam, *lib. 1.*

2. Epiſcopalis conſtitutio eſt Florentiæ, quod in certa, & vſuræ reſtitui debeant per Epiſcopum, non autē per alios executores. Gem. *conſ. 20 nu. 2.*

3. Quod iuramentū minoris tanquam dolo & fraude extortum nō obligat,

continebat, quod non matriculati, & non exercentes artem, non poſſent imbuſſulari, neque extrahi, ſuper qua, & illius intelligentia Ang. de Peruſ. *conſ.33.ſupradicta prima*; vbi elicit & ſoluit multa dubia, & dicit notarios cōpræhendi, & quod ratio conſtitutionis fuit, vt ignauia hominum remoueretur; ſed omnes allicerentur ad exercitia.

14. Statutum, quod nullus magnatum poſſet acquirere aliqua iura vel actiones contra popularem. Ang. *conſ.228 Punctus talis.* quod habet locum etiamſi ex laudo vel compromiſſo oriantur iura.

15. Item quod magnates teneantur dare ſecuritatem, de quo ſtatuto, & quæ familiæ ſint magnatum vel popularium Dynus *conſ.27.* diſputat cōtra familiam de Ciprianis, vbi quod eſt effecta popularis, licet ſit deſcripta inter magnates.

16. Item quod non probans deducta in accuſatione incidit in pœnam, operatur, quod requiritur ſpeciale mandatum, Rom. *conſ.58. Mandatum mihi oſtenſum, in fine.*

17. Item mandatum debet produci in prima comparitione ex forma ſtatuti, quod attendi debet. Ang. *conſ.229 Ex thémate, in fi.*

18. Et licet mandatum de iure tranſiens ad hæredes non competat hæreditate iacente, tamen Florentiæ non ſeruatur de conſuetudine. Anchar. *conſ.383. Primo & ante omnia n.3.*

19. Item, quod nullus procurator audiatur pro reo, niſi ſatiſdet, intelligitur quando principalis non ſatiſdedit in mandato, ſecus ſi releuauit procuratorem ab onere ſatiſdandi, vt ſit conforme iuri Communi, & ita practicari dicit. Io. de An. *conſ.82. per tot.* & ibi Bologn. in A poſtill. & idem dicit Rom. *conſ.62. Florentina conſtitutio. in prin.* vbi Apoſtill. in *ver. r. leuaretur.* quæ citat concordantia.

20. Et idem ſtatutum loquens de forenſi actore, qui non audiatur, niſi ſatiſdet prius, non habet locum quando actor eſt ciuis ex priuilegio. Rom. *d.conſ.62.n.8.per tot.*

21. Item ſtatutum circa pannos & gabellam pannorum diſponit, quod immittens pannos forenſes in ciuitate vel diſtrictu, ſoluat ſcuta 5. pro petia panni, de cuius intelligentia Ang. *conſ.354. Pero; portuna; per tot.*

22. Statutum circa inſtantiam 60. dierum, quæ currat poſt 10. dies ad appellandum, intelligitur, ſi decima die appelletur, ſi vero ante 10. dies, currit ſtatim inſtantia. Caſtr. *conſ.117. ver. ſuper ſecundo n.3. & per tot. lib.1.* & de eodem ſtatuto Florentiæ, quod quando dirigit verba inſtantiæ, lapſa inſtantia, ſententia ſit nulla, ſecus ſi dirigat verba iudici ſub pœna. Caſtr. *conſ.140.* & latius *conſ.184. Videtur dicendum. lib.1.*

Digitized by Google

23. Statutum circa compromiſſum faciendum inter conſanguineos & conſortes de omni quæſt. eſt Florentiæ, quod ſtatutum intelligi debet ſec. illud ſtatutum, quod non liceat appellare à laudo dato. Ang. *conſ. 355. Verum per ſtatutum.*

24. Et huiuſmodi ſtatutum eſt fauorabile, & comprehendit deſcendentes omnes, etiam fœminas ex maſculis, quia dicuntur conſanguinei & conſortes. Alex. plene *conſ. de. iſtuo 125. Viſo proceſſu. lib. 7.* vbi quod dictio, *ſeu conſortes*, ſtat pro id eſt, & ſic declaratiue.

25. Quod laudum executioni mandetur, ne aliquis audiatur, volens impugnare, dicitur iniquum, & non habet locum inter laicum & Eccleſiam, imo laicus poteſt recurrere ad Eccleſiaſticum pro iuſtitia, contra iniquum ſtatutum Florentiæ, Anch. *conſ. 309. Videtur prima facie.*

26. Et ſtatutum iſtud, quod prohibet aliquid opponi contra laudum intimatum, ſed mitti debeat executioni, non tollit exceptiones, quod non eſſet compromiſſum id, ſuper quo fuit laudatum, quia nunquam cenſetur ſublata hæc exceptio. Caſt. *conſ. 413. n. 3. lib. 1.*

27. Et de hoc ſtatuto Florentiæ, quod laudum mandetur executioni, & max. ſi habet guarentigiam, Caſtr. *conſ. 260. Viſis compromiſſo. n. 4. ver. circa, ſec. lib. 1.*

28. Item quod laudum debeat notificari infra certum tempus, & ſi nõ fiat, eſt nullum, defectu ſolemnitatis. Rom. *conſ. 141. Eximie Doctor. in princ.* vbi quod habet locum etiam in ciuitate Piſarum.

29. Statutum Florentiæ, quod lauda debeant intimari, ad hoc vt afficiant, & qualiter ſit intelligendum, & qualiter ſit facienda intimatio vt ſufficiat, plene Caſtr. *conſ. 110. Videtur dicendum, per tot. lib. 1.* vbi, quod potius mens ſtatuti, quam verba ſunt attendenda.

30. Item, quod à ſententiis & laudis arbitrorum vel arbitratorum non poſſit appellari, neq; de nullitate dici, quod non habet effectum, quando laudum eſſet nullum defectu poteſtatis & compromiſſi. Angel. *conſ. 249. Philippus ci. is.*

31. Et habet locum etiam inter conſanguineos, qui compelluntur compromittere: Ang. *conſ. 355. Verum ſtatutum.*

32. Item, quod lauda debeant notificari condemnato ante executionẽ, quæ habet locum in habentib. domiciliũ, vel habitantibus in territorio, alias ſufficit intimatio per edictũ, vel non debet fieri notificatio aliqua. Ang. *conſ. 332. Viſis duob.* plenius Caſtr. *conſ. 310. Videtur dicendum lib. 1.* imo quod habeat locum etiam in ciuitate Piſarum. Rom. *d. conſ. 141. in prin.*

33. Statutum de diſgumbrando puniens conducentem non diſgumbrantem

Digitized by Google

brantem rem conductam finita locatione, excuſat habentem iuſtam cauſam, ſuper quo Caſtr.*conſ.2.Viſis omnibus.lib.1.*vbi quod excuſat quoad pœnam habentem iuſtam cauſam credendi, ſed non excuſat ab euacuatione habentem malum ius, licet credat habere bonum ius.

34. In materia huius ſtatuti de diſgumbrando Bart. in *l. ſicut.§.conſentaneum.ff.quibus modis pign. vel hypothec. ſoluit.nu.2.* Caſt.*conſ.2.& conſ.295.lib.1.* Rom.*conſ.246.per tot.* Anch.*conſ.92.per tot.*

35. Vigore huius ſtatuti.*c.58.lib.2.*quando præceptatus non ſe releuauit à præceptis, lucratur agens ex perſonali, quia poterit in petitorio obtinere contra tertium, ſi haberet priora iura, & non poſſet de iure. vide plene Neguſant.*de pign. in 3. part.2. membro. numero quinto. & ſeq.*vbi qualiter practicetur.

39. Contrarium dicit Ioan. de Imol.*conſ.110.num.6.* qui loquitur in ſtatuto ſimili Aretij, vbi, quod debet inter eos cognoſci de prioritate, quia alias ſtatutum corrigeret ius Commune, quod vult diſcuti de bono iure, & ſtatutum hoc debet admittere.

40. Vide qualiter tenutarius dicatur poſſidere vel non, in *ver. Tenuta, ſeu miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto,* Concl. 43. vbi, quod non poſſidet niſi verbo.

41. Rom.*conſ.246. Clariſſime. n.3. & 4.* tenet, quod vigore huius ſtatuti debitor, qui alienauit pendente lite, & ſeu donauit, licet poſſideat nomine emptoris, non poſſit nominare fraudulentum Dominum, ſed contra eum poſſit exequi etiam ius executiuum in perſonali.

42. Item in fine *d.conſ.246.n.10.ver.vlt.* dicit, quod ſtatutum admittit cognitionem reſpicientem bonum ius patrium, & quod omiſſio nominis nuncij in relatione tenutam non vitiat. Item dicit, quod ex quo cognoſcitur de prioritate & potioritate, tamen exceptio requirens altiorem indaginem admittitur & cognoſcitur.

43. Caſtr.*conſ.295. In cauſis & quæſt. lib.1.* tenet, quod habens tenutam à iudice, poſſit ſe releuare à præcepto, & facta releuatione, quod in petitorio præferatur creditor hypothecarius agenti ex perſonali, vbi plura dicit.

44. Alex. ſuper hoc ſtatuto *conſ.208.Viſo ſummario.li.2.per tot. maxime n.8. & ſeq.*dicit, quod bona hæredis propria non poſſunt diſgumbrari, & quod non obſtat ſtatutum, quę probationes ſufficiant in cauſa hypothecę, quod vult ſufficere probare, quod poſſidens habuit cauſam à debitore, quia dicit Alex. intelligi in illa re, & ſic tanquam à ſucceſſore debitoris.

45. Socin.*conſ.76.lib.1.*in materia ſtatuti de diſgumbrando, qd' ſi non

23. Statutum circa compromiſſum faciendum inter conſanguineos & conſortes de omni quæſt. eſt Florentiæ, quod ſtatutum intelligi debet ſec. illud ſtatutum, quod non liceat appellare à laudo dato. Ang. *conſ.* 355. *Vtrum per ſtat. tum.*

24. Et huiuſmodi ſtatutum eſt fauorabile, & comprehendit deſcendentes omnes, etiam fœminas ex maſculis, quia dicuntur conſanguinei & conſortes. Alex. plene *conſ. de. iſtuo* 125. *V ſo proceſſu. lib* 7. vbi quod dictio, *ſeu conſortes*, ſtat pro id eſt, & ſic declaratiue.

25. Quod laudum executioni mandetur, ne aliquis audiatur, volens impugnare, dicitur iniquum, & non habet locum inter laicum & Eccleſiam, imo laicus poteſt recurrere ad Eccleſiaſticum pro iuſtitia, contra iniquum ſtatutum Florentiæ. Anch. *conſ.* 309. *Videtur prima facie.*

26. Et ſtatutum iſtud, quod prohibet aliquid opponi contra laudum intimatum, ſed mitti debeat executioni, non tollit exceptiones, quod non eſſet compromiſſum id, ſuper quo fuit laudatum, quia nunquam cenſetur ſublata hæc exceptio. Caſt. *conſ.* 423 *n.* 3. *lib.* 1.

27. Et de hoc ſtatuto Florentiæ, quod laudum mandetur executioni, & max. ſi habet guarentigiam. Caſtr. *conſ.* 260. *Viſis compromiſſo. n.* 4. *ver. circa ſec. lib.* 1.

28. Item quod laudum debeat notificari infra certum tempus, & ſi nõ fiat, eſt nullum, defectu ſolemnitatis. Rom. *conſ.* 141. *Eximie Doctor. in princ.* vbi quod habet locum etiam in ciuitate Piſarum.

29. Statutum Florentiæ, quod lauda debeant intimari, ad hoc vt afficiant, & qualiter ſit intelligendum, & qualiter ſi facienda intimatio vt ſufficiat, plene Caſtr. *conſ.* 110. *Vid etur diceu dum, per tot. lib.* 1. vbi, quod potius mens ſtatuti, quam verba ſunt attendenda.

30. Item, quod à ſententiis & laudis arbitrorum vel arbitratorum non poſſit appellari, neq; de nullitate dici, quod non habet effectum, quando laudum eſſet nullum defectu poteſtatis & compromiſſi. Angel. *conſ.* 249. *Philippus ci. is.*

31. Et habet locum etiam inter conſanguineos, qui compelluntur compromittere: Ang. *conſ.* 355. *Vtrum ſtatutum.*

32. Item, quod lauda debeant notificari condemnato ante executionẽ, quæ habet locum in habentib. domiciliũ, vel habitantibus in territorio, alias ſufficit intimatio per edictũ, vel non debet fieri notificatio aliqua. Ang. *conſ.* 32. *Viſis duob.* plenius Caſtr. *conſ.* 310. *Videtur dicendum lib.* 1. imo quod habeat locum etiam in ciuitate Piſarum. Rom. *d. conſ.* 141. *in prin.*

33. Statutum de diſgumbrando puniens conducentem non diſgumbrantem

Digitized by Google

brantem rem conductam finita locatione, excuſat habentem iuſtam cauſam, ſuper quo Caſtr.*conſ.2.Viſis omnibus.lib.1*.vbi quod excuſat quoad pœnam habentem iuſtam cauſam credendi, ſed non excuſat ab euacuatione habentem malum ius, licet credat habere bonum ius.

34 In materia huius ſtatuti de diſgumbrando Bart. in *l.ſicut.§.conſentaneum.ff.quibus modis pign.vel hypothec.ſoluit.nu.2*. Caſt.*conſ.2.& conſ.295.lib.1*. Rom.*conſ.246.per tot*.Anch.*conſ.92.per tot*.

35. Vigore huius ſtatuti.*c.58.lib.2*.quando præceptatus non ſe releuauit à præceptis, lucratur agens ex perſonali, quia poterit in petitorio obtinere contra tertium, ſi haberet priora iura, & non poſſet de iure. vide plene Neguſant.*de pign in 3.part.2.membro.numero quinto. & ſeq*.vbi qualiter practicetur.

39. Contrarium dicit Ioan.de Imol.*conſ.110.num.6*. qui loquitur in ſtatuto ſimili Aretij, vbi, quod debet inter eos cognoſci de prioritate, quia aliàs ſtatutum corrigeret ius Commune, quod vult diſcuti de bono iure, & ſtatutum hoc debet admittere.

40 Vide qualiter tenutarius dicatur poſſidere vel non, in *ver.Tenuta, ſeu miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto*, Concl. 43. vbi, quod non poſſidet niſi verbo.

41. Rom.*conſ.246.Clariſſime.n.3.& 4*.tenet, quod vigore huius ſtatuti debitor, qui alienauit pendente lite, & ſeu donauit, licet poſſideat nomine emptoris, non poſſit nominare fraudulentum Dominum, ſed contra eum poſſit exequi etiam ius executiuum in perſonali.

42. Item in fine *d.conſ.246.n.10.ver.vlt*. dicit, quod ſtatutum admittit cognitionem reſpicientem bonum ius partium, & quod omiſſio nominis nuncij in relatione tenutam non vitiat. Item dicit, quod ex quo cognoſcitur de prioritate & potioritate, tamen exceptio requirens altiorem indaginem admittitur & cognoſcitur.

43. Caſtr.*conſ.295.In cauſis & quaeſt.lib.1*. tenet, quod habens tenutam à iudice, poſſit ſe releuare à præcepto, & facta releuatione, quod in petitorio præferatur creditor hypothecarius agenti ex perſonali, vbi plura dicit.

44. Alex.ſuper hoc ſtatuto *conſ.208.Viſo ſummario.li.2.per tot.maxime n.8. & ſeq*.dicit, quod bona hæredis propria non poſſunt diſgumbrari, & quod non obſtat ſtatutum, quę probationes ſufficiant in cauſa hypothecę, quod vult ſufficere probare, quod poſſidens habuit cauſam à debitore, quia dicit Alex. intelligi in illa re, & ſic tanquam à ſucceſſore debitoris.

45. Socin.*conſ.76.lib.1*.in materia ſtatuti de diſgumbrando, qd ſi non

ſoluitur gabella infra 15. dies, à die ſententiæ dationis in ſolutum, concludit, quod 15. dies currunt à ſententia, quæ facit iudicatum, ſecus ſi ab ea appelletur.

46. Et non ſufficit ad effectum huius ſtatuti probare per ſolam famã, bona fuiſſe in bonis, etiam per 40 annos. Alex. *conſ.* 208. *n.* 11. *& ſeq. ver. nec etiam prædictis, obſtat. l. b.* 2. *vſq; in fi.* vbi, quando fama probet vel non.

47. Exceptiones quæ releuant in hoc remedio præceptatorum ſunt plures, max. quando allegat præceptatus quadriennalem poſſeſſionem, vt in d. ſtatuto, ſed tamen in cognitione boni iuris, quod mandat ſtatutũ fieri, ille, qui habebit priorem hypothecam, præferri debet, vt eſt conſ. de hoc Caſtr. 201 *per tot. lib.* 1. *n.* 2. *& ſeq.* & plenius *conſ.* 295. *col.* 2. *ver. & primo quantum, & per tot. l b.* 1. vbi expreſſe de hoc ſtatuto & exceptionibus.

48. Et quod tres ſint exceptiones, quæ releuant præceptatum de diſgumbrando, videl. ſi allegat quadriennalem poſſeſſionẽ, vel cum iuſto titulo, vel iuſtam cauſam detinendi, prout dicit ſtatutum, & refert Caſt. *conſ.* 295. *in prin. ver. & primo quantum ad poſſeſſorium, lib* 1.

49. Et vide Caſtr. *conſ.* 201. *Viſis & conſideratis, per tot. lib.* 1. vbi quod falſa cauſa expreſſa vitiat tenutam, etiamſi vera cauſa ſubeſſet, quæ non eſſet expreſſa, & hoc quando ſi expreſſa fuiſſet alio modo, tenuta data fuiſſet, alias ſecus, & dicit, quod exceptiones oppoſitæ, ſi non verificantur, proceditur ad diſgumbrationem.

50. Item datur hæc tenuta creditori chyrographario ſine trib' teſtibus, quando adeſt hypotheca; ſed tamen quia non nocet tertio habenti inſtrumentũ, quia præſumitur apocha in fraudem, etſi ſit anterior. Caſt *conſ.* 337. *Si prima duo. li.* 2. *n.* 3. *& ſeq.* vbi loquitur etiam, quod non præiudicet donatario, quando donatio eſt inſinuata tempore meri iudicij vel datæ tenutæ.

51. Sententia in hoc iudicio tanquam executiuo & ſummario non facit rem iudicatam in plenario iudicio, niſi quando eſſet plene cognitum de iuribus ſuccumbentis in puncto Corn. *conſ.* 126. *Viſo puncto, lib.* 4.

52. Et quod ſi deuenitur ad cognitionem boni iuris, habens miſſionẽ ex apocha negata, & non recognita, ſuccumbat, prout etiam ſuccumbit ille, qui non habet hypothecam, ſi alius habet: item ſi ambo habent hypothecam, ſuccumbit ille, qui habet poſteriorem, vel parem datam, qui habet priuilegiatam pro dote, imo legatarij præferuntur in bonis teſtatoris creditoribus hypothecarijs hæredis per ſeparationem bonorum.

53. Statutũ, ꝙ in datione miſſionis in poſſeſſionem citentur creditores per proclama, non habet locũ in poſſeſſore, contra quẽ datur miſſio, quia debet citari nominatim, ſed procedit in creditorib. Alex. *conſ.* 208. *in fi. li.* 2.

54. Sta-

54. Statutum Florentinum, quod non comparens infra 5. dies, lis habeatur pro conteſtata, ſeruari debet etiam in terra Prati & alijs terris ſubiectis, in quibus de hoc non eſt ſtatutum præciſum. Caſtr. *conſil.* 291. *Viſis iu- qua n. 2. lib. 1.*

55. Statutum Florentiæ præfert indiſtinctè mulierem omnib. alijs creditorib, in dote & in iurib. dotalibus, & debet pati interpretationem iuris Communis paſſiuam, & ſicut de iure communi præfertur mulier pro augmento dotis, ſi eſt in bonis ſtabilibus, ſecus ſi bona ſunt mobilia, ita etiam ſtatutum intelligatur. Caſtr. *conſ.* 295. *n.* 5. *ver. contra prædicta lib.* 1.

56. Item quod nullum inſtrumentum à muliere factum etiam quietationis tacitæ vel expreſſæ ſine conſenſu duorum proximiorum parentum vel conſanguineorum, valeat. Ang. *conſ.* 353. *Florentiæ ciuitatis*, vbi quod eſt odioſum, & non reſiſtit potentiæ contrahendi, ideo valet quietatio mulieris, excipiendo, quando reuera conſtat de ſolutione.

57. Quod creditoribus fallitorum æqualis fiat ſatisfactio, non attenta prioritate in perſonali, neque reali, & ideo ſi fallitus promiſit, & ſoluit creditorib. Florentinis 10. pro libra, & tantundem non ſuperſit pro creditoribus Ro. curiæ, poſſunt reuocare à Florentinis totum illud, quod in eorum præiudicium fuit ſolutum, licet Florentini poſſint agere contra fallitum pro implemento concordiæ, qui bonis cedere non poteſt, propter dolum adhibitum. Caſtr. *conſ.* 179. *Viſo puncto per tot. lib.* 2.

Vide *ſtatutum circa fallitum & decoctores circa diuerſa Concl.* 548.

58. Contra fallitos, & eorum bona alienari poſſunt, nemine citato, & poſt 4. menſes nullus audiatur contra emptorem, ſuper quo Anchar. *conſi.* 278. *In 1. dubio*, vbi, quod non habet in venditione bonorum poſſeſſorum à tertio, eo non vocato, & plenius conſ. 164. De iuribus, vbi, quod non valet reformatio facta, per quam reuocantur ſententiæ latæ in materia fallitorum, vt reuocatio præiudicet tertio poſſeſſori.

59. Statutum ſub rubrica de executione legatorum, & ſub rubr. de cogendo debitoré reſpicit perſonalem obligationem hæredis, contra quem non poteſt agere hypothecaria ad bona hæredis propria, neq; ſtatutum de diſgumbrando poteſt intentari. Alex. *conſ.* 208. *Viſo ſummario, n.* 8. *verſi. nec ad hoc obſtat. lib.* 2.

60. Et ſtatutum quod inſtrumentum habens guarentigiam habeat executionem paratam, eſt Florentiæ, de quo Caſtr. *conſi.* 260. *viſi. compromiſſ. n.* 4. *v. r. xir. ſec. lib.* 1. Vbi quod omnes Notarij habeant de iure communi hanc autoritatem & iuriſdictionem voluntariam faciendi præcepta guarentigiata, quæ habent executionem, ſicut ſi eſſent facta à iudice.

Digitized by Google

61. Statutum quod inſtrumenta guarentigiata mandentur executioni per partem Florentiæ, ad voluntatem creditoris, qui ponatur in tenuitam, & fiat præceptum de diſgumbrando, & lucretur fructus ad ratioṅe 5. pro centenario, & idẽ de teſtamentis. Ang. *conſ. 46. ſtatuto ciuitatis*, vbi quod non datur appellatio à pronuncia de retinenda vel manutenenda poſſeſſione, etiam ſi tertius compareat, & quod miſſus in poſſeſſionem propter vſumf. legatum, percipiet vſumfr. bonorũ legatum, *conſ* 255. vbi ꝙ non habet locum ſtatutum contra hæreditatem iacentem, non dato curatore prius.

62. Contrariũ ꝙ detur appellatio propter fructus, quos miſſus lucratur. Ang. *conſ. 253. n. 1. ver. contrarium credo*, vbi, quod non habet locum ſtatutum, quando inſtrumentum non habet certum terminum præſtationis faciendæ, ſed pendet ab incerto.

63. Item ſtatutum de cogendo debitore, &c. loquitur quando inſtrumentum non habet guarentigiam, & differt ab alio ſtatuto, quod procuratore, &c. quod præſumit guarentigiam. Ro. *conſ. 133. In præſuppoſito caſu*, vbi quod ex guarentigiato poteſt incipi à captura.

64. Statutum, quæ probationes ſufficiant in cauſa hypothecæ, quod diſponit ſufficere probare, quod poſſeſſor conuentus habuit titulum vel cauſam à debitore, vel eius ſucceſſore vniuerſali vel ſingulari d. bonorũ vel rerũ, debet intelligi, quando poſſeſſor habuit cauſã ab ſuo ſucceſſore, tanꝗ ſucceſſore debitoris ſe cõtrahẽte in re, vel cauſa hęreditaria, alias eſſet abſurdũ, ꝙ bona hæredis eſſent obligata. Ale. *d. conſ.* 208. *n. 8. & ſeq. ver. fortius, lib. 2.*

65. Statutum mercantiæ dat terminum capienti ſuum debitorem ſuſpectum ad ipſum repræſentandum die capturæ, vel die ſequenti, & infra alios 3. dies ad iuſtificandam capturam & debitum, & tres dies currunt à die repræſentationis factæ; & quod fit extra terminum, fit nulliter. Caſtr. *conſ.* 304. *Super primo*, vbi pro vtraque, & hanc tuetur.

66. Item ſtatutum mercatorum quod citati & non comparentes & nõ ſoluentes, carcerentur, non habet locum in eo, qui comparet, licet non ſoluat, quia requirit duo copulatiue, videl. quod non compareat, & non ſoluat; ideo non habet locum, ſi mercator citatus vnum facit, videl. vel ſoluit non aliter comparendo, vel comparet, non aliter ſoluendo. Ang. *conſ.* 61. *Quæritur, & quæſtio, per tot.*

67. Et d. ſtatutum mercantiæ dans iuriſdictionẽ iudici inter ciuẽ & forenſem, debet intelligi ſec. ius cōmune de forẽſe actore, vel de forenſe reo, ſi ibi reperiatur, alias nõ valeret, qa non poteſt dari hæc iuriſdictio cõtra forenſem abſentem, Caſtr. *conſ.* 413. *Viſo d. caſu, in fine, ver. non obſtant ſtatuta, li. 2.*

68. Item

68. Item quod hæres debitoris poſſit capi, prout poterat defunctus debitor, ſuper quo Rom. *conſ.* 120. *Circa primum, in pr.* vbi quod non habet locum in hærede minore, & ibi etiam Apoſtil. 1. *&* 2. dat concordantias.

69. Item quod debitor debitoris poſſit capi, ſuper quo Ro. conſ. 224. Iſta captura, vbi quod eſt exorbitans, nec habet locum in legatario, quia non eſt proprie creditor; item non ligat neque iuuat forenſes.

70. Item, quod tutores creditores pupilli eſſe poſſint, neque perdant credita ſua, ſuper quo idem Ro. *conſ.* 120 *n.* 5. *ver. quoad ſec.* vbi, quod non habet locum in tutela legitima, ſed ſolum in teſtamentaria & datiua, & ſubeſt ratio diuerſitatis.

71. Item quod loca montis Florentiæ ſpectent ad hæredes, & ſeu ad creditores defuncti debet intelligi, quatenus ad defunctum libere ſpectarent, ne plus iuris habeat hæres vel creditor quam defunctus, quod eſſet abſurdum. Ro. *conſi.* 159. *Super* 1o. *in prin.*

72. Item quod impetrans iudicem, coram quo ciuis Florentinus, vel alias ſubditus extra ſuum forum extrahatur, incurrat pœnam ducentorum, ſuper quo Ro. *conſi.* 197. *Franciſc in pr. ver. neq; ramiſſa concluſioni, & per tot.* vbi, quod non habet locum in eo, qui conuenit coram iudice ordinario ſortiente forum, ſiue ratione rei ſitæ, ſiue ratione domicilij, quia loquitur in delegato, cuius iuriſdictio magis odioſa quam ordinaria eſt.

73. Hoſpitale S. Mariæ Florentiæ habet priuilegia, quod poſſit quandocunque adire hæreditates non aditas, & quod ad ipſum hoſpitale libere tranſmittantur. Caſtr. *conſ.* 305. *Primum dubium col.* 2. *nu.* 3. *verſi. & prædicta procedunt, lib.* 1.

74. Item quod teſtamenta facta à Cal. Martij & citra ꝓpter mortalitatẽ valeant ad fauorem d. hoſpitalis ſine alia ſolemnitate, niſi prout de iure canonico ad pias cauſas, licet loquatur reformatio ꝑ verba de præterito, & ſit ad poſtulationẽ capitaneorũ partis guelfæ, & ſit lex particularis, tamen habet locũ etiam poſt mortalitatem, & in futurum, quia eſt fauore piæ cauſæ. Caſtren. *conſ.* 315. *Super eo quod quæritur, lib.* 1. vbi lautiſſime tollit obiecta, quia cauſa impulſiua fuit mortalitas, & finalis fuit pia cauſa: itẽ, quia verba præteriti in contractibus & in priuatis non contrahuntur ad futura, ſecus in lege; item quia lex, licet ſit particularis, habet effectum vt vniuerſalis, fauore piæ cauſæ; item, licet ad inſtantiam Capitaneorum, habet tamen effectum motus proprij, & late interpretari debet, quia eſt pro pia cauſa & pauperibus, non pro ſupplicantibus, qui nullum commodum ſentiunt, & quia reſpicit publicam vtilitatem.

75. Item

Digitized by Google

83. Contrarium, & quod male conſuluerit Alex. tenet ibi Apoſtill. in *ver.& pretio.lib.1.*

84. Statuta & reformationes circa notarios creandos & ciues originarios,& quid diſponant,& qualiter intelligantur, declarat Caſtr. *conſ.21. Primum dubium per tot.lib.1.*

85. Item quod ex ſtipulatione notarij quæratur actio ſine ceſſione, illi, pro quo eſt ſtipulatus, quod ſtatutum ſe non extendit ad forenſem abſentem, pro quo notarius eſt ſtipulatus. Ang *conſ 73. In ſtatuto Florentino, per tot.* quod conſil. ſequitur Ro *conſi 224.n.6.* Ale. *conſ.41.n.3.lib.7.* & plena Apoſtil. *ad Rom.* dat concordantias.

86. Et tale ſtatutum etiam habet locum ad fauorem Clerici & Eccleſiaſtici abſentis. Alex. *conſ.211. Viſa facti, in pr. lib.2.* vbi Apoſtil. in *ver. Clerico.* dat concord.

87. Circa ſocietates diſponit, quod ſocij omnes obligentur in ſolidum, Caſtr. *conſ.216. Viſis & conſideratis, lib.1.*

88. Quod pater teneatur pro filio, auus pro nepote ſeruiente in aliqua arte, ſuper quo Fulg. *conſ. 50 Quidã Ramondinus*, vbi quod eſt odioſum, & extenditur ad hæredes patris vel aui, quando cõtra eos viuentes nõ fuit actũ.

89. Item quod nullus poſſit alienare ea quæ ſunt Communia, non requiſito conſorte, ſuper quo Caſtr. *conſ.194. Viſo ſtatuto. lib.1.* vbi quod compræhendit ius patronatus Eccleſiæ, quod neq; poteſt donari etiam de cõſenſu Epiſcopi, non requiſito conſorte quia ligat laicos diſponentes, & q̃a de validitate ſtatutorum non poteſt diſputari, ſed peſſime conſuluit in hoc.

90. Item quod non ſoluatur gabella de contractib. geſtis inter fratres, quod ſtatutum habet locum, etiam in fratrib. naturalib. & non legitimis, quia fratres ſunt, & gabella odioſa. Ang. *conſ.385. ſtatutum Communis Florentiæ, per tot.* quod eſt Io. de Riccijs, Roſelli & Angeli.

91. Item quod maior 18. annis poſſidens per 15. dies aliquam hæreditatem, teneatur ad onera hæreditaria tanquam hæres, non obſtante dote materna vel beneficio inuentarij. Ang. *conſ.386. Statuto Florentiæ*, vbi quod eſt contra ius commune, & ſtricte intelligendum.

92. Statutum ſeu conſtitutio de ſoluendo gabellam excipit duos caſus, videl. ſi fiat contractus ex cauſa mercantiæ, item ſi eſſet declaratum. Caſtr. *conſ.22. Viſa quadam*, vbi quod debet ſolui gabella, etiamſi eſſet mutuum, pro quo eſſet data recompenſa vel conuentum de exercendo pecuniam, quia non eſt mercantia mera.

93. Statutum eſt Florentiæ, quod non ſoluentes tributa, non poſſint agere, nec audiantur in iudicio, de quo Gemin. conſ, 62. max. num. 8. verſic.

Digitized by Google

ſupertertio, vbi quod eſt exorbitans & odioſum, & non comprehendit Piſanos non ſoluentes Communi Piſarum, ſed bene non ſoluentes tributa impoſita per Commune Florentiæ, vbi latè illud interpretando diſtinguit vbi alio ſtatuto contrario.

94. Sed quod idem ſtatutum habeat locum etiam in cauſa appellationis pendente ante conſtitutionem & perſeuerante tempore delicti in non ſoluendo. Angel. *conſil. 65. per habentem poteſtatem.* vbi ponit verba ſtatuti.

95. Item, quod nullus ſubditus audeat vendere bona ſtabilia non ſoluentib. onera in Communi Florentiæ. Ang. *conſ. 48. Quida. Franc.* vbi in fine examinat, an ſit contra libertatem Eccleſiæ, & comprehendat Eccleſias & Eccleſiaſticos, & videtur inclinare quod ſic.

96. Item, quod de omni mutuo, de quo conſtat publicum inſtrumentum, ſoluatur gabella. Angel. *conſ. 49. Reperitur inter alia,* vbi, quod habet locum, etiamſi mutuum ſit confeſſatum, etiamſi conſtet ſolum per præceptum iudicis, vel per acta iudicialia.

97. Circa onera ſtatutum Florentiæ diſponit, quod maritus teneatur pro bonis dotalibus & non dotalibus vxoris, de quo Caſtr. *conſ. 330. Viſis. in prin.*

98. Item, quod bona non poſſint in exemptum alienari, & ſi alienentur, ſoluere tenetur, etiamſi ſit ciuis Florentiæ, donec duret taxa, idem Caſtren. *conſ. 330. n. 4. ver. item non obſtat, & per t. 1. lib. 1.*

99. Item effecti ciues, ſi allibrant in ciuitate Florentiæ bona, non liberantur à taxa in loco vbi ſunt ſita, donec durat taxa illa. Caſtr. *d. conſil. 330. col. 3. in pr. ver. ſed in caſu noſtro, lib. 1.*

100. Item ſtatutum quod ciues Florentiæ non poſſint grauari à Communitatib. ſtatus, habet locũ circa bona libera, ſecus ſi bona iam ſunt allibrata, & illis vẽdantur, quia donec durat allibratio, tenentur ſoluere. Caſt. *d. conſ. 330. n. 5. lib. 1. ver. nec obſtat ſtatutum.*

101. Item de lucranda dote per maritum, etiamſi ex primo matrimonio extent filij, quia excluduntur, & eſt derogatum præſumptiue. *leg. hac edictali. C. de ſec. nuptiis.* plene Caſtr. *conſ. 192. Verba appoſita, per tot. lib. 1.*

102. Contrarium communiter teneri in materia ſtatuti Florentiæ dicit Caſtr. *conſ. 348. col. 2. ver. & ſi dicatur, lib. 2.*

103. Item ſtatutum, quod quicquid acquirit vxor conſtante matrimonio, exceptis maternis, & paternis, maritus in acquiſitis habeat vſumfructum, prout mulier ipſa, intelligitur, quod tam maritus quam vxor habebunt

Digitized by Google

bunt commoditatem, & quilibet pro medietate. Ang. de Peruſ. *conſ. 62. Titius de Florentia, per tot.* vbi ponit verba ſtatuti.

104. Statutum eſt Florentiæ, quod exiſtente fratre defuncti excludantur filiæ feminæ, & ipſe ſuccedat, quod ſtatutum habet locum etiamſi exiſtat frater defuncti monachus vel clericus. Lap. *alleg. 101. n. 5. & 6. & ſeq.* Bal. inter conſ. Ang. *conſ. 281. n. 4. ver. nec obſtat.* vbi etiam extendit in omni alio impedito ad generationem, licet Ang. *in conſ. 283. in fi.* dubitet.

105. Item quod filia non ſuccedat, ſtante fratre maſculo defuncti, ſed tamen dotetur, & interim debeat ali, & declarat quod alimenta intelligantur eſſe vſusfructus omnium bonorum Bald. *conſ. 408. Quidam ciuis. n. 7. ver. quid igitur d cemus. lib.* 1. quia hoc dictat ſtatutum. Et idem tenet Angel. *conſ. 356. Quidam ciuis Florentinus*, vbi duplicatur, ſed *conſ.* 357. tenet, quod iſtud ſtatutum non habet locum, quando pater fuit condemnatus, & confiſcata bona propter aliam conſtitutionem.

106. Et quod ſtatutum Florentiæ excludens filias fœminas, ſtante fratre defuncti, vel filio fratris, ſed tamen iubet eas dotari, non reſeruet legitimã, ſed omnino excludat, ita quod ſi dos ſit minor legitima, non poſſit petere ſupplementum. Caſt. *conſ. 276. Super primo. n. 2. ver. ad ſecundum. lib.* 1. & dicit habere locum, ſiue filia habeat dotem ex teſtamento, ſiue ab inteſtato.

107. Vide Soc. *conſ.* 150. *lib.* 1. vbi cum Caccialup. concordauit, quod media via eligatur, an debeatur legitima vel ne filiæ excluſæ à ſtatuto Florentiæ, ſtantibus maſculis.

108. Item quod mater non ſuccedat filio ſtantibus filio vel nepote, patre vel fratre, aut patruo carnali. Bald. *conſ. 218. Statuto ciuitatis. lib.* 2. vbi, quod non excluditur mater ſtante patruo vterino, & idem Bald. *conſ. 459. libr.* 5. Ang. *conſ. 69. in fine. & conſ.* 283. per totum, vbi loquitur de fratre vterino, vt excludatur.

109. Et ſuper hoc vltimo ſtatuto, quod compendioſa facta filio decedenti in pupillari ætate, excludat matrem, quia ipſa excludatur à ſtatuto Florentiæ. Caſtr. *conſ. 276. Super primo, in prin. lib.* 1.

110. Item, quod cognati non ſuccedant, ſtantib. agnatis, ſaltem vſq; ad quartum gradum. Bal. *d. conſ. 218. in fi. ver. alio capite, lib.* 2. vbi, quod poſt quartum gradum agnatorum cognati ſecius commune ſuccedunt, & an amita excludat matrem. Bal. late *conſ. 459. Circa quæſt. lib. 5. per tot* & quod non excludat, Bald. inter *conſ. Angel.* 69. quod duplicatur 281. & Angel. *conſ. 282. in prin. lib.*, quod neq; agnatus vltra quartum gradum excludit matrem. Ang. *conſ. 24. Nulla mulier*, vbi ponit ſtatutum, & eſt conſilium Franc. D. Bichi de

Digitized by Google

Aretio. Idem Ang. *conſ.* 345. quod eſt ad literam conſil. Bald. 459. *libr.* 5. vbi quod pro iſta parte conſuluerunt Io. de Lignano & Franc. de Albergottis.

111. Item quod mortua vxore ſine filijs Communib. maritus lucretur dotem, filijs vero extantib. ipſi ſuccedunt, excluſis filijs ex priori matrimonio, & ſi habet alia bona extra dotem, maritus ſuccedat in tertia, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, liberis communibus non extantib. ſuper quo conſuluit Cuma. *conſ.* 48. & dicit, quod non habeat locum ex teſtamento, quin ſtantib. filijs mater poſſit teſtari, excepta legitima filijs debita, incipit *ſtatutum Florentiæ*, vbi dicit, quod id conſuluerunt Paulus de Caſtro, & Fulgoſius.

112. Et ſuper iſto ſtatuto de lucro medietatis dotis, quod non habeat locum ſi Florentinus contraxit domicilium Bononiæ, vbi ſola medietas lucratur, etiã ſi vxor contraxit Florentiæ, etiam ſi vxor deceſſerit Florentiæ, quia attenditur domicilium viri. Alex. *conſ.* 100. *Ex inſpectione, per tot. lib.* 3. vbi dicit communem.

113. Et de ſtatuto eodem, quod habeat locum etiam in derogationem *l. hac edictali. C. de ſec. nuptiis.* Bal. *conſ.* 480. *Quædam Domina Elena, lib.* 5. vbi pro vtraque parte allegat, & hanc tuetur.

114. Statutum Florentiæ, quod minori detur curator ad inſtantiam proximiorum, habet locum, etiamſi minor non petat, ſed contradicat, quãuis de iure Communi minori non detur, ſi ipſe non petat, niſi ad lites, imo ſi minor poſt petitionem conſanguineorum obtineret ſibi dari alium, non valeret datio. Abb. *conſ.* 91. *Quoad primum, per tot. lib.* 1. vbi, ſi datur curator vigore ſtatuti durat, donec minor ſit maior factus.

115. Item, quod minor ſine curatore non poſſit obligari, quia neque obligatur ratione tutelę, neq; ratione negotiorum geſtorum, & cum ſit generale ſtatutum, habet locum, ſiue habeat curatorem, & contrahat ſolus, ſiue non habeat. Alex. *conſ.* 196. *Perſpectu, in pr lib.* 6.

116. Item quod filiusfam. obligans ſe ſine conſenſu patris, obligatio ſit nulla, quod ſtatutum habet locum, ſiue ſe obligat maiori ſiue etiam minori, quia annullat obligationem cum Republ. Florentina, quæ vicem minoris obtinet. Alex. *conſ.* 196 *n.* 2. *& ſeq ver. præterea concurrebat, lib.* 6.

117. Item ſtatuta conſulatus Pizzicarolorum Florentiæ ſunt contraria, vnum prohibet fieri compulſum ad compromittendum, aliud mandat cõpelli oẽs ad compromiſſum, niſi contrarium ſit diſpoſitum. Ang. *conſ.* 195. *Domina Guil.* vbi, ꝙ attenditur primum tanquã prohibens & præſeruatum.

118. Et idem ſtatutũ prohibet poſſe appellari vel dici de nullitate ſententia-

tentiarum per conſules latarum, quod intelligitur dummodo non ſit nullitas defectu iuriſdictionis. Ang. *d. conſ. 195 in fin.*

119. Item quod probatio per famam non releuet, niſi ſit probata per 4. teſtes. Caſtr. *conſ. 295. in fi. lib. 1.*

Item quod donatio non præiudicet creditoribus etiam poſterioribus habentibus hypothecam, quando donans erat in poſſeſſione rerum donatarum, & inſinuata non erat donatio in conſ. generali tempore ſec. obligationis, ſuper quo Caſt. *conſ. 337. Si prima duo*, vbi, quod non habet locum, ſi credita ſunt ſimulata, quia præualet donatio.

120. Item quod non valeat repudiatio hæreditatis, niſi ſit notificata in conſilio ſec. formam ſtatuti, quod ſtatutum habet locum ſolum, quod hæres aliquid hæreditarium habuit, & ad obuiandum fraudib. creditorum. Ang. *conſ. 86. Hæreditas materna, in fi. ver. poſt hoc autem.*

121. Item quod nulli reddatur ius, qui declinauerit iuriſdictionem poteſtatis Florentiæ. Ang. *conſ.* 47. vbi, quod comprehendit etiam presbyteros, qui declinarunt, & quod valet, quod non credo verum.

122. Statutum Florentiæ eſt, quod clericis litigantib. coram ſeculari reddatur ſolum ius ſec. ius Canonicum, prout redderetur laicis litigantib. coram eccleſiaſtico, vt aſſerit Lap. in *alleg 101. n. 3. ver. ſecundum dubium*, vbi, q\^d non valet, quia deficit ſtatuentium poteſtas.

123. Appellari non licet à ſententia interlocutoria ex ſtatuto Florentino Fulg. *conſ. 145. ver. ad ſecundum.*

124. Item quod diſcuſſio non ſit neceſſaria contra principalem, ſed agi poſſit hypothecaria contra tertium poſſeſſorem recta via. Dyn. *conſ. 4. Quæſtio talis eſt, Titius, in prin.* Io. de Imol. *conſ. 100 in fi. n 6. ver. circa tertium.*

125. Item, quod creditor poſſit agere contra hæreditatem iacentem, non dato curatore, neque defenſore, ſed ſufficiat citatio cum libello in vicinia, & ad domum defuncti, per edictum generale, tamen Alex. *conſ. 107. Perſpectis, in princ. lib. 5.* dicit, quod non tollit, quin is, quem tangit prima cauſa ſucceſſionis debeat nominatim citari, quia in hoc ſtatutum non derogat, & omiſſum à ſtatuto eſt, intratque iuris communis diſpoſitio, alias non valeret.

126. Item ſtatutum Florentiæ dictat, quod offenſio facta in aliquẽ poſſit vindicari per illos de domo & familia offenſi, vſq; ad quartum gradum ſec. ius ciuile & impune poſſit offendi is, qui alium vulnerauit. Bald. *conſ. 435 ad euidentiam præmittenda, lib. 3.* vbi quod includuntur etiam ſpurij, vt poſſint impune offendere, & licet non aperiat, cuius loci ſit ſtatutum, ta-

Digitized by Google

men aperit *conſ.173.in Ciuitate Cheri.n.3.lib.3.* & de eodē ſtatuto plene Ang. *conſ.256.Guido Rayner.i,* vbi ponit integrum ſtatutum,& dicit non procedere in eo, qui fuit plene reſtitutus, & dicit requiri declarationem iudicis in caſu dubio, quando liceat offendere, & de iſta conſuetudine & ſtatuto, q̃d ſit iniuſtum, licet obſeruetur, plene Ang. *conſ.245. Punctus eſt, exorta fuit*, vbi ponit, qualiter oriatur. ſtatim in inimicitia in familia offenſi & offendentis, & idem Ang. conſ. 288. viſo themate, in prin. vbi quod gratiatus non poſſit offendi, & ponit ſtatutum.

127. Banniti, vt exterminarentur, fuit facta prouiſio & deputatio certorum virorum, qui poſſent pro arbitrio remunerare exterminantes bannitos, vt per Bald. *conſ.263.& 264 per tot.lib.3.* vbi quod extenditur etiam ad eos, qui iam exterminarunt inſignes rebelles, vt alij incitentur, & loquitur in certis de Panzano, quorum frater patruelis alium fratrem patruelem bannitum pro præmio interfecit, ſeu ratione conſtitutionis, cui præmium fuit aſſignatum.

128. Item d. balia data puniendi homicidas & vulnerantes ſe extendit, vt etiam poſſint indicere pœnam vni pro alio ad obuiandum delictis. Bald. *conſ.178. Conceſſum fuit arbitrium.lib.5.*

Vide *Arbitrium datum aliquid faciendi:* Concl. 476.

129. Item eſt conſtitutio, per quam omnes condemnati & rebelles ad plenum reſtituuntur, quæ conſtitutio trahitur etiam ad mortuos & damnatos in crimine læſæ maieſtatis. Bald. *d.conſ.308.lib.1.* Ang. *conſ.556.*

130. Item quod nullus ſub pœna poſſit capere poſſeſſionem beneficiorum, vel Eccleſiarum poſſeſſarum per ciues Florentiæ, ſine licentia magiſtratus ſecularis, quod ſtatutum valere prætendunt propter bonum publicum, ſed tamen odioſum, quia eſt contra ius commune. Ang. de Peruſ. *conſ 23. nulla perſona.*

131 Item quod offenſæ, quæ fiunt per certas perſonas ſpecificatas, non puniantur, veluti per patrem filio, maritum vxori, præceptorem diſcipulo & aliis caſibus, & qualiter intelligatur. Ang. *conſ.72. Statuto antiquo, per tot.*

132. Item quod nullus forenſis admittatur ad accuſandum ſubditum, niſi accuſator det fideiuſſores idoneos approbandos per approbatores Communis Florentiæ. Ang. *conſ.56 Quidam non ſuppoſitus,* vbi, quod eſt formale, & ideo cum loquatur in plurali, requiruntur plures fideiuſſores, & quod approbentur à duobus approbatoribus, etiam ſi vnus eſſet idoneus, alias proceſſus eſt nullus.

133. Statuta plura ſunt Florentię, quod poſſit fieri coniuratio, acclamatio

tio vel tumultus aut ſeditio, de quibus Bald. *c. n. ſ.* 58 *lib.* 1. vbi inſerit ſ, ſtatuta criminalia ſuper hac materia, & ſuper eis conſuluit in caſu rebellium, vt non veniat confiſcatio bonorum ſub pœna vltimi ſupplicij.

134. Item cont. a homicidas vel facientes fieri homicidium, quia pœna mortis & vltimi ſupplicij ac confiſcationis bonorum puniuntur, ſuper quo, quod ſit correctorium in eo, quod confiſcantur bona, & ideo nō fiat repetitio, plura per Io. de An. *conſ.* 59 vbi Bologn. *in Apoſtill.*

135. Conſtitutio eſt Florentiæ, quod valeat renunciatio iuribus hypothecæ facta per vxorem, & præiudicet mulieri, dummodo non rumpatur ius ſolidi, ſuper quo Fulg. *conſ.* 206 *pro eius, de quo, col. pen. in prin.* vbi quod intelligitur dummodo mulier integre poſſit ſolui in aliis bonis, alias non obligatur, & ſi mulier habet fideiuſſores, à quibus poſſit conſequi, poterunt fideiuſſores habere ab emptore, quando alia bona non exſtant.

136 Statutum Florentiæ, quod viro vergente ad inopiam, dos reſtituatur, & mulier poſſit agere contra bona viri, non inducit argumentum à cōtrario, quod non poſſit agere contra bona fideiuſſorum, quia ſequeretur contrarietas iuri communi. Io. de Imo. *conſ.* 100. *n.* 7. *in fi.*

137. Et debent bona mariti æſtimari pro quantitate dotis, ſed tamen ſufficit pro retentione bonorum, quod conſtet de quantitate dotis. Caſtr. *conſ.* 295. *in fi. lib.* 1.

138. Quod is, qui obtinuit adiudicari bona vel iudicialiter in ſolutum dari, non poſſit moleſtari poſt annum, procedit quoad domicilium, ſecus quoad poſſeſſionem, vel quaſi iure ſeruitutis Alex. *conſ.* 106. *V. ſis, n.* 9. *lib.* 6. & quod huiuſmodi ſtatutum non præiudicet creditori conditionali, qui non poteſt agere. Alex. *d. conſ.* 106 *lib.* 6. ſequitur Neg. *de pignorib. in tertio mēbro, ſ. p. n.* 9. vbi adducit Iaſonem, contrarium tenentem, & ſoluit quod in caſu diuerſo ab hoc ſtatuto loquitur Iaſon.

139. Statutum, quod pater teneatur pro filio mercatore, valet factum à ciuitate, ſecus ſi à collegio mercatorum; & tale ſtatutum intelligitur ſolum pro cauſis mercantiæ, idem ſi de artifice, quia intelligitur tantummodo pro cauſa artificij. Alex. plene *conſ.* 113. *Viſa concluſione li.* 7. per totum, vbi *n.* 5. quod non habet locum, quando filius in contumaciam fuit declaratus, quia requiritur citatio patris, prout requiritur citatio fideiuſſoris.

140. Statutum eſt Florentiæ, quod credatur ſumpto dictorum ſtatutorum, etiam facto non citata parte, & ſine decreto iudicis, de quo per Gem. *conſ.* 61. vbi tuetur, quod tale ſumptum probat.

Vide reliqua in ver. *ſtatuta Florentiæ circa diuerſa*. Concluſ. 553.

SANCTI

Digitized by Google

SANCTI GEMINIANI TERRA.

1. TErra Sancti Geminiani habet multas ſcripturas antiquas ſuper confinib. ſuis. habuit controuerſiam confinium, & ſequutæ ſunt deprędationes, cum Communitate Volaterrana, vt late Gem. *conſ.* 100. comemorat, vbi tandem quod compromiſſum fecerunt in Communitatē Florentiæ, Senarum, & Lucarum, & quod fuit arbitratum ad fauorem Sancti Geminiani.

2. Contra Communitatem S. Geminiani pro Volaterrana conſuluit Caſtr. *conſ.* 202. *lib.* 1. quod ſcripturæ erant nulliter tranſumptatæ, & non probantes.

3. Vide, quia in materia confinium condemnarunt Officiales S. Geminiani, Belfortem, & Franchum de Belfortib. de Vulterris, quia ædificarunt fortalitium Montaldi turbando iuriſdictionem S. Geminiani, *d. conſ.* 100. *n.* 6. *verſ. item pro parte*, vbi etiam connumerat Officiales S. Geminiani.

4. Supponit Caſt. *d. conſ.* 202. *n.* 2. *ver. & ſi dicatur*, *lib.* 1. quod terra S. Geminiani eſſet libera ſub ſolo Imperatore, & idem de ciuitate Volaterrana, & quod ſtante abſentia Imperatoris poſſunt tanquam Terræ liberæ recurrere ad Papam, vel ad communem Epiſcopum.

5. Exemptionem ampliſſimam habent omnes de terra S. Geminiani ab omnib. onerib. impoſitis & imponendis, conceſſam per Commune Florentiæ: Gemin *conſ.* 124. vbi ponit verba priuilegii.

6. Sunt ciues Florentini etiam originarii ex conuentione, quando ſe ſuppoſuerunt ciuitati cum S. Miniato, dummodo per ſex menſes habitent in ciuitate, ideo licet ſint de Comitatu Florentiæ, non ciues Comitatini, prout alij, ſed ſunt veri ciues, vt ſupra. Caſt. *conſ.* 21 *n.* 2. *lib.* 1. *& col. antepen. v. quantum vero ad illos de S. Geminiano*, & plenius *conſ* 284. *Viſis & ponderatis, col.* 2. *v. remaneamus*, & per totum, *lib.* 1. vbi, quod illi de S. Geminiano, & de S. Miniato ſunt per pacta effecti ciues, ſi per ſex menſes habitauerint, & ſunt effecti de Comitatu, prout etiam Pratenſes ex conſtitutione habent idem priuilegium, ſed quoad officia obtinenda, quia ſunt adæquati ciuibus Florentinis non poſſunt habere maius priuilegium quam ciues Florentiæ.

7. Et quod per viam contractus & ſtatuti hæc ciuilitas fuerit conceſſa hominibus de S. Geminiano venientibus ad habitandum, & ꝙ non poſſit reuocari niſi de conſenſu ambarum partiū, & quod quædā reformatio facta generalis, quod nullus poſſit eſſe ciuis, niſi ſeruata certa forma, non compræhendat iſtos de S. Geminiano: late Ant. de Butr. *conſil.* 59. *Primo aſpectu*, per totum, vbi quod licet iuramentum quoad periurium non liget

ſucceſ-

Digitized by Google

ſucceſſores ciuitatis, bene ligat quoad decus, & honorem, & validitatem contractus, & ibi Apoſtill. in verb. *contractus* allegat Dec. in *conſ 292. col. 3. v. ſupereſt tertia concluſio*, qui ſequitur Antonium de Butr. & conſulit pro hominibus Volaterranenſibus, qui ſunt in eadem cauſa.

8. Pacta & ſubmiſſio fuit facta de anno 1353. in qua reſeruarunt ſibi iuriſdictionem ciuilem in omnibus cauſis cuiuſcunque quantitatis, quæ ſpectet Prætori S. Geminiani iuxta formam ſtatutorum; ſuper quo plene Caſtr. *conſ. 319. Conſiderandum eſt, lib.* 1. vbi, quod intelligitur reſeruatio de cauſis ordinariis, & ſummariis, non de exequutiuis.

9. Eſt de diſtrictu, & Comitatu Florentiæ; ideo in caſibus omiſſis à ſtatuto S. Geminiani, licet diſponat recurrendum ad ius commune, intelligi debet de iure communi ſtatutorum ciuitatis dominantis Florentiæ, cui ſubiecta eſt: ita Socin. *conſ. 81. In præſenti conſultatione, num. 3. & ſeq. lib.* 1. vbi quod ita fuit conſultum per genitorem ſuum, & alios excellentes Doctores, & in obſeruantia ſeruatum, & idem dicit Socin. Iun. *conſil. 2. num. 32. libro 1.*

10. Cauſæ appellationum ciuilium & criminalium deuoluuntur ad Capitaneum Florentiæ à ſententiis Prætoris S. Geminiani, quia licet Capitula loquantur ſolummodo, quod cauſæ appellationum à ſententiis Poteſtatis Florentiæ deuoluantur, tamen taxatiua non excludit ex maioritate rationis, tanto magis, quia Florentini habentes iura ſupremi Principis, ſuper hoc fecerunt particularem conſtitutionem: Roma. plene *conſil. 456. In propoſito*, per tot.

11. Statutum eſt S. Geminiani ſuper gabella olei, quod omnes habentes infranctorium in Sancto Geminiano & territorio, ſoluant de lucro infranctorij pro quolibet oleo denarios 12. ſuper quo Ang. de Peruſ. *conſil. 9. Item, quod quicunque* vbi quod non comprehendit oleum proprium habentis molendinum olei ſeu infranctorium, quia non dicitur facere lucrum de fructibus propriis, niſi conſuetudo ſit contraria, quæ attendi debet.

12. Statutum S. Geminiani licet excludat fœminas ſtantibus maſculis à ſucceſſione paterna, non tamen excludit à ſucceſſione materna, niſi eſſet Monialis, ſed mandat ſeruari ius commune in caſibus omiſſis, quod intelligitur de iure ſtatutario Florentiæ, per quod à contrario ſenſu excluduntur fœminæ etiam à ſucceſſione matris ſtantibus maſculis; pleniſſime Socin. *conſ. 81. per tot.* maxime *n. 4. & ſeq. lib.* 1.

13. Non valet ſtatutum S. Geminiani expreſſe excludens filias fœmi-

Digitized by Google

nas Moniales à ſucceſſione ſecundum communem, ſecus ſi excluderet ſimpliciter filias fœminas ſtantibus maſculis, quia compræhendit etiam Moniales, quæ non erant Moniales ante ſtatutum: Socin. *d. conſ.* 81 *num.* 5. *vſq. in fin. v. ſed reſtat, lib.* 1.

14. Item non valet aliud ſtatutum S. Geminiani, quod non poſſint alienari bona, neque legari, vel titulo lucratiuo transferri in aliquem, niſi duo denarij pro libra ſoluantur ſacriſtiæ, quia cum loquatur de hoſpitalibus, eſt contra libertatem Eccleſiæ: Abbas *conſil.* 26. *Videtur ſic*, per totum, *lib.* 1.

SANCTI MINIATI TERRA.

1. HOmines Sancti Miniati habentur pro ciuibus originariis Florentiæ, ſi per ſex menſes habitarunt Florentiæ, ex capitulis ſubiectionis cum ciuitate: Caſtrenſ. *conſil.* 21. *num.* 2. vbi idem dicit de hominibus S. Geminiani, *libro* 1. & repetit plenius *conſil.* 284. *Viſis & ponderatis, col.* 2. *verſ. remaneamus*, & per totum, *libro* 1. vbi idem de terra Prati ex conſtitutione.

2. Declara, quia licet habeantur pro ciuibus, non tamen ſunt ciues: ita Socin. *conſ.* 288. *n.* 7. *v. ſed hic inſurgit, lib.* 2.

3. Declara, quia efficiuntur, ciues, ſi habitauerint p ſex menſes per adæquationem factam ciuibus Florentinis originariis. ideo reformationes etiam futuræ, quæ ligant ciues originarios Florentiæ ad aliquid abſoluendum, vt officia habere poſſint, pariter ligant iſtos factos per adæquationem: Caſtrenſ. *conſil.* 284. per totum, *libro* 1. vbi reſpondet contrariis citando alia conſilia in hac materia Angeli de Peruſio, Ioan. Riccij, Floriani de S. Petro, & Antonij de Butr. & dicit, quod loquuntur diuerſo caſu.

4. Statuta S. Miniati licet ſint approbata per Commune Florentiæ, tamen non ligant ciues Florentinos; ideo ſi Florentinus ciuis habet bona in territorio Florentiæ, & S. Miniati, ſucceſſio regulatur in totum ſecundum ſtatuta Florentiæ: plene Socin. *conſil.* 288. *per totum lib.* 2. maxime in prin.

5. Subdita eſt terra S. Miniati Communi Florentiæ, & ſtatuta in caſu omiſſo dictæ terræ mandant ſeruari ius commune, de iure communi Romanorum intelligitur ſecundnm obſeruantiam: Socin. *d. conſ.* 288. *in prin. n.* 2. *& ſeq. lib.* 2.

6. Notariatus officium in terra S. Miniati non eſt officium, neque ordinarium, neque extraordinarium Communis, ſed tertia ſpecies; ideo deſcripti in Speculo, qui prohibentur habere officia Communis ordinaria

tia, vel extraordinaria, non prohibentur habere notarium: Caſtr. *conſ.* 226. *Dico dictum ſer Franciſcum, lib.* 1.

PRATENSIS TERRA.

1. PRati terra eſt de territorio Florentiæ in iis quæ reſpiciunt commodum dictæ terræ, licet ſecus ſit quoad alia: Angel. *conſ.* 354. *per opportuna, in prin.*

2. Vide, quia licet habeat quaſi eadem priuilegia, quæ habent terræ S. Geminiani & S. Miniati, quod ſi habitauerint per ſex menſes in ciuitate Florentiæ ſint ciues, tamen Pratenſes habent hoc priuilegium ex conſtitutione, ſed aliæ duæ terræ ex conuentione pacto: Caſtr. *conſil.* 284. *Viſis & ponderatis, col. antepenul. circa med. v. quicquid tamen ſit, libro* 1, vbi per totum tenet contra Angelum, Ioannem de Ricciis, Florianum de S. Petro, & Antonium de Butrio, qui conſuluerunt pro ciuilitate data, quæ non poſſit alterari ex lege noua, & Caſtr. dicit contrarium, quia ſi Commune Florentiæ fecit legem, quod ciues non poſſint habere Officia, niſi fuerint allibrati per 20. annos, etiam comprehendit iſtos, qui ſunt ciues adæquati:

3. Et quod ſit de territorio Florentiæ, & reguletur ſecundum ſtatuta Florentiæ: Caſtr. *conſ.* 44. *Videtur dicendum, lib* 1.

4. Roman. *conſ.* 460. *Illa verba, in fin.* dicit, quod eſt de Comitatu Florentiæ, & ideo Poteſtas Florentiæ dignior, & maior eſt, quia præeſt maioribus, & quia Poteſtas Prati eſt de Comitatu Florentiæ.

5. Statutum habet, quod notarij, qui non ſunt de collegio vel matricula notariorum Florentiæ, vel Prati, & qui non ſatisdederint Poteſtati Prati faciendo ſe ſuppoſitum, non poſſint rogare inſtrumenta, & annullat inſtrumentum, & contractum aliter factum, ſuper quo Caſtrenſ. *conſil.* 44 per totum dicit, quod neque poteſt probari talis contractus annullatus per teſtes.

6. Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto facit fructus ſuos ſecundum ſtatuta Prati: Ioan. de Imol. *conſ.* 112.

7. Statutum terræ Prati, quod teſtamenta exequutioni mandentur, nulla exceptione admiſſa pro legatis, & aliis vltimis voluntatibus, debet ſeruari etiam in foro eccleſiaſtico in legatis piis, quia eſt ſtatutum honeſtum: Ioan. de Imol. *conſ.* 112. *n.* 10.

8. Statutum Prati, quod panni Prati veteris non poſſint introduci, non habet locum per tranſitum.

Digitized by Google

9. Iem quod banniti poſſint impune offendi, quod ſtatutum operatur, quod bannitus non poteſt ſe defendere, & licita dicitur offenſa bannito facta, non autem inducitur ſola tolerantia, plene Caſtr. *conſ.255. Viſo ſupradicto puncto lib.* 1. per totum, vbi pro vtraq; parte allegat: primo, quod differat diſpoſitio: quæ dicit, *poſſit impune offendi*, vel, *poſſit licite offendi*; tandẽ contrarium firmat pro vero, quod imo licita exercet offendens bannitum quia offenſa eſt permiſſa.

10. Statutum Prati in cauſis exequutiuis tollit litis conteſtationem: Caſtr. *conſ.291. Viſis iis qua, c. l.2. in pr. verſ. preterea hoc comprehendendo, lib.* 1.

11. Statutum Prati circa ſuceeſſionem præfert patrem in ſucceſſione filii communis ipſi matri, quod ſtatutum habet locum etiam in ſpuriis filiis, quia idem ſtatutum vult, quod ipſis ſpuriis ſuccedatur, ſicut ſucceditur legitimis: Alexand. *conſil*, 150. *Viſo themate, num.4. & ſeq. verſ. deniq; fortius, lib.* 2.

MEMBRVM LXXII.

SENARVM CIVITAS, STATVTA, Conſuetudines, & priuilegia.

1. Ciuitas Senarum exercet iura Principis, & ideo valent ſtatuta Senenſia: Abb. *conſ.27. Videtur primo, lib.2. in prin.* Et quod non recognoſcat ſuperiorem, Socin. *conſil.74. In præſenti, libro 1.* quem citat Apoſtill. ad Felin. *c. qua in Eccleſiarum, col. 2. in fin. de Conſtit.* in verb. *Florentinus*: Abbas *conſ.24. nu.1. v. ſecundo principaliter, lib.2.* Roman. *conſ.467. n.* 2. vbi, quod ob potentiam habet abſolutam & ordinariam poteſtatem.

2. Ciuitas Imperialis eſt, & ſummi Pontifices in ea nullam habent iurisdictionem: Angel. *conſ.233. Punctus eſt, in fin.*

3. Iura Imperialia habet Ciuitas Senarum ex naturali conſuetudine & præſcriptione: Bald. *conſ.49. In primis videndum eſt, circa princip. verſ. item eſt Imperialis, lib.4.* Caſtrenſ. *d. conſil. 143. in fin. lib.1.* Abbas *conſ.20. Videtur primo, in prin. libro* 1.

4. Et regalia habet in ſuo territorio: Martin. Laudenſ. *tract. de Princip. q.* 126.

5. Et territorium ſuum habet francum & liberum: Bald. *conſ.401. Super facto Domini, in fin. lib.5.* Abbas *conſ.20. in prin.*

6. Et

6. Et de facto ſuperiorem non recognoſcit, ſed vicem Principis tenet: Fulgoſ.*conſil* 149.*in prin.*Caſtrenſ *conſil.*143. *Viſis,in fin.verſ.circa primum libr.* 1.vbi, quod poteſt auferre ex cauſa publicæ vtilitatis dominium rei ſuæ vni,& dare alteri.

7. Contrarium tenet Abb.*conſil.*111.*In cauſa*,*n.*5.*lib.*2. vbi ſtatutum Senarum tanquam ſtatutum Communitatis non poteſt compræhendere pendentia in lite, licet hoc exprimat, prout poteſt ſtatutum Papæ vel Imperatoris.

8. Et ꝙ Commune Senarum, licet ob ſui potentiam habeat ordinariam & abſolutam poteſtatem, tamen non poteſt ſine cauſa priuare Rectorem Hoſpitalis Senarum, & multo minus poſſunt ſex Electi à Communitate,licet eis datum ſit arbitrium, prout eis videbitur, quia intelligitur ſecundum arbitrium boni viri,& regularum à iure: Roma.*conſ.*467.*Vt clara reddatur*, per totum, vbi Apoſtil. in verb *ſine cauſa*, dicit quod cauſa non præſumitur niſi probetur.

9. Papa Gregorius cum Curia habitauit in ciuitate Senarum pactis conuentis, quod non exerceret iurisdictionem in laicos non Curiales,ſed iurisdictio eſſet Communis Senarum: Fulgoſ.*conſil.*176.*Iacobus geſtor*, vbi quod non ſeruauit capitula Auditor Papæ, quia carcerauit laicum, ſuper quo caſu fit conſilium.

10. Senarum ciuitas habet hodie Archiepiſcopum,qui tamen tempore Federici de Senis erat Epiſcopus, vt ipſe aſſerit, quia Epiſcopum nominat *conſ.*2.& *conſ.*33.*in prin.*

11. Epiſcopale ſtatutum eſt Senis,quod quicunq; luſerit ad azandum, ſit excommunicatus; quod ſtatutum etiam ligare Senenſem, qui luſit in loco exempto, aſſerit Feder.*conſil.* 2. dummodo locus exemptus ſit in diœceſi Senenſi.

12. Præpoſitus Cathedralis Senarum non habet dignitatem: Aretin. *conſ.*23.per totum,vbi late.

13. Socini,hoc eſt, Mariani Senioris, opinionem quaſi pro lege ſeruat ciuitas Senarum,vt per Socin.Iun.*conſ.*126.*n.*50.*lib.*1.

14. Capitaneum iuſtitiæ habet, qui debet eſſe ætatis annorum XXVI. & forenſis,& de legitimo matrimonio,alias electio facta non valet,niſi ex certa ſcientia fiat à Republica, quæ tacite velit diſpenſare: Roman.*conſil.* 216.*Electio.*

15. Poteſtas Senarũ habet ex conſtitutione liberũ arbitrium in pœnalibus,& licet in principio officii iuret non recipere arbitrium, ſi recipiat,

Digitized by Google

non incurrit pœnam periurij, quia conſuetudo excuſat à pœna temporali: Roman. *conſ. 466. Videtur prima fronte*, vbi Apoſtil. in verb. *cum venerabilis* dat concordantes infinitos.

16. Commune Senarum paſſum eſt deprædationem militum quorundam, à quibus non valens aliter liberare territorium à deuaſtatione, ſoluit ducatos 9000. pro quorum recuperatione impoſuit onera, ad quæ etiam Eccleſias teneri dicit Anchar. *conſ. 96. Quæſtio, ſuper qua*, vbi pro vtraque parte, & tandem concludit Eccleſias teneri.

17. Tenetur ſoluere, & manutenere 40. pedites, & 25. barbatas per 25. annos ad defenſionem Domini Cortonæ ex capitulis Confœderationis: *d. conſ.* 401. *lib.* 5. vbi, quod debetur ſalarium præſens non autem ſalarium, quod debebatur tempore pactorum.

18. Guerram habuerunt Senenſes cum Piſanis, & ſequuta fuit pax, per quam Piſani non receperunt ciuilitatem, quam habebant in ciuitate Senarum ante bellum, quia amiſſa fuit, & in capitulis pacis non eſt de ea facta mentio: Roman. *conſil.* 459. *In propoſita conſultatione*, per totum.

19. Guerram habuerunt contra Florentinos Colligati cum Duce Mediolani, & cum Piſanis: Angel. *conſ.* 391. *Super aliis*, per totum.

20. Et de alia guerra cum Florentinis meminit Fulgoſius *conſil.* 149. *numero* 3. vbi, quod fuit de anno 1399. vſque ad 1404. quo tempore fecerunt confœderationem.

21. Nobiles atque potentes ſunt Senenſes, & Piſani, ideo in liga cum Duce Mediolani non præſumuntur ſequaces, neque adhærentes, ſed Socij: Angel. *d. conſ.* 391. *n.* 6.

22. Peruſini conceſſerunt, dum eſſent in libertate, Senenſibus ciuilitatem & exemptionem à gabellis, quatenus Senenſes ſimilem conceſſionem facerent Peruſinis, prout fecerunt, ſed poſtquam ciuitas Peruſij deuenit in ditionem Regis Ladislai, ſucceſſione Bacchij de Montone, & vltimo Eccleſiæ Romanæ, ceſſauit priuilegium hinc inde, quia Peruſini non obſeruabant, & non poterant obſeruare, ſuper quo Abb. *conſ.* 61. *Videtur primo lib.* 2. conſuluit pro Senenſibus.

23. Conſuetudo eſt Senis, quod libris mercatorum fides adhibeatur tam pro mercatore, quam contra; & idem in libris pizzicarolorum, & cuiuslibet artificis vilis, vt per Bertachinum *de gabell. in* 4. *part. princip numero* 4. vbi *numero* 6. quod eſt indiſcreta, quod credatur cuilibet libro, ideo non valet.

24. Item quod ſocietates fratrum in Communione remanentes, cenſentur eſſe omnium bonorum in ciuitate Senarum: Abb.*conſ.72. Videtur primo,col.fin.in prin.v.& maxime hoc procedit,lib* 3.

25. Conſuetudinem habet, quod quilibet ſocius in ſolidum poſſit agere pro toto debito ſocietatis: Caſtr.*conſ.431.Si quaritur,col.2.in fin.v.iu non obſtantibus,lib.* 1.

26. Conſuetudo eſt Senis, quod vſuræ incertæ debent diſtribui pauperibus per Epiſcopum loci: Feder. de Sen.*conſ.33.in prin.*

27. Caſtrum Collechij eſt fœderatum ciuitati Senarum, non autem extra capitulata ſuppoſitum: Socin. *conſil.74 lib.*1.vbi plures Doctores Senenſes ſubſcripſerunt.

28. Orbetellum licet ſit ſubiectum ciuitati Senarum, non tamen dicitur habere mandatum ſufficiens, vt Communitas Orbetelli poſſit comparere pro Communitate Senarum: Rom.*conſ.288 In caſu propoſito* in fin.

29. Caſtrum Plani Strangarij ex confœderatione ſe ſuppoſuit ciuitati Senarum, & ciuitas conceſſit eidem caſtro exemptionem ab omnibus datiis & gabellis per annos 20: & licet ſit effectum de territorio vel diſtrictu Senarum, non tamen compræhenditur ſub bannimento Senarum, quod in territorio & diſtrictu non poſſint conduci panni forenſes, quia toleratur immunitas eis conceſſa: Abb.*conſ.20.Videtur primo,lib.*1 per totum.

30. Caſtrum Montis Spoleti eſt de territorio ciuitatis Senarum, olim erat diœceſis Aretij, hodie eſt ſub iuriſdictione Eccleſiaſtica Abbatis S. Antonij: Abb.*conſ.29.Firmiter puto,lib.*1.vbi, quod licet Papa in certis litteris ordinauerit, quod homines prædicti facerent aliqua de conſenſu Epiſcopi Aretini, nihil præiudicauit quoad iuriſdictionem Abbatis S. Antonij, quia ſubditi non præiudicant Domino; etiamſi alium recognoſcant, niſi adſit ſcientia, & patientia veri Domini.

31. Caſtrum Rocchæ Albinæ Comitatus Senarum prætendit habere caſtrum Caligrani ex donato à Communi Senarum, ſuper quo quædam mulier prætendebat dotes ſuas, & an ſit præſcriptum contra dotem: Abb. *conſ.*14.per totum, dicit quod non, *lib.* 2.

32. Terra Montis Ilcini eſt ſub iuriſdictione Senarum, vt innuit Roman.*conſ.320.n.3.in fin.*

33. Caſtrum Aſſani ſubeſt Communi Senarum; ideo condemnatus per Poteſtatem Senarum pro eodem delicto, non poteſt condemnari per Poteſtatem Aſſani: Roma.*conſ.463 In caſu*, per totum.

34. Aſciani caſtrum erat de iuriſdictione Senarum, & ciuitas vendebat

Digitized by Google

bat omnes gabellas, & redditus damnorum, & Curiæ prædictæ, licet homines prætenderent pœnas damnorum datorum ad ſe ſpectare: Caſt.*conſ.* 418.*Quod dicti redditus,lib.*1 per tot.

35. Lucignani terra non eſt de Comitatu, neque territorio, neque de diſtrictu, niſi quoad commoda ex conuentione cum populo Senarum, ideo non ligantur ordinamentis Senarum: Caſtr.*conſ* 85.*Viſis*,*lib.*1.& *conſ.* 393.*eod.lib.*dicit, quod in fauorabilibus ex conuentione eſt de Comitatu.

36. Officia Communis, quæ dantur ciuibus, non habent dignitatem, niſi Caput Priorum, & Decuriones, alia officia ſunt munera publica: Caſtr. *conſ.*468.*per tot.lib.*1.

37. Raymundus Miles Nobilis de Tholomæis fuit turbator ſtatus ciuitatis Senarum, ideo fuit condemnatus & confirmatus, vt per Angel. *conſil.*63.*Nobilis Miles*, vbi quod non ſeruauit confinia, & *conſil.*378. & 379. quod fuit confirmatus Capuæ, & dedit cautionem pro duobus mille de ſe præſentando quotidie, ſed capta ciuitate Capuæ à Comite Nicolao Vrſino fuit iuſſus recedere, vbi quod non dicitur fregiſſe propterea confinia.

38. Statutum eſt Senis, quod ſi pax præceſſit proceſſum, dimidietur pœna: Feder. de Sen.*conſ.*58 *Statuto Communis*, *in fin.* vbi quod debet probare, quod pax præceſſerit, & non ſufficit, quod eadem die, qua cœptus eſt proceſſus, ſit facta pax.

39. Conſtitutio, quod Monialis non ſuccedat, neque petat aliquid viuentibus filiis maſculis, non valet, neque poteſt diſponere, ſiue præcedat ingreſſum Monialis, ſiue ſequatur: Caſtr.*conſ.*463.*Non eſt dubium*,*lib.*1.vbi qualiter intelligitur, & quod mortuis filiis maſculis ſuccedat Monialis, etiamſi valeret.

40. Statutum eſt Senis, quod nulli Magnates poſſint acquirere aliquo modo ceſſionem iurium contra popularem, de quo Feder.*conſ.*83.dicit, quod non comprehendit Clericum filium Magnatis, & *conſil.* 8. dicit, quod nec talis acquiſitio poteſt fieri ab Eccleſia propter intentionem ſtatuentium, & vt tollantur fraudes.

41. Statutum, quod condemnatus de falſo, vel ſodomia, aut alio delicto, non poſſit habere officia Communis, intelligitur de condemnato, non ex contumacia, vel confeſſione ficta, vel quando ſententia eſt nulla non ſeruato ordine iudicii: Caſt.*conſ.*468 *Super hoc puncto*,*lib.*1.per tot.

42. Statutum ſup gabella cinerum eſt Senis, quod ſoluantur ſolidi duo pro ſalma cineris conducti ad vrbem, totidem, ſi extrahatur, & ſolidi quinq; pro tranſitu: Feder. de Sen.*conſ.*127.per tot, vbi quid ſit *tranſitus*, & quomodo verificetur hoc verbum in gabellis ſoluendis. 43. Aliud

43. Aliud ſtatutum, quod debitor gabellæ non poſſit ſoluere pro futuro non ſoluendo præteritas gabellas, ſuper quo Abb. *conſ.* 68. *Videtur primo, lib.* 1. dicit, quod ſoluens dicitur per errorem, & non per dolum, ſi palam exercet artem, pro qua fieri debet ſolutio.

44. Aliud ſtatutum, quod pro abiudicatione ex ſecundo decreto debeatur gabella, intelligitur ſi adiudicatio habuit effectum, & durauit, alias non: Abb. *conſ.* 69. *lib.* 1. per tot.

45. Circa gabellam ſoluendam, à quibus, & de quibus, vide Caſtr. *conſ.* 293. in caſu, qui præcedit conſilium, & per totum conſilium, *lib.* 1.

46. Statutum eſt Senis, quod mulier habens filios non poſſit diſponere, niſi de quarta bonorũ parte, vel ex cauſa neceſſitatis, ſed teneatur filiis conſeruare tres partes bonorum: Bald. *conſ.* 19. *Factum tale eſt, maritus, libr.* 3. & *conſ.* 439. *Factum ſuper quo, num.* 4. vſq; in fin. vbi, ꝙ non habeat locum in muliere forenſe, quæ nupſit Senenſi conſanguineo, quia non valuit matrimonium, *libr.* 4. & diſputat an habeat locum quoad bona extra territorium, & non ſoluit.

47. Et quod huiuſmodi ſtatutum habeat locum etiam reſpectu fructuum: Socin. *conſ.* 93. *Circa primum, nu.* 10. *ver. circa tertiam, lib.* 1. Bald. *conſ.* 276. *in fin. lib.* 3.

48. Et dicitur augere legitimam, & ſic tres quartæ dicuntur quaſi legitima: Socin. *conſ.* 48. *in princ.* & *conſ.* 93. *num.* 20. *lib.* 1. vbi, *nu.* 8. dicit, quod conſuetudo ita ſeruat Senis, quicquid ſit de iure, & propterea pia cauſa nõ tollit legitimam, vel ſtatutum, & *conſ.* 48. *in princ. lib.* 1. & *conſ.* 84. *in fin.* vbi dicit, quod omnes Doctores Senenſes ſe ſubſcripſerunt, *lib.* 1.

49. Imo quod iſtæ tres quartæ reſeruatæ maius priuilegium habeant, quam legitima, & non poſſit mater in vita conſumere, quia reſeruatio facta à ſtatuto operatur, quod mater ſolum eſt vſufructuaria, ideo non poteſt etiam inter filios diſponere: Caſtrenſ. pulchre *conſil.* 442. *Pro declaratione, in princ. lib.* 1. vbi multa pulchra, & quo titulo ſuccedant filii, *lib.* 1. vbi quod præteriti nõ dicuntur, ſi mater de quarta ſua in extraneos teſtatur, ſequitur Caſtr. Apoſtil. ad ſtatutum Bononiæ *de dot. reſtit.* §. *& ſi deceſſerit, v. relinquere.*

50. De quarta vero poteſt libere diſponere tam in filios, quam in extraneos: Caſtr. *conſ.* 442. *Pro declaratione in princ. lib.* 1.

51. Super hoc ſtatuto conſuluit Ancharan. vbi quod eſt odioſum *conſ.* 380. *Cum ex diſpoſitione*, vbi ponit ſtatuta antiqua, & additiones nouas. ſequitur Socin. *conſ.* 48. *n.* 2. *ver. iis tamen, lib.* 1. & *conſ.* 53. *n.* 19. *lib.* 1. & *conſ.* 39. *eod. lib.* & Caſtr. *conſ.* 441. *Iſta quæſtio, lib.* 1. declarat, quod additio noui ſtatuti

Dd tollit

Digitized by Google

tollit lucrum debitum marito ex veteri ſtatuto, ſed non tollit lucrum ex pacto reciproco iuris communis, & idem conſuluit Rom. *conſ.* 448. per totum, Abbas *conſ. pen. lib.* 2.

52. Non habet locum in dote, quia mulier ſe dotando ſecunda vice poteſt dare marito ſecundo, vel tertio vltra quartam partem, alias eſſet matrimonii impeditiuum: Anchar. *d. conſ.* 380. *nu.* 3. *& ſeq.* & plenius Anchar. *conſ.* 105. quod eſt Franciſci de Ramponibus, duplicatum conſ. 381. vbi ampliat etiamſi maritus lucrando dotem lucratur vltra quartam partem: Bald. *conſ.* 19. *lib.* 3.

53. Contrarium Bald. *conſ.* 276. *Verba ſtatutorum, nu.* 3. *lib.* 3.

54. Et poteſt mulier alienando quartam, vel dando in dotem obligare alias tres quartas pro euictione: Anchar. *d. conſ.* 380. *in fin.*

55. Quando non exſtant filii, niſi ex primo matrimonio, maritus ſecundum ſtatutum poteſt lucrari medietatem dotis: Anchar. *conſ.* 380. *n.* 5. *& ſeq. ver. venio ad ſecundum*, vbi quod hoc caſu non habet locum *l. hac edicta'i, C. de ſecund. nupt.*

56. Nec poteſt maritus à filiis compelli ad cauendum: Bald. *conſ.* 19. *l.* 3.

57. Et ſtatutum Senarum etiam diſponit, ꝙ nulla mulier nupta poſſit de ſuis dotibus, vel in præiudicium ipſarum aliquem contractum, vel obligationē facere cum fratre, auo, vel quacunque perſona ſine conſenſu, vel ratihabitione viri ſui, & aliter facta non valeat ipſo iure, ꝙ ſtatutum requirit conſenſum ſpecificum mariti, ita ꝙ non ſufficiat, ꝙ fuerit præſens, & tacuerit: Abb.

58. Et tale ſtatutum habet locũ etiam in donatione cauſa mortis, quando eſt de per ſe, quia dicitur contractus, & obligatio, ſecus ſi eſſet facta in teſtamento, vel codicillis, quia dicitur tunc vltima voluntas, & ſtatutum non habet locum in vltima voluntate: Abb. *d. conſ.* 40. *in princ. lib.* 2. vbi pro vtraq; parte, hanc veram tuetur.

59. Statutum circa teſtamenta habet, ꝙ valeat teſtamentum coram tribus teſtibus etiam pauperibus: Ang. Aret. conſ. 233. *Punctum eſt, in prin.* vbi ꝙ valet ſtatutum, ſed tamen in eccleſia ſi fiat teſtamentum, non habet locum ſtatutum.

60. Circa vltimas voluntates, & quod tres teſtes ſufficiant, an habeat locum etiam in donatione cauſa mortis extra teſtamentum & codicillos: Abb. *conſ.* 40. *Factum in effectu, n.* 7. *ver. ex prædictis, lib.* 2. vbi pro vtraq; parte, & dicit quod articulus eſt ſatis dubitabilis.

61. Circa contractus filiorumfamilias, quod non poſſunt filiifam. ſe obli-

obligare in aliquo contractu ſiue conſenſu patris, ſuper quo Caſt. *conſ.466. Viſo compromiſſo, in princ. lib.1.* vbi, quod non valet compromiſſum cum patre, quia eſt contractus, & pater non poteſt ſibi auctorari.

62. Circa inuentarium, quod hæres licet conficiat inuentarium, nihilominus teneatur in ſolidum ad debita defuncti, & valet ſtatutũ: Caſtr. *conſ. 469.nu.3.verſ.& hæc veriſimilia præſcriptio, lib.1.*

63. Statutum circa exequutionem inſtrumentorum guarentigiatorum, vel teſtamentorum, de quo Ang. *conſ.266. Punctus talis eſt, Domini*, non habet locum in legato conditionali, etiamſi ſit lata ſententia, quia datur appellatio, vt ibi in fin. *ver. ad ſecundum.*

64. Et huiuſmodi ſtatutum mandans citato debitore, & non cõparente, poni in banno dari tenutam bonorum, ſimpliciter & de plano intelligitur actore comparente, alias tenuta & bannum nullum eſt reuocandum: Pet. de Anchar. *conſ.97. In quæſtione quæ vertitur*, per tot.

65. Statutum circa reductionẽ laudi ad arbitrium boni viri, circa cauſas in curia mercatorum commiſſas & laudatas denegans ipſam reductionẽ, non habet locum, ſi cauſa non eſt compromiſſa neq; laudata in curia mercatorum, quia eſt odioſum: Socin. *conſ. 220. Viſis compromiſſo, nu.8.*

66. Et quod lauda exequantur non obſtante quacunq; nullitate, non habet locum, ſi ex ventre oritur nullitas, vel ſi habet repugnantiam, ſi deficit compromiſſum: plene Anchar. *conſ.207.nu.10.& ſeq.ver.reſtat.& conſ. 208.n.20.& ſeq.* vbi, quod enormis læſio eſt, non habet locum ſtatutum. Idem tenet Caſtr. *conſ.466.nu.4.ver. nunc reſtat, lib.1.* vbi idem quando euidens, vel quando tam laudum, vel compromiſſum eſt nullum.

67. Statutum Senarum circa petitionem prædictam eſt conforme iuri communi, vt poſſit peti infra 40. annos: Socin. *d.conſ.220.n.5.v.amplius dico.*

68. Statutum, quod iudex non poſſit allegari ſuſpectus ſub pœna &c. valet, & operatur quod valebit proceſſus poſt recuſationem, & quod procurator ſine mandato ſpeciali non poteſt ſuſpectum allegare: Rom. *conſil. 220. Circa primum, nu.7.ver. ergo autem.*

69. Statutum circa præſcriptionem 10. annorum eſt Senis, quod non loquitur in perſonam; ideo forenſis gaudet ſtatuto, quando agitur hypothecaria, & ſic pro re ſita in territorio Senenſi: Caſtr. *conſ.10. Si vera ſunt, in princ.* & per totum, *lib.1.* vbi, quod etiam præſcribitur poſſeſſio, conſtitutũ, & precarium, ac pactum ingrediendi, & de eodem ſtatuto vt requirat iuſtum titulum: Socin. *conſ.47.ver. circa ſecundam, lib.1.*

70. Et de eodem ſtatuto Senarum circa præſcriptionem 10. & 30. anno-

Digitized by Google

rum qualiter intelligatur, plene Abb. *conſ.* 14. *Videtur primo*, per totum, *lib.* 2. vbi ꝙ malæ fidei præſcribit, ideo non excluditur vxor à iuribus dotalibus.

71. Et plenius de eodem ſtatuto Senenſi Abb. *conſ.* 22. *Videtur primo, lib.* 2, vbi, quod non habet locum contra non valentem agere, prout vxor durante matrimonio, filius durante patria poteſtate; & item non procedit contra habentem hypothecam in bonis in caſu euictionis, quia donec res euincatur, non currit præſcriptio, & dicit quod debet intelligi ſecundum ius commune.

72. Statutum Senarum, quod filia dotata à patre non poſſit venire ad ſucceſſionem cum fratribus, excludit etiam à legitima, & dos non ſuccedit loco legitimæ, ſecundum Caſtr. *conſ.* 469. *Ad primum, quo quæritur, nu.* 2. *lib.* 1. vbi pro vtraq;, licet teneat hanc partem, & plenius *conſ.* 83. *nu.* 3. & per totum, *lib.* 2. vbi adducit quinq; ſtatuta Senarum antiqua & noua, & dicit quod loquens de excluſione filiarum dotatarum in maternis, habet locũ etiam in paternis, quando rubrica eſt generalis, & ſequitur Alex. *conſ.* 89. *Circa primum, n.* 5. *lib.* 6. licet Socin. Iur. *conſ.* 31. *lib.* 1. reprobet Caſtrenſem.

73. Et ſuper iſto ſtatuto Senarum, quod filia maritata & dotata &c. non ſuccedat matri ſtantibus maſculis, conſuluit Abb. *conſ.* 107. *Quatuor ſunt*, vbi *in princ. ver. poteſt addi, lib.* 2. ponit verba ſtatuti, & in *fin. nu.* 8. *ver. reſtat nunc*, dicit eſſe odioſum, & quod ſi non eſt maritata & dotata tempore mortis matris, etiamſi dotetur poſtea, ſuccedit, imo ſi eſſet deſponſata, & non maritata, ſuccederet.

74. Et iterum ſuper dicto ſtatuto, quod non excludat filiam monialem effectam dotatam, quia licet dotatur Deo nupta, & cognoſcens eam poſſit puniri de adulterio, tamen non eſt vere nupta, ſed ficte, & ſtatutum odioſum non habet locum in caſu ficto: Abb. *conſ.* 111. *In cauſa Catherinæ, lib.* 2. in princ.

75. Iſtud ſtatutum fuit per Senenſes alteratum pendente lite cum Moniali, & dictum, quod ingreſſa monaſterium non poſſit aliquid petere de hæreditate paterna ſtantibus maſculis, & habet locum in præteritis, præſentibus & futuris: Abb. *conſ.* 111. *n.* 4. *& ſeq. ver. venio nunc. lib.* 2. dicit, quod non valet, quia de ingreſſis & eccleſiaſticis loquitur; item ſi valeret, non comprehendit pendentia in lite, niſi fiat mentio etiam per ſuperiorem ſupremum, minus quando per inferiores; & dicit quod canes curiarum & deuoratores Communitatum faciunt fieri pro libito talia ſtatuta.

76. De iſtis ſtatutis Senarum, videlicet primo, quod ſi quis deceſſerit ſine liberis, & ſine aſcendentibus ab inteſtato, proximiores defuncti vſq

ad

Digitized by Google

ad quartum gradum, ſiue ſint maſculi, ſiue fœminæ, habeant omnia bona defuncti, & gradus ſumuntur ſecundum ius Canonicum, & quod nulla fiat interpretatio, niſi prout litera iacet. Secundum ſtatutum eſt, quod mulier dotata ad ſucceſſionem & diuiſionem non veniat cum fratribus. Tertium & quartum ſtatutum ſunt duæ additiones, ſeu reformationes, quibus cauetur, nullam mulierem dotatam de bonis communibus, quæ habet cum fratre, poſſe venire ad ſucceſſionem, vel diuiſionem, vel communionem aliquam, & eorum omnium, quæ penes fratrem remanſerunt, vel etiam acquiſita fuerant dictis fratribus, nedum ante, ſiue fuerit dotata viuente patre ſuo, ſiue poſt mortem patris à fratribus mulieris, ſuper quibus plene Alex. *conſ.* 89. *Circa primum, lib.* 6. conſuluit, & dicit, quod reformationes intelliguntur ſecundum ſtatutum præcedens, quod dicta ſtatuta pro agnatis ſunt fauorabilia ad conſeruandas agnationes, & quod per dictam rationem, quæ vnica eſt, compræhendunt omnes caſus, vbi ratio militat, & propterea fœmina excluditur nedum à ſucceſſione dotantis, ſed ab omni ſucceſſione infra quartum gradum, quando eſt dotata, vel agnati volunt dotare.

77. Et inſuper *nu.* 7. *& ſeq.* dicit Alex. *d. conſ.* 89. *lib.* 6. quod habet locũ in nepte & aliis omnibus fœminis infra quartum gradum, quando extant maſculi in pari gradu, ſecus ſi maſculi eſſent in vlteriore gradu, exceptis aliquibus caſibus ſpecificatis.

78. Item ſtatutum, quod fratres & filii fratrum excludant ſorores carnales, & filias ex fratre defuncti, habet locum etiam in fratribus patruelibus, vt excludant ſorores patrueles, & filias fratrum patruelium ex identitate rationis: Alex. *d. conſ.* 89. *nu.* 9. *ver. hoc etiam confirmatur*, & plenius *nu.* 13. *in fin. cum ſeq.* per totum, *ver. iis tamen non obſtantibus, lib.* 6.

79. Statuta circa legitimam, quod legitima filiorum in bonis matris ſit dodrans, videlicet duæ tertiæ, & quod mater non poſſit diſponere, habet locum vt etiam Trebellianica deducenda ſit. Socin. *conſ.* 93. *Circa primum, nu.* 7. *& ſeq. ver. circa ſecundum, lib.* 1.

80. Circa ſucceſſionem tranſuerſalium excluſa matre, niſi quoad quartam, Caſtr. *conſ.* 422. *Quod iſta mater*, per totum, *lib.* 1. vbi, quod dum vocat parentes maſculos, intelligi debet de agnatis natis ex maſculis, non de natis ex fœmina, maxime ad excluſionem matris, & quia videtur ad conſeruandam agnationem, & ibi latiſſime pro vtraque parte.

81. Statutum circa ſucceſſionem matris, & aſcendentium ex linea materna in bonis deſcendentium, diſponit quod ab inteſtato ſit quarta eorũ

Digitized by Google

aſcendentium, qui ſunt in ciuitate, extra ciuitatẽ nihil, & totum reſiduum agnatis conceditur, ſuper quo Fulgoſ. *conſ.48. Quidam P. condidit*, vbi quod habet locum in infante decedente, quia dicitur ab inteſtato, item mater, quæ non petiit tutorem, non priuatur ſucceſſione ſtatuti, licet priuetur ſucceſſione iuris communis.

82. Et de eodem ſtatuto Senarum ſi qua perſona ab inteſtato deceſſerit ſine filiis legitimis, & aſcendentibꝰ ex linea paterna nec non ſuperſtite fratre vel ſorore, ſiue filio vel filia fratris, non admittitur mater, niſi ad quartã partem bonorum præter domos & caſtella, quæ ſpectent ad agnatos vſq; ad quartum gradum; ſi vero ſuperſint frater vel ſoror, vel filius vel filia fratris, in nihilo ſuccedat mater, conſuluit pleniſſime Abb. *conſ. 75. Primo eſt videndum, lib.* 1. ꝙ ſi infans decedat relicto auo paterno, & matre, licet videatur caſus à ſtatuto omiſſus, in quo de iure cõmuni mater excluderet auũ paternũ; tamen dicit, ꝙ contrarium verius eſt ex mente ſtatuentium, quia ſi remotiores excludunt matrem cauſa agnationis, multo magis auus paternus, qui excludit excludentes, & caſus non dicitur omiſſus, ſed incluſus ex mente, & argumentũ à contrario ſenſu intrat ad correctionẽ iuris communis, maxime vbi militat eadẽ ratio cõſeruãdæ agnationis, q̃ ſola militat.

83. Et ſuper eodem ſtatuto Senarum, ꝙ excludit matrem, ſi filius habet fratres, vel filios fratris, conſuluit Bart. *conſ.205. Viſo teſtamento, l.1. in prin.* vbi, quod mater præterita non dicit teſtamentum nullum, ſi extant fratres vel nepotes ex fratre, & extendit etiamſi frater & nepotes non ſunt inſtituti, ſed extranei, quia ſufficit exiſtentia eorum, quia anteq̃ extranei inſtituti adeant, exiſtentia hoc operatur, quia teſtamentum non dicitur confirmatum ante aditionem, & loqtur de loco Sancti Quirici de diſtrictu Senarũ.

84. Item quod decedens ſine attinentibus in quarto gradu ſecundum ius Canonicum ſuccedat fiſcus: Caſtr. *conſ.376. Super iſto, lib.2.* vbi ſtatutum taxando gradum includit exiſtentes in gradu diſpari, videlicet quarto & quinto gradu.

85. Item quod filiusfam. non poſſit obligari in contractu, vel quaſi, ſine conſenſu patris: ideo ſi filio defertur hæreditas opulenta, vel exequutio piæ cauſæ, pater compellitur conſentire: Fulgoſ. *conſ.75. in fin.* qui etiam dicit, non obſtare ſtatutum, ſi teſtator voluit, quod ſolus poſſit exequi officium, & dubitat quod non compræhendat fœminam, quia loquitur de filiofamilias.

86. Et de iſto ſtatuto, quod non habeat locum in filiafam. quia in correctoriis maſculinum non concipit fœmininũ, maxime quando patri do-

Digitized by Google

tanti renunciat, & quia licet pater ſibi auctorari non poſſit, bene ſufficit conſenſus: Alex. *conſ.29. Præclare,nu.9. & ſeq. ver. non obſtat, lib.3.*

87. Item quod officium exequutoris poteſt exequi, etiamſi non ſit adita hæreditas: Fulgoſ. *conſ.75.num.4.*

88. Statutum Senarum annullat renunciationes mulierum, hypothecis ſibi competentibus in bonis maritorum, niſi interuenerint quatuor conſanguinei, duo ex parte patris, & duo ex parte matris, & proximiores, quod ſtatutum non habet locum, quando mulier iurauit, ſed tamen debet abſolui à iuramento, vel iuramentum debet relaxari à parte, cui iuratum eſt: Abb. *conſ.8. Tria,* per totum, *lib.2.*

89. Statutum circa ſolemnitates contractuum minorum eſt Senis, per quod diſponitur, quod debeant interuenire duo conſanguinei bonæ famæ & iudex diligenter inquirere debeat, vtrum contractus minoris ſit vtilis, vel dānoſus; ſuper quo Anchar. *conſ.69. Contra donationem;* dicit, quod ſufficit decretum iudicis, licet non conſtet de inquiſitione, & quod ita ſeruatur, quia in hoc non eſt formale, quia ineſt hæc conditio de iure communi, pro qua præſumitur.

90. Et ſtatutum huiuſmodi non habet locum, quando contractus ſine ſolemnitate eſt vtilis minori, quia factum eſt, ne minoribus inferatur damnum, non vt auferatur lucrum, & debet reſtringi ad ius commune, quantum fieri poteſt: Roma. *conſ.316. Circa propoſitam,* per totum.

91. Non habent locū ſtatuta Senarū prædicta in contractib⁹ eccleſiaſticarum perſonarum, neq; ingreſſi monaſterium, etiamſi non ſit profeſſus, quia interim dicitur eccleſiaſtica perſona: Anchar. *conſ.69.* per totum.

92. Statutum Senarum, q̄ citatio fiat perſonaliter, vel domi, operatur, quod valet citatio domi ſimpliciter ſine vlla diligentia de citando perſonaliter: Fulgoſ. *conſ.76.* per totum, vbi quod ita de more ſeruatur.

93. Quod procurator non poſſit producere teſtes ſub pœna 25. librarū, ſuper quo Bart. *conſ.26. Statuto, lib.2.* vbi quod annullatur productio, licet adſit pœna.

94. Quod appellationis cauſa terminetur infra duos menſes à die dati libelli, alias ſit deſerta, & non poſſit dari de nullitate; quod ſtatutum non habet locum, ſi adeſt nullitas ex defectu iuriſdictionis: Fulgoſ. *conſ.150. Quidam ciues Senenſes, in princ.*

95. Quod idem ius reddatur ceſſionario, quod redderetur cedenti; de quo meminit Abb. *conſ.72. col. fin. ver. præterea & ſecundo, lib.2.*

96. Statutum, q̄ officiales pupillorum libere poſſint vendere bona pupillo-

Digitized by Google

pillorum, intelligi debet, ſeruatis ſolemnitatibus iuris communis, ſtante alia reformatione dictæ ciuitatis, ſuper quibus conſuluit Rom. *conſ.* 321. *In caſu propoſitæ conſultationis.*

97. Circa inſtantiam cauſarum, quod non duret vltra duos, vel tres menſes, operatur, quod ſententia lata poſt inſtantiam eſt ipſo iure nulla, licet de hoc nihil ſtatutum dicat: Abb. *conſ.* 5. *In quæſtione, col.* 2. *in fin. ver. ex iis infertur, lib.* 2. & habet locum etiam in exequutiuis & ſummariis: Alex. *conſ.* 50. *Viſis, nu.* 7. *ver. præterea & fortius, lib.* 2.

98. Item inſtantia currit, etiam non obſtante legitimo impedimento, quia modici eſt præiudicii: Abb. *d. conſ.* 5. *nu.* 3. *& ſeq lib.* 2.

99. Inſtantia vero cauſæ appellationis durat per 40. dies: Abb. *conſ.* 64. *Videtur primo*, vbi ponitur in caſu ibi poſito ante conſilium, *lib.* 2. vbi *col. fin. in princ. ver. pro hoc*, dicit, quod inſtantia prohibetur prorogari etiam de conſenſu partium.

100. Alio tamen ſtatuto Senarum diſponitur, ꝙ tempore, quo quis producturus eſt teſtes extra prouinciam, tempus determinandæ cauſæ nõ currat ipſo iure: Abb. *d. conſ.* 64. in princ. Caſus ibi poſiti, *lib.* 2. vbi, contingit quod in cauſa appellationis pars, quæ volebat inducere teſtes extra prouinciam, habuit dilationem, poſtea ſine cauſæ cognitione, & probato impedimento obtinuit prorogari, & adhuc durante prorogatione obtinuit iterum prorogari ſine cauſæ cognitione, ſed præſtito iuramento de calumnia, an ſententia lata extra inſtantiam ſit nulla, arguit quod non, poſtea concludit quod ſic, quia ſine cauſæ cognitione non poteſt dari dilatio neq; prorogatio.

101. Item Senis eſt ſtatutum de pœna ingumbrantis aliquam tenutã, per quod conceditur Poteſtati, vt infra 10. dies faciat præceptum de diſgumbrando, & ſimiliter ſtatutum de exequutione inſtrumentorum & guarentigiæ; item decretum Iuliani Manfredi, quod pro lege ſeruatur, ꝙ omnis cauſa, in qua eſt actor & reus, ciuilis à die libelli infra octo dies debeat per ſententiam expediri, habent omnes inſtantiã de iure communi, & ſtante ſtatuto quod inſtantia ſit duorum menſium, habet locum multo magis in ſummariis & breuioribus, vt pereat inſtantia: plene Alex. *conſ.* 50. *Viſis actis*, per totum, *lib.* 2. vbi pro vtraq; allegat, ſed hanc tuetur, & tollit contraria.

102. Vide Rolan. à Valle *conſ.* 76. *nu.* 13. *& ſeq. & nu.* 18. *& ſeq. lib.* 2. vbi, quod ciuitas Senarum tempore famis reuocauit omnes exemptiones pro illo actu, excepta exemptione per actum, item oneroſis, & dicit eſſe oneroſum

Digitized by Google

rotum ſaluum conductum conceſſum bannitis, qui recuperarunt caſtrum concedenti.

103. Tempore Decii fuit in ciuitate Senarum maxima fames, & facta eſt prouiſio, vt dicit *conſ.698.nu.13.*

104. Statutum circa guarentigiam tollit omnes exceptiones præter aliquas expreſſas; ideo quia exceptio firmat regulam in contrarium tollit exceptionem diſcuſſionis, quia non eſt inter exceptos: Abb. *conſ.72. Videtur primo, col.2. in fin. verſ. ſecundo principaliter, lib.2.*

105. Statutum circa cauſam nullitatis dat ordinem, quod is, qui commiſit cauſam nullitatis habeat terminum 15. dierum ad probandam nullitatem, infra quẽ ſi non probauit, ſententia exequatur; igitur nõ debet ſententia exequi ante præfixionem termini, & exequutio aliter facta eſt nulla, tanquam facta in contemptu: Caſt. *conſ.*381. *In præſenti conſultatione, lib.2.*

106. Statutum mercantiæ Senarum dans iuriſdictionem mercatoribus cognoſcendi exceptionem ſolutionis factæ, quam allegat debitor ex inſtrumento conuentus coram Capitaneo, vel Prætore, non impedit proceſſum ad exequutionem inſtrumenti, neq; inhibitio mercantiæ ſuſpendit, quia Poteſtas dat exequutionẽ cœptam, & ſi conſtabit de ſolutione, retractabitur: ita Abb. *conſ.5. In quæſtione, in princ lib.2.* Sed certe videtur dura opinio propter diſpendia partium, niſi in caſu quando debitor diſtuliſſet opponere, & forte propter præſumptam calumniam: Feder. conſ.93. nu.6.

107. Statutum, ꝙ deſcripti in libro Speculi pro debitoribus Communis per Camerarium, non poſſint extrahi ad aliqua officia, non habet locũ, ſi deſcriptus ſit manu aliena, quam Camerarii: Abb. *conſ.68. Quamquam,* per tot. *lib.2.* vbi, quod etiam debet citari extractus antequam reiiciatur.

108. Senarum ciuitas tenetur ſoluere libras 20. ſingulo anno D. Carolo agenti pro ſeruitute aquarum, quæ dicitur ad foueas ciuitatis ex molendino D. Caroli: Rom. *conſ.*109. *In propoſita,* per totum.

109. Nuncii ciuitatis Senarum portant cappellinam rubeam in ſignum facultatis citandi: Feder. de Sen. *conſ.*251. *in princ.*

110. Plebs S. Mariæ de Marmoria diœceſis Senarum, & Cappellæ duæ in ea fabricatæ ſunt liberæ à iurepatronatus prætenſorum patronorum, non obſtante quod dictas Cappellas dotauerint, quia poſt cõſecrationem dotarunt, neq; conſtat de conſenſu Epiſcopi Senarum, qui neq; præſumitur, nec poſſunt laici repetere bona data in dotem dictis Cappellis: Abb. *conſ.* 106. *Per prius,* per totum, lib. 2. vbi idem dicit de alia Cappella Parochiali dictæ Plebis conceſſa per Epiſcopum laicis, quia non potuit concedere ſine cauſa legitima.

Digitized by Google

111. Caſtrum Vittocciæ, quod erat commune Comitis Aldobrandini Vrſini, & Comitis Rainucii Farneſii, fuit occupatum à Commune Senarum, ſed tamen ipſe Aldobrandinus illud recuperauit, prætendebat à Comite Raynucio medietatem expenſarum, ipſe negabat teneri, quia in odium Aldobrandini fuerat occupatum: Alex. *conſ.* 168. *Requiſitus, nu.* 8. *& ſeq. ver. vltimo in quantum, lib.* 2. dicit, quod tenetur ad ratam expenſarum, quia recuperatio præſumitur nomine communi facta, & odiũ non nocet ſibi, quia non conſtat, & ſi conſtaret, non noceret, quando duo concurrunt, quod erat irrationabile, & Comes Aldobrandinus adhibuit maiorem diligentiam in cuſtodiendo poſt odium, & ibi Apoſtil. in verb. *abſq; culpa*, dat concordantes.

112. Statutum, q̃ habentes bona conducta ab Eccleſiis, non poſſunt expelli, ſi ſoluunt debitam penſionẽ, non valet, & eſt contra libertatem Eccleſiæ: Deci. in *c. Eccleſia S. Mariæ, de conſt. n.* 182. & ibi Abb. in 1. *Lectura, n.* 24.

113. Statuta circa bannitos, vt ſeruent confinia facta, fuerunt Senis, per quæ præcipiebatur bannitis ſub certa pœna, vt in certo loco deberent ſe conferre, & infra certũ tempus ibi morari, & puniuntur etiã conſanguinei vſq; ad quartum gradum dictorum bannitorum non obſeruantium: Ang. de Peruſ. *conſ.* 63. *Nobilis miles*, per tot. vbi quod valet propter bonum publicum, ſed quod non debent conſanguinei minores impuberes puniri.

114. In publicis delictis ex forma ſtatuti Senarum poteſt procedi per inquiſitionem, & erit effecta via ordinaria: Caſtr. *conſ.* 401. *Præſuppoſito, in princ. l. b.* 1.

115. Et quod infamis non poſſit habere officium ex publico: Caſtrenſ. *d. conſ.* 401. *in fin. lib.* 1.

116. Item quod Malabiati deſcripti in libro Malabiatorum poſſint impune offendi ab offenſo & conſanguineis vſq; ad quartum gradum etiam poſt ſolutam pœnam, quod tamen non habet locum contra plene reſtitutum: Ang. *conſ.* 288. *Viſo themate.*

117. Item quod banniti poſſint impune offendi ab omnibus, etiã patre & filio, & propterea conſuluit Caſtr. *conſ.* 427. *Quod iſti officiales, lib.* 1. quod pacerii non poſſunt compellere ad pacem cum bannitis, & ſi eſſet factum, non rumpitur ſi offendantur.

118. Item quod banniti non audiantur, ideo nullus pro eis poteſt comparere: Caſtr. *d. conſ.* 427. *nu.* 2. & per totum, *lib.* 2.

119. Extende, quia gratiatus per conſtitutionem etiamſi remanet deſcriptus in libro, non poteſt offendi: Ang. *d. conſ.* 288. *nu.* 6. *& ſeq.*

Digitized by Google

120. Et tale ſtatutum etiam inducit impunitatem aſſociantibus ad homicidium banniti, vel dantibus auxilium, dummodo non ſit forenſis: Angel. *d.conſ.*288. *in fin. ver. ſupereſt.*

121. Item quod fures pro furto pecunialiter puniantur, niſi ſint fures famoſi: Fulgoſ. *conſ.*149. *nu.*2. *ver. ſed et ſi,* vbi, quando dicatur famoſus, vel non, & quod ex vnico furto nunquam dicitur famoſus.

LVCIGNANI TERRA.

1. LVcignani terra eſt conuentionata cum Communi Senarum, vt ſit de Comitatu Senarum non ſimpliciter, ſed ſecundum quid. ideo in iis, quæ ſunt ad commodum Lucignanenſium ſunt de Comitatu, in iis, quæ ſunt contra, non ſunt de Comitatu; ideo non ſubiiciuntur oneribus ruſticalibus Comitatus, quia in hoc non ſunt de Comitatu, item quoad gabellas, quæ ſoluuntur pro rebus, quæ extra Comitatum ducuntur, non tenentur ſoluere, quia ſunt de Comitatu: Caſtr. *conſ.* 293. *Videtur dicendum,* per totum, *lib.* 1.

2. Et quod non ſit de Comitatu, neq; de diſtrictu Senarum, niſi in caſu, quod vellet alteri ſe ſubmittere, Caſtr. *conſ.*85. *per tot. lib.* 1. vbi, quod habet pro ſe merum & mixtum imperium, quod non competeret illis de Comitatu.

SANCTÆ FLORÆ CASTRVM.

CAſtrum Sanctæ Floræ non eſt de territorio Senarum, neq; ſtatuta Senarum habent locum in caſtro prædicto: Bald. *conſ.*439. *Factum ſuper quo, lib.*4. per totum.

MEMBRVM LXXIII.

LVCANA CIVITAS, EIVSQVE STATVta, conſuetudines & Priuilegia.

1. LVcana ciuitas eſt ciuitas Imperii, quia ius Canonicum in ea non ſeruatur. Rom. *conſ.*67. *in princ.*

2. Fiſcum habet & Cameram fiſcalem, & ſuperiorem non recognoſcit. Ang. *conſ.*233.

3. Eccleſia Lucana habet antiquam conſuetudinem, quod Canonici eliguntur à Capitulo, & admittuntur abſq; inſtitutione vel confirmatio-

ne Epiſcopi & valet. Abb. *conſ. 67. condeſcendo, circa fin. ver. quoad tertium, lib. 1.* vbi quod debent eligere infra 6. menſes à die ſcientiæ vacationis.

4. Item conſuetudo in Eccleſia Lucana, q; ſi Canonici per 3. menſes non reſideant, non moleſtentur, item q; diuidatur maſſa groſſa inter præſentes, & abſentibus pro rata, detur portio, dummodo per 6. menſes reſederint. Abb. *d. conſ. 67. in princ. lib. 1.* & tenentur Canonici eligere infra 6. menſes.

5. Monaſterium S. Pontiani prope Lucanam ciuitatem fuit vnitum Monaſterio Montis Oliueti Lucanæ Diœceſis. Ang. *conſ. 247. per tot.* vbi quod monaſterium vnitum habebat membra ſecularia, quæ ſunt facta regularia.

6. Flumen Granæ, licet ſit publicum, tamen ciuitas Lucana habet ex priuilegio & præſcriptione ius deriuandi aquas ex eo pro molendinis. Bald. *conſ. 329. Factum tale eſt, lib. 2.*

7. Statutum eſt in ciuitate Lucana, quod ſchedulis priuatis notariorum non authenticis detur fides, ſi fuerint approbatæ per certos officiales de quo ſtatuto Bald. *conſ. 10. duo ſunt ſtatuta. lib. 1. & conſ. 456. lib. 5.*

8. Statutum etiam eſt, quod non detur fides ſcripturæ in forma publica nõ continenti diem neque menſem, niſi extrahatur de archiuio, de quo idem Bald. *conſ. 10. lib. 1. & conſ. 456. lib. 5.*

9. Statuta Lucanæ ciuitatis ſunt confirmata à ſynodali Epiſcopi cõſtitutione, tamen in foro Eccleſiaſtico non ſunt ſeruanda etiam inter laicos in cauſa ſpirituali, quia Epiſcopus non potuit illa confirmare, ex quo ſunt contraria iuri Canonico. Petr. de Anchar. *conſil. 18. In quæſtione, quæ vertitur, in princ.* vbi in fine *num. 12. & 13,* quod confirmatio generaliter facta non ſe extendit ad ſtatuta contraria iuri Canonico.

10. Procurare non poteſt forenſis ſec. ſtatuta Lucana, vt Petr. de Anchar. *conſil. 15. num. 4. 5. & 6. verſ. non obſtat, quod Dominus Vicarius.*

11. Conſilio ſapientis ſec. ſtatuta Lucana non poteſt committi articulus incidens in medio litis, quia omnia ſeruantur in fine litis. Anchar. *conſ. 15. num. 12. & 13. vſq; in fin.*

12. Alienari non poteſt forenſis non ſopito communi Lucenſi, niſi ſoluantur ſolidi 10. pro libra, alias ſi fiat alienatio ſine ſolutione bona applicantur communi. Bald. *conſ. 358. Quidam Lucanus,* vbi quod non habet locum in alienatione per teſtamentum, quia reſtringitur ad contractus, libr. 1. neque in Eccleſiam, & duplicatur *libr. 3. conſil. 253. Caſus talis eſt, libr. 3.* vbi inſeritur ſtatutum ad literam, & in aliquibus eſt magis extenſum.

13. Lau-

Digitized by Google

13. Lauda arbitrorum, & arbitratorum habent paratam exequutionem ex ſtatuto Lucano ſi infra 20. dies non fuerit petita reductio, vt per Cuman. *conſ.7 primo videndum, n.12. & ſeq.* q; eſt ſubſcriptū manu Chriſtophori Caſtillionei, incip. Immediate conſulta, vbi quod non operatur, quod tale Laudum ſit ſententia, ante 20. dies, ſed poſt ſic, & ideo valet latum ab arbitratore abſentibus partibus.

14. Et reductio debet peti coram iudice, coram quo cauſa fuiſſet cognoſcenda, non autem coram iudice appellationis, nec excuſatur ex eo, quod ſit petita coram iudice appellationis. Ang. *conſil.200. In ciuitate Lucana, in princ. & nu.5. ver. ſuper tertio.*

15. Item Lucanum ſtatutum, quod iudex procedat ad pœnam contra eum, qui laudum non obſeruauit, quod debet intelligi quando laudum eſt validum, ſecus ſi nullum, quia tunc non poteſt induci pœna contra non obſeruantem. Roman. *conſil.67. Viſio themate, in princ.* vbi Apoſtilla in *verſ. valida.*

16. Item ſtatutum, quod actore petente reum debere ſatisdare antequam audiatur, debet ſane intelligi, niſi conſtet de non iure petentis; & debet ſane intelligi, quādo actor iuſte petit, alias ſi cōſtat de nō iure petentis, iudex etiam ex officio repellere poteſt; & quia ſuperfluis contentionibus vtendum non eſt. Rom. *d. conſil.67. nu. 2. vſq; in fin.* vbi Apoſtill.

17. Iudex appellationum ex forma ſtatuti eſt deputatus ad appellationes interpoſitas à ſententiis officialium d. ciuitatis, ideo non poteſt eſſe iudex reductionis laudi lati per priuatos non officiales d. ciuitatis, Ang. *conſ. 200. In ciuitate Lucana, in princ.*

18. Inſtrumenta publica vbicunq; confecta admittuntur, ſi eſt cum anno Domini, menſe, indictione, die & loco, & cum opportunis teſtibus, & ſigno ac ſubſcriptione notarii, quod ſtatutum conualidat inſtrumentum alibi confectum, etiam ſi in terris Eccleſiæ eſſet confectum, & non contineret Pontificatum Papæ. Ang. *conſ.200. n.5. ver. deinde dubitatur,* vbi, quod licet ſtatutum non habeat locum extra territorium, quæ producuntur in territorio.

19. Exceptio excommunicationis ex forma ſtatuti Lucanæ ciuitatis debet opponi infra tres dies vtiles, & ꝓbari infra alios tres dies, alias habeatur pro reiecta, niſi probetur per inſtrumenta. Ang. *d. conſ. 200 n.5. ver. ſecundo quia.* vſq; in finem, vbi, quod intelligitur, quod ſit probata cum effectu, nec ſufficit, quod teſtes iurauerint; & quod non poteſt probari excom-

municatio generalis per inſtrumentum,& fieri liquidatio per teſtes poſt lapſum trium dierum.

20. Matrimonium prohibetur ſub pœna poſſe contrahi per pupillum contra voluntatem teſtatoris vel patris,& licet non poſſit impediri matrimonium,bene committitur pœna. Ang.*conſ.92.Super primo.col.2.v.de primo.*

21. Iſta duo ſtatuta non ſunt de materia laicorum,& D. Epiſcopus poteſt ſe interponere, ſi velit.

22. Tutela finitur deſponſata pupilla, ſec. ſtatutum Lucanum, etiamſi de iure non eſſet finita. Ang.*conſ.92.in fin.*

23. Et dari poteſt tutor ſubrogatus loco mortui,etiamſi exſtent alii tutores ſec.ſtatutum prædictum. Aug.*conſ.92 in princ.* & idem loco abſentis. Ang.*conſ.325.Etſi fuerunt*,vbi ponitur tenor ſtatuti.

24. Statutum circa ſucceſſionem primo vocat decedenti ſine filiis aſcendentes per maſculinam lineam,ſalua gradus prærogatiua: ſec. loco fratres vtrinq; & ex latere patris: tertio loco ſorores & filios maſculos ex alia ſorore,quando exſtat ſoror,ſi non exſtant maſculi filii,etiam filii ſororis vocantur cum ſorore exſtante,ſi ſoror non exſtat vocatur patruus, vocantur filii patrui, & filii ſororis in ſtirpem. Ang.*con.221.In volumine ſtatutorum*,vbi, q; habet locum etiam in filiabus fœminis fratris, vt ſuccedant cum maſculis patrui,licet ſit caſus omiſſus, ſecus diceret ſi filii patrui non eſſent maſculi, ſed fœminæ, quia tunc præferri deberent filiæ fratris.

25. Et de huiuſmodi ſtatuto,quod decedenti ſine filiis ſuccedant aſcendentes per maſculinam lineã, poſtea fratres, & alii ſucceſſiue vſq; ad quartum grad.agnatorum,poſtea proximior in gradu,vt non excludat matrem à legitima. Io. de Imol.*conſ.114.nu.4 & ſeq.* vbi late,*ver.reſtat.*

26. Et ſtatutum circa ſucceſſionem filiarum in dote vult, quod præferantur filii ſecundi matrimonii quoad dotem, non quoad augmentum dotis,neq; quoad alia bona dotalia. Io. de Imol *d conſ.114.n.5.ver.Item cum tranſiuerit.& n 10.ver. Item non obſtat* & clarius *n.12 in fin. & n.13. cum ſeq.* vbi declarat illud ſtatutum ſatis intricatum.

27. Non tamen facit propterea, quod mater non debeat legitimam in bonis filiorum primi matrimonii, licet ipſi non ſuccedant matri in dote. Io. de Imol. *d.conſ.114 n.10.* vbi quod ſtatutum non extenditur.

28. Et gradus computantur ſec. ius ciuile, non autem ſec. ius canonicum,niſi eſſet vſus cõmunis in contrarium. Bart.*conſ.14.Quæritur,l.2.* quod eſt Bart.Franc.Tigni,& Alex de Peruſ.vt ibi Apoſt. quæ dat cõcordantias.

29. Statutum circa legata ſoluenda,etiam non adita hæreditate in duobus

ebus caſibus diſponit:primus caſus, ſi hæres requiſitus non adiuerit infra menſem, debentur legata:ſecundus caſus, quando pauperes ſunt legatarii, & in vtroque capite ſtatutũ intelligi debet, niſi fuerit hæreditas repudiata. Caſtr. *conſ.33 Statutum Lucanum, lib.1.*

30. Extende, quia tale ſtatutum extra duos caſus nihil operatur, ideo tenuta capta per legatariũ, non ſeruata forma ſtatuti eſt nulla, nec cõfirmatur per aditionem poſtea factam, ſed bona ſunt reſtituenda. Caſtr. *d. conſ.33.l.1.*

31. Item ſtatutum, ꝙ contra actionem tutelæ præſcribatur quinquennio per tutores ſuper adminiſtratione, de quo Caſt. *conſ 236. Viſis ſupradictis. n.3. ver. quantum vero ad tertium.l.1.* vbi, quod ſtatutum loquitur de primaria actione tutelæ, per quam petitur redditio adminiſtrationis, non de ſecundaria, quæ oritur ex ſententia vel tranſactione poſt redditam rationem.

32. Item interruptio præſcriptionis contra vnum ex contutoribus, non interrumpit præſcriptionem quoad alios, licet in correis contra. Caſtrenſ. *conſ.236. in fin. v. ſecundo videndum, lib.1.* vbi, quod tutores proprie non ſunt correi, licet quoad aliqua ſint, nõ quoad omnia. *& conſ.317. Certũ eſt in fi. l.1.*

33. Statutum quod tutores & curatores minorum teneantur pecuniam minorum ad honeſtum lucrum in banco locare, vel in emptionem immobiliũ conuertere, alias de ſuo teneantur ad ratione de decẽ pro ſingulo centenario ſingulo anno eſt odioſum: ideo non habet locum in commiſſario vel executore dato Venetiis per patrem filiis ſuis, qui ad Lucanam ciuitatem patriam redierunt cum commiſſario. Cuma. *conſ.75. Titius Lucanus,* idem per omnia Fulgoſ. *conſ.51. Viget in ciuitate,* vbi ponit caſum, & factum magis extenſum.

34. Reuocatio procuratoris ex forma ſtatuti Lucani publice debet notificari, ꝙ intelligit Cum. *conſ.148 circa fi.* procedere, quando mandatum non eſt cum certa perſona, vbi etiam dicit, non habere locum in mandato perſonarum Eccleſiaſticarum.

35. Conſtitutio Epiſcopi, quod clerici ſe non poſſint obligare vltra 40. ſolidos ſine licentia Epiſcopi, valet. Cuma. *conſ.140.*

36. Succeſſio defuncti defertur patri & fratri, excluſis filiabus ex ſtatuto Lucano, quod non habet locum in bonis ſitis Romæ, vel ſi extra territorium morabatur cum famiſia. Alex. plene *conſ.16. Viſo titulo, lib.1.* vbi plura etiam quoad iura & actiones, & mobilia.

37. Statutum, ꝙ ſocius non obliget ſociũ, niſi tria concurrant, ꝙ nomen ſocii ſpecificetur, ꝙ conſtet de mandato ad obligandum, quod perſeueret, videlicet coram mercantia non reuocauerit. Caſtr. *conſ.242. Videndum eſt, in fin, ver. breuiter, lib.1.*

38. Sta-

Digitized by Google

38. Statutum mercatorum diſponit, ꝙ ſocii teneantur reddere computa, de omnibus ſocietatibus quandocunq; petita fuerint perpetuo, etiã ſi eſſet calculatum, & d. ſtatutum intelligitur de ſocietatibus factis in territorio, dummodo non ſit calculus iuratus, vel reiteratus, vel ſit tranſactum vel ſententiatum, quia eſt odioſum ſtatutũ. Fulg. *conſ.* 156. *Viſis themate, per tot.*

39. Iuriſdictio conſulum mercatorũ Lucæ, quæ datur ex ſtatuto in omnibus cauſis mercatorum, & occaſione mercium cum dependentibus & cõnexis, non ſe extendit ad ſaluum conductum, & illius pœnam conceſſum decocto mercatori, licet pœna poſſit dici connexa, quia exſtat ſpeciale ſtatutum de iudicibus pœnarum, plene Io. de Imol. *conſ.* 139. *Præfatus Simius, & conſ.* 140. quæ ſunt Flor. de S. Petro, *&* 141. quod eſt Io. de Imol.

40. Statutum fori mercatorum Lucanæ ciuitatis ꝓhibens appellari, ſupplicari vel admitti exceptionem contra ſententiã latam in foro mercatorũ, non tollit ſupplicationem coram Magnif. Prioribus, & minus coram D. Lucano, quia in dubio non eſt ſublata ſupplicatio ad ſuperiorẽ, ſed ad iudicẽ. Io. de Imol. conſ. 142. per tot. & idem tenet Iac. Salyc. *conſ.* 143. inter eadem conſil. Io. de Imol. & cõprobat tollendo omnia contraria, *conſ.* 144. *per tot.*

41. Iſtud ſtatutum habet iudicem & 6. officiales, & dat facultatem, ꝙ iudex & 4. officiales poſſint ferre ſententiã, aliis duobus abſentibus, dummodo fuerint requiſiti. Abb. *conſ.* 33. *Quia quinq;, col.* 3. *v. venio ad ſecundũ lib.* 2.

42. Requiſitio abentium probatur de antiqua conſuetudine illius Fori, ſi notarius in ſententia atteſtetur, quod fuerint requiſiti, licet aliter non conſtet. Abb. *d. conſ.* 33. *col.* 4. *in princ. nu.* 6. *&* 7. *ver. ſed præſuppoſito, lib.* 2.

43. Inſtantia cauſarum in foro iſto mercatorum, durat per annum tantum, licet D. Lucanus ſoleat prorogare. Abb. *d. conſ.* 33, *col.* 4. *circa med. ver. venio ad quartum lib.* 2.

44. Petens plus debito incidit in pœnam ſtatuti Lucani, vel petens debitum ſolidum, niſi habeat iuſtam ignorantiam. Fulg. *conſ.* 179. vbi, quod habet locum in hærede & ceſſionario, & ponit declarationem ſtatuti per 6. dubia, quæ videas.

45. Iuramentum minoris læſi præſumitur metu & dolo extortum ſec. ſtatutum Lucanum, quod licet non poſſit diſponere directe de iuramento Anthor. *conſ.* 330. *Viſis facti nu.* 5. *ver. nec videtur obſtare* tamen ex quo inducit præſumptionem, quod ſit metu & dolo extortum iuramentum, ſapit æquitatem, & valet, vbi *nu.* 14. vbi *nu.* 15. quod poteſt ius diu legitima ſubſiſtente cauſa limitari, & reſtringi certis caſibus.

46. Quod coniuncti teneantur facere compromiſſum in amicos com-

munes

Digitized by Google

munes, arbitros, & arbitratores, qui non ſeruata iuris ſolemnitate arbitrentur, & eorum ſententiæ exequantur, importat, vt potius ſint arbitratores, quam arbitri ideo non requiritur citatio in ſententia. Anchar. *conſil. 269. pro declaratione, per tot.*

47. Et in eod. ſtatuto, quod agnati, & de ead. conſortoria teneantur facere compromiſſum, non habet locum inter agnatos, & ſpurios legitimatos, ſi confectus legitimatio. Caſtrenſ. *conſi. 178. Super eo vere, lib. 2. per tot.* vbi, quod non ſunt agnati non legitimi.

48. Legitima filiorum, quando vnus tantum eſt medietas ſec. ſtatutum Lucanum. Io. de Imol. *conſi 18 Viſi, & conſideratis.*

49. Statutum circa teſtamenta, quod valeant confecta coram trib. teſtibus maſculis idoneis. Ioan. de Imol. *conſi 114. In cauſa, quæ vertitur. numer. primo.*

50. Item quod valeat teſtamentum, quoquo modo ſit legatum vel relictum aſcendentibus, & deſcendentibus Io de Imol. *conſ. 114. n. 3.*

51. Statutum circa legitimam deſcendentium, quod ſi eſt vnus tantum ſit medietas, non habet locum in matre, quia non ita fauet ſtatutum matri excluſæ, ſicut deſcendentibus Ioan. de Imol *conſ. 114. In cauſa, quæ vertitur. num. 11. & ſequen. verſi. reſtat,* & idem Ioan. de Imol. *conſi. 18.* vbi, quod eſt medietas.

52. Statutum de lucro dotis in ciuitate Lucana diſponit, quod muliere decedente in matrimonio, maritus lucretur dimidiam, ſi intra annum decedat; ſi vero decedat poſt annum, lucretur duas tertias; tertiam vero, aut dimidiam cum alijs bonis non dotalibus poteſt mulier relinquere cui vult dummodo quartam partem reſeruet ſuccedentibus ab inteſtato, quod ſtatutum intelligi debet, ſi decedat ſine filijs, alias ſecus. Io. de Imol. *conſi. 114. n. 12. ver. ſatis tamen.*

53. Diuiſio facta per patrem inter filios de bonis ſuis valet, & eſt exequenda, dummodo legitima reſeruetur filijs, ita diſponit ſtatutum Lucanum, ſuper quo conſuluit Iaſ. *conſi.* 104 *li.* 4. vbi quod tale ſtatutum eſt conforme iure communi, in l. quoties C. famil. herciſc. & quod habet locum, ſi pater reſeruet legitimam omnib. filijs, item habet locum, quando diuiſio fit inter omnes filios, alias ſecus.

54. Statutum Lucanum, quod redditio adminiſtrationis pupillorum debeat comprobari per tres amicos adhibendos, eſt præciſum, & formale, & non requiritur petitio Soc. *conſ. 92. Viſo inſtrum. n. 13. & ſeq. ver. poſtremo etiam oſtenditur. lib. 4.* vbi plene explicat.

55. Statutum Lucanum, quod lapſo decennio, ſi debitor iuret ſoluiſſe, præſumatur ſolutum debitum, habet locum niſi de contrario eſſet probatum, & huiuſmodi ſtatutum non inducit præſcriptionem ſed præſumptam ſolutionem & iuramentum debet deferri à Iudice cum in quiſitione de veritate: Item tale ſtatutum hab t regulam ab arbitrio iudicis. Caſt. plene. *conſ. 162 ſuper primo, per tot.* & *i. 1.* vbi, quod alias eſſet nullum, tanquam nutritiuum peccati, & ſuper eodem facto plenius Rom *conſ. 102. ſup. reo*, vbi, quod huiuſmodi ſtatutum debet intelligi: primo ſi iurat ſoluiſſe creditori, non autem ei, quem ſcit non eſſe creditorem, quia ceſſit alteri: ſecundo, quia non habet locum, niſi poſt decennium, à die quo potuit creditor agere, non ante: tertio non habet locum, quando certum eſt ex confeſſione partis, vel alias, quod ſolutio facta non fuit, quia alias peccatum nutriret, & nõ valeret: quarto quia communis eſt opinio, quod quando ſtatur iuramento pro plena probatione, tunc ſemper admittitur probatio contra iuramentum.

LVCANA STATVTA CRIMINALIA.

1. STATVTVM Lucanæ ciuitatis diſponit, quod nedum teneatur de homicidio ille, qui committit homicidium, ſed etiam qui mandat, vel præſtat auxilium, ſuper quo Ang. *conſ. 22.* de pœna illius tenet, quod nõ habet locum in eo, qui collaudauit vel exhortatus eſt homicidam ad homicidium, poſt deliberationem homicidæ

2. Et ſuper eodem ſtatuto Bart. *in ſua quæſt. 5. ſtatuto ciuitatis Lucanæ*, quod eſt, quod quicunq; in ciuitate vel territorio interfecerit hominem, capite puniatur, & medietas bonorum omnium ſuorum applicetur communi, aliâ medietas hæredib. interfecti. Item quod quicunq; ordinauerit vel tractauerit in ciuitate vel territorio, quod aliquis interficiatur, ſi ſequutus eſt effectus, eadem pœna puniatur, dicit Bart. quod non habet locum in eo, qui deliberauit in territorio, & interfecit extra territorium, & allegat pro vtraq;, & hanc tuetur, vbi Apoſtill. *in ver ſtatut* , dat concordantias.

3. Et eodem ſtatuto imponente pœnam mille librarum danti auxiliũ homicidæ vulnerando, & librarum 300. alteri auxilium præſtando, qualiter intelligatur Dyn *conſ 41. Quæſtio talis eſt*, continetur, vbi quod vna pœna debetur, licet quis præſtet auxilium pluribus, qui vnum interfecerunt.

4 Item quod bannitum interficiens lucretur libras 100. & liberet ſeipſum ab omni banno, præterquam ex cauſa rebellionis, vel alium bannitum,

tum, & ſi præſentauerit bannitum viuum: habeat liberationem, vt ſupra, & libras 150. Ang. de Peruſ. *conſ. 67. Municipali lege, per tot.* vbi ponit conſtitutionem factam de an. 1387. die 7. Iulij, & dicit, quod non comprehendit, ſi quis capiat mulierem bannitam, neque bannitum, qui non erat bannitus tempore ſtatuti.

5. Item quicunq; ciuis commiſerit homicidium in ciuitate Lucana, capite puniatur, & eius bona publicentur, ſuper quo Ant. de Butr. *conſi. 58. in pr.* vbi etiam ſtatutum permittit de delicto alibi commiſſo per ciues puniri poſſe, & dicit, quod licet ſtatuta ſimpliciter loquentia de publicatione bonorum, non comprehendant bona extra territorium ſtatuentium, tamen quando ſunt vniuerſalia, quæ priuant perſonam omnib bonis, & eſt confeſſus vere vel ficte, etiam bona extra territorium poſſunt confiſcari per dominum ſeparatum, vbi in fine, quod bona vti vacantia non poſſunt capi per fiſcum extra territorium, ſed debet pronuntiare ſuper delicto, vide eum, quia credo, quod ſit contra communem.

6. Item quod frangens pacem occidendo, capite puniatur.

7. Bannitus pro homicidio poſſit impune occidi ſuper iſtis duob. ſtatutis. Bart. format ſuam quæſtionem primam incip. *Lucanæ Ciuitatis*, videl. an bannitus pro homicidio, qui poteſt impune occidi, ſi faciat pacem cũ inimico ſuo, & interficiatur ab eodem, cum quo fecerit pacem; potuerit impune occidi; an potius occidens incurrat pœnam pro pace rupta & homicidio, & allegat 10. fundamenta pro vtraque parte, & concludit, quod potuit bannitus impune occidi, quia pax contra publicam vtilitatem & rebelles non valet, & dicit n. 15. verſ. vnumquemque. quod rogat omnes, ne hanc deciſionem publicent, ne oriantur homicidia bannitorum ſub pace contra ſuam intentionem.

8. Item quod faciens coniurationem vel conſpirationem, ligam vel congregationem cum vno vel pluribus bannitis in damnum, dedecus Lucanæ ciuitatis, vel alicuius perſonæ dicti loci, puniatur pœna mortis, intelligitur, ſi intra territorium hæc committantur, ſecus ſi extra territorium, ex quo non facit mentionem, ſi extra territorium. Alex. *conſ. 111. Ponderatis verbis, per tot. lib. 1.*

9. Non poteſt condemnari poſt mortem ille, qui committit crimen contra populum & rem publicam Lucanam, & ſententia lata contra mortuum eſt ipſo iure nulla. Ang. *conſ. 223. Caſus talis eſt, n. 2.* vbi loquitur in caſu Fortiſguerræ de Fortiſguerris, qui commiſerat ſeditionem contra populum.

Digitized by Google

MEMBRVM LXXIV.

BRIXIENSIS CIVITAS, EIVSQVE ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia.

1. FVIT ſubiecta Maſtino de Scala Ciuitas Brixiæ, & erat Ciuitas Imperij, quia Bauarus reſtituit omnes rebelles; ſed tamen authoritas Bauari non recipitur, vt per Bald. *conſi* 204. *Longum thema, nu.* 3. *& ſeq. lib.* 3.

2. Brixiæ ciuitas ſententialiter fuit damnata ad aratrum tanquam rebellis Imperij ab Henrico Imperatore, vt refert Angel. de Peruſio, *conſ.* 165. *Cum multitudo, n.* 1. *ver. alia vero,* Bart. in *l. aut facta,* § *fi. n.* 6. qui dicit ſe vidiſſe ſententiam Imperatoris.

3. Habet duas congregationes licitas Ciuitas Brixiæ, vna ad adiuuandum oppreſſos, & ad alimentandum pauperes, alia appellatur congregatio S. Franciſci, ſub cuius cura eſt hoſpitale Miſericordiæ, & ſunt loca pia, non ſuppoſita ſtatuto ciuitatis: Bal. *d. con.* 465. *li.* 1. niſi eſſent profanæ merè.

4. Inimicitias ciuiles inter ſe habuerunt Brixienſes, & tandem concordarunt, ſed propter damna illata Ciuitas fecit ſtatutum, quod tollebat omnes actiones inter ciues, & quia illud erat pro bono pacis, ideo non obſtante iuramento Papa confirmat, *c. in noſt.* 4. *de iniur.*

5. Exempti ſunt ciues Brixienſes ab omnib. gabellis & datijs Domicellorum per territorium, & diſtrictum Brixiæ pro reb. pro vſu proprio ciuium, item omnes conducentes ad vrbem quæcunque mercimonia pariter ſunt exempti ex laudo lato inter Communitatem & Domicellos, ſuper quo Ruin. *conſ.* 112. *per tot. lib.* 5. vbi, quod non comprehendit Ciues, vel incolas non ſubeuntes onera, item non comprehendit conducentes merces per tranſitum, quia intelligitur de ibi permanſuris.

6. Epiſcopus Brixienſis fuit expulſus à quodam Tyranno, & poſitus de facto quidam Vicarius Epiſcopalis ſine Epiſcopo: Caſt. *conſ.* 99. *li.* 2. vbi dicit, quod talis ſententia eſt nulla ex defectu iuriſdictionis, quia licet Epiſcopus abeſſet, ab eo tamen debuit Vicarius deputari, ideo non meretur exequutionem.

7. Statutum eſt Brixiæ, quod nullus poſſit alienare inter viuos, neq; in vltima voluntate aliquam rem in diſtrictu & ciuitate Brixiæ alicui Collegio vel ſingulari perſonæ, quæ non ſubſtineat onera Communis, & non ſit

ſubie-

ſubiecta iuriſdictioni Communis Brixiæ; Bald. *conſ*.465. *In ciuitate Brixia*, vbi, quod non extenditur, neque valet in præiudicium locorum piorum Eccleſiaſticorum, & perſonarum Eccleſiaſticarum, *lib*.1.

8. Statutum, quod maſculi deſcendentes ſuccedant, excluſis ſemper fœminis, & deſcendentib. ex eis, habet locum, etiamſi pater legat ex teſtamento filiæ, quia licet mandet ſtatutum dotari, & alimentari, non tamen petet ſupplementum legitimæ, neq; poterit impugnare teſtamentum, ex quo priuatur in totum ſucceſſione: Ruin.*conſ*.27.*Super puncto, lib*.3. per totum.

9. Quod poſſidens rem emptam per decem annos præſcribat contra omnes, habet locum etiam contra vxorem vendentis, ſi vxor ſtetit per decem annos, poſtquam maritus vergebat ad inopiam, quod non petierit: Cuma.*conſ*.93.*Viſo ſupradicto caſu*, per totum.

10. Quod vſurarii intelligantur habuiſſe denarios quatuor ſingulo mẽſe pro libra toto tempore, quo durauit contractus, & intelligitur, ſiue ſors principalis ſit ſoluta, ſiue nõ, vt inducatur compenſatio in odium vſurarij: Cuma.d conſ.97. quod etiam eſt ſubſcriptum à Paulo de Aretio eius diſcipulo.

11. Contrarium in eodem ſtatu conſuluit Io. de Imol.*conſ*.42. vbi, quod Cumanus non vidit totum ſtatutum, quia ſi vidiſſet, non ita conſuluiſſet, quia ſolum loquitur, quando eſt ſoluta ſors principalis.

12. Statutum, quod forenſis teneatur cauere de expenſis reficiendis, alias non audiatur, operatur, ſi petatur cautio ante litem conteſtatam, ſecus ſi poſt, etiamſi in continenti poſt, quia reſpicit declinatoriam: Cuma. *conſ*. 103.*Ad primum, n*.4.*verſ. ad quartum*.

13. Quod frater excludat ſororem, non habet locum in fratre ex latere patris tantum, quando extant ſorores vtrimq; coniunctæ, & agitur de hæreditate matris: Fulg.*conſ*.84.*In propoſita quæſtione*, per totum.

14. Statutum mercantiæ habet, quod omnes cauſæ inter negociatores & mercatores cognoſcantur per Conſules mercatorum, quod ſtatutũ non habet locum, ſi decedat mercator, iacente hæreditate, vel quando hæres nõ eſt mercator, quia licet hæreditas repræſentet defunctũ, tamen illud eſt per fictionẽ, quę non habet locũ in ſtatuto: Fulg.*conſ*.105.*In propoſita q*. p tot.

15. Statutum Brixiæ olim erat, quod non ſubſtinentes onera in Communi Brixiæ, non poſſent acquirere obligationem bonorum ſtabilium, ſed fuit per Dominium Venetorum reuocatum dictum ſtatutum: Caſtr.*conſ*. 54.*Viſo puncto, per tot. lib*.2. vbi, quod creditor primus cum generali hypotheca forenſis, non pręfertur ſecundo cum hypotheca ſubſtinenti onera, quãdo de-

Digitized by Google

do debitor tempore reuocationis ſtatuti dederat bona in ſolutum ſecundo creditori, quia cum bona non ſint in bonis debitoris tempore reuocationis ſtatuti, primus nihil conſequi poteſt.

16. Extendit etiam, ſi bona tempore reuocationis ſtatuti fuiſſent in bonis debitoris, quia ex quo à principio erant bona obligata primo loco ipſi ſecundo creditori, licet poſſint à die reuocationis ſtatuti hypothecari primo, tamen hypotheca primi erit poſterior: Caſtrenſ. *dict. conſilio 54. columm. 1. in fin. verſic. item poſito, l. bro ſecundo.* vbi loquitur etiamſi in reuocatione ſtatuti fiat mentio de creditore priore, & poſteriore, quia non præiudicet.

17. Reſtringe, ſecus eſſe ſi debitor poſt reuocationem ſtatuti acquiſiuiſſet bona, quia tunc primus creditor præferri deberet ſecundo, niſi ſecundus eſſet priuilegiatus, prout dos, vel fiſcus: Caſtr. *d. conſ. 54. in fi. verſi ſi vero facta domus, lib. 2.*

18. Statutum Brixiæ corrigit *auth. ent. ſacramenta puberum, Codic. ſi aduer. vendit.* vt habeat locum in minore XXV. annis, item dat modum probandi maiorem ætatem, videlicet coram vno ex Conſulibus cum cauſæ cognitione, ſuper quo Caſtrenſ. *conſ. 53. Viſis actis, lib. 2.* vbi, quod non tollit alios modos probandi minorem ætatem, & nu. 3. dicit, quod licet corrigat dictam auth. quæ loquitur de iuramento confirmatorio, & de futuro, prout quando iurat non venire contra contractum, non tamen tollit, *l. ſi alter. us, in fin. C. ſi minor ſe maiorem*, quæ loquitur de iuramento aſſertorio, & propterea ſi iurauit ſe maiorem, incumbit ſibi minori probare, quod erat minor, & *conſ. 305. num. 2. ver. quantum vero*, dicit, quod ſtatutum corrigit, quod dicta auth. habeat locum in minore XXV. non autem in minore XX.

19. Extende, quia dictum ſtatutum Brixiæ, licet poſſit tollere effectum iuramenti inductum de iure ciuili, non tamen de iure Canonico, & in iis, quæ ligant animam, ideo parum, aut nihil operatur dictum ſtatutum. Caſtr. *d. conſ. 53. in fi. n. 4. ver. ſed poſtremo,* & idem repetit *conſ. 305. Notandum, n. 2. ver. quantum vero, lib. 2.*

20. Statutum Brixiæ, quod hæredes extranei ſuccedant in emphyteuſi etiam Eccleſiaſtica, non valet contra Eccleſiam, ſed valeret, ſi eſſet ſtatutum Eccleſiæ, vel conſuetudo Eccleſiæ: Caſtr. *conſ. 189. Viſo inſtrumento, ver. 5. & vltimo iuncto, in fi. ver. quintum etiam, lib. 2.*

21. Statutum Brixiæ de appellationibus à diffinitiua committendis per Prætorem Brixiæ, habet locum etiam in appellationibus ab interlocuto-

tutoria, quia recipit ſtatutum publicam vtilitatem, in quo fit extenſio ad caſum ſimilem, etiamſi habeat taxatiuam, quando non corrigitur aliud ſtatutum, vel lex communis. Caſtrenſ. *dict. conſilio* 194. *per totum, libro ſecun o.*

22. Et quod habeat locum in appellatione ab interlocutoria, idem Caſtrenſ. *conſilio* 237. *Viſo puncti*, *per totum, libr.* 2. vbi, quod Prætor debet committere appellationem à tali interlocutoria, & Commiſſarius debet procedere ad cognitionem, an iuſta ſit, vel non, quando eſt interpoſita in ſcriptis cum expreſſione cauſæ legitimæ, quia ſufficit, quod apparenter, licet non exiſtenter, ſit legitima, & dicit quod Iudex commiſſarius ſi pronunciat præambule, prout debet pronuntiare appellationem deuoluere poteſt appellari ab iſta interlocutoria, quia aliam ſententiam non expectat.

23. Statutum, quod poſtquam ſententia lata in cauſa nullitatis vel appellationis fuerit confirmata, in cauſa principali non liceat amplius prouocari, appellari, nec nullam dici, nec quicquam contra eam excipi, vel opponi, nec ei illem aliqualiter contrairi, ſed vt lata fuerit exequutioni mandetur omnibus iuris remediis, tollit etiam reſtitutionem in integrum minoribus, vt per Ang Aret. *conſ.* 10. *Viſo dicto ſtatuto*, per totum, vbi pro vtraque parte allegat, & hanc plene tuetur, & tollit contraria.

24. Reſeruat ſtatutum omnes exceptiones in fine litis, ideo cenſetur tollere omnem appellationem ſuper exceptionibus, ſi tamen iudex non reſeruaret, ſed pronunciaret ſuper aliqua exceptione, tunc daretur appellatio: Caſtr. *conſ.* 237. *n.* 3. *ver. tertio dicitur, lib.* 2.

25. Statutum criminale Brixiæ, quod pro magno furto furca ſuſpendantur fures, non habet locum in fœmina, quia materia eſt odioſa, & quia de conſuetudine fœminæ non ſuſpenduntur in illis partibus. Alex. *conſil.* 135. *Circa primum, lib.* 1. maxime *n.* 4. & 5.

26. Confirmata ſunt ſtatuta Brixiæ à Dominio Venetorum, vt dicit Caſtrenſ. *conſ.* 194. *Viſo puncto, in fi. l. b.* 2. vbi, quod non appellatur ad Dominium Venetorum omiſſo medio Poteſtatis ex forma ſtatutorum, & ſi contrarium fiat valet appellatio tanquam ſi Prætor eſſet facta, vt illam committat.

MEM-

Digitized by Google

MEMBRVM LXXV.

LAVDENSIS CIVITAS, STATVTAQ. conſuetudines, & priuilegia.

1. STatutum Laudę, quod mulier ſub pœna non nubat extra iuriſdictione habens hæreditatem, valet: Alex. qui plures allegat pro hac parte, *conſ.* 151. *Viſo themat, nu.* 4. *verſ. præterea eſt videndum, lib.* 2. & de ſimili ſtatuto quod valeat Crau. pleniſſime *conſ* 610. *inp in*, vbi, quod nullus dubitat.

2. Contrarium conſuluerunt Calc. *conſ.* 3. *& conſ* 4 quod eſt Iacobi Putei, & *conſ.* 5. quod eſt Hieronymi Torti, & *conſ.* 6 quod eſt Orlandi Curtij, omnes inter conſilia Calcanei, quia impeditiuum matrimonij, ideo non valet. Et in ſimili ſuper ſtatuto Ferrariæ, quod non valeat, Curt. Sen. *conſ.* 27 & in *ſtatuto Brixiæ*, Rim. Sen. *conſ.* 427. & in *conſtitutione Bononiæ*, Marſil. *ſing.* 589. & pleniſſime Ceph. *conſ.* 319 *n.* 14. *& ſeq.* & ſuper *ſtatuto Mutinæ*, Ant. de Butr *conſ.* 35. Declara, vt in ver. *Statutum circa ſucceſſionem mulierum nuptarum extra territorium excludens eas, quando non habet locum, vel ſeus*, concl. 677.

3. Statutum Laudæ, quod filia dotata à patre vel fratre non ſuccedat, intelligitur de dotata tempore mortis patris vel fratris, & quod non ſuccedat intelligitur, non ſuccedat ei, de cuius bonis eſt dotata: Alex. *d. conſ.* 151. *in prin lib.* 2. vbi Apoſtilla in verb. *mortis, lib.* 2.

4. Statutum Laudæ reprobans iuramentum tanquam captioſum adhibitum in contractibus minorum ſine certa ſolemnitate valet, quia eſt pium, & tendit ad remouendum captiones minorum: Bald. *conſ.* 148 *In caſu propoſito, n.* 9. *ver. dubitatur lib.* 1.

5. Item habet ſtatutum, quod inter conſanguineos & affines fiant cōpromiſſa, & illis ſtetur præciſe, & quod non poſſit appellari, ſupplicari, & de nullitate dici, & qualiter intelligatur, Bald. *conſ.* 148. *n.* 9. *& ſeq. verſ. capio punctum, lib.* 1. Adde tamen eundem Bald. *conſ.* 208. vbi, quod adſunt tria ſtatuta, primum, vt ſupra; ſecundum, quod nec à confirmatione laudorū poſſit appellari, &c. tertium, quod arbitria mandentur exequutioni, ſed tamen infra quinq; dies poſſit dici de iniquitate, & an liget minorem, & de intellectu Bald. *d. conſ.* 208. *lib.* 1.

6. Item, quod Poteſtas poſſit inquirere de quocumq; crimine, quod intelligitur, præcedentib. legitimis indiciis, non aliter: Fulg. *conſ.* 175. *Viſis teſtium.* 7. Con-

7. Conſuetudo Bulgari reſtringens legatum vſusfructus vxori ad alimenta, quando ſunt inſtituti filii, non ſeruatur in ciuitate Laudæ: Signor. *conſ.204.in fi.*

8. Caſtrum & bona della Serualia in territorio Laudæ, licet fuerint facta exempta, & ſeparata à iuriſdictione Laudæ, tamen reguntur ſecundum ſtatuta Laudenſia ante ſeparationem extantia, prout prius: ſecus ſi eſſent ſtatuta noua, quia non extenduntur ad caſtra ſeparata, & facta exempta: Alexand. *d. conſil.151. numero quarto, & ſeq. verſic. præſuppoſita ergo, lib.2.*

MEMBRVM LXXVI.

PAPIÆ CIVITAS, STATVTA, conſuetudines, & priuilegia.

1. PApiæ ciuitas fuit capta, & poſita, Saccomanno expulſo, & Inuito Comite inueſtito, ideo iſti Saccomanni fuerunt tyranni, & geſta per eos non valent: Caſtillio. *conſ.13.n.20.cum ſeq.*

2. Epiſcopus Papienſis eſt dominus fœudi, quod habebant illi Nobiles de Salario, qui vendiderunt Nobilibus de Montaſia, & conſentientib. illis de Lampugnano, ſuper quo facto Rom. *conſ.27. Viſo themate,* per totum.

3. Practica eſt in ciuitate Papiæ, vt creditore vocante in ius debitorem pro credito pecuniario conſequẽdo, ſi debitor dicat non habere pecuniã, & offerat dare tot de bonis ſuis in ſolutum, compellatur creditor accipere tot bona, ſed inſtante creditore debet debitor propalare omnia bona ſua, vt poſſit creditor eligere, quæ bona voluerit: Bald. *conſ.318. Practica ciuitatis, lib.1.* vbi quod valet etiam talis practica contra creditorem habentem debitorem condemnatum ex laudo pœnali.

4. Notarii non matriculati in collegio Notariorum Papiæ non poſſunt rogare inſtrumenta in ciuitate vel diſtrictu Papienſi, & rogata non valent, & tale ſtatutum valet, quia non eſt contra ſuperiores creantes notarios, prout contra Papam vel Imperatorem, ſed ſolum modificat: ideo licet non valeat inſtrumentum, valet teſtamentum, ſi poteſt aliunde probari: Caſtillio. *conſ.23.in prin.*

5. Hoſpitale S. Antonij Viennenſis conſueuit eſſe Papiæ ædificatum in territorio, & terreno Abbatis Sancti Petri, pro quo ſoluebat cenſum dicto Abbati, ſed poſtea Hoſpitale fuit deſtructum: Bald. *conſ.300. Proponitur,*

Digitized by Google

*quod hoſpitale,lib.*3.& de eodem qualiter fuerit ædificatum, & de memoria instrumentorum deſuper confectorum:Bald.*conſ.*377.3 8.*&*379.*lib.*1.*&* *conſ.*368 *eod.lib.*1.vbi colligere poteris ſeriem facti.

6. Locus Çagnari eſt territorii Papiæ ex priuilegiis Federici Primi Imperatoris,& Federici Secundi,ideo li. et Bald.conſuluerit pro Tortonenſibus,*conſ.*161.*Proponitur,quod Com.nunc.lib.*3. tamen poſtea tulit ſententiam contra Tortonenſes,*conſ.*251.*Sententia,quam tulimus*,lib. vbi ſe ipſum in ſententia iuſtificat contra conſilium,quod prius dedit.

7. Comes Papiæ erat Dominus Veronæ,vt inquit Fulg.*conſ.*1.qui dicit, quod inueſtiuit Facinum Canem de caſtro in territorio Papiæ.

8. Statutum eſt Papiæ, quod dicens verba incurioſa Gabellariis ſeu Datiariis puniatur in libris 25. Bald.*conſ.*45.*lib.*1.vbi,quod procedit,ſi gabellarius non iniuriauerit alium,qui ſibi dederit mentitam, quia niſi iuſtificet primam iniuriam illatam alteri,mentitas dans non dicitur inferre iniuriam.

9. Statutum eſt Papiæ, quod colonus non ſoluens penſionem per biennium,cadat ipſo iure cum omnibus melioramentis,de quo Bald.*conſ.*290. *Vulgare eſt,lib.*2. vbi, quod tale ſtatutum loquitur de emphyteuſi propter illa verba,*cum melioramentis*.

10 Immunitas conceditur conducentibus,& colonis bonorum ciuiũ, quod decretum debet intelligi, dummodo tales conducentes & coloni pro maiore parte bonorum colant bona ciuium, quia mercator non gaudet immunitate conceſſa mercatorib. niſi habeat maiorem partem bonorum ſuorum in mercantiis,& quia de facili fieret fraus,vt diues ruſticus pro modico terreno conducto à ciue ſit exemptus:ita Alex.*conſ*.108.*Viſo themate,lib.*4.quod eſt etiam Collegii Papiæ,& Mediolani.

11. Item ſtatutum eſt pœnale contra turbantes aliquem in poſſeſſione alicuius rei,quam vere turbatus poſſidebat:Bald *conſ.*144 *Præſuppoſito Communis Papiæ,in prin.lib.*1 vbi qualiter intelligatur. & vide exten ſum dictum ſtatutum per Bald.*conſ.*130.*Caſus ſuper quo,lib.*3. vbi loquitur ſtatutum de ſpoliante & turbante, & ponit caſum, quando tutor vendidit rem pupilli ſine cauſa & decreto,& conſtituit ſeſe tenere,quia pupillus non ſpoliat etiam factus pubes,ſi negat ſoluere certum affictum per plures annos præſtitum,ſed non conſtat de locatione.

12 Item,quod *auth ſacramenta puberum,C.ſi adu.v.vend.* non habet locum in minore XVIII annis iurante,& imponit pœnam, & annullat iuramentum:Bald *conſ.*147.*Statutum,quod ſupponitur,per tot.lib.* 1. vbi quod valet tale ſtatutum, quia diſtinguit, & non tollit in totum.

13.Item

Digitized by Google

13. Item ſtatutum de compromiſſis neceſſariis, & ſtatutum, quod arbitramenta non poſſint dici iniqua, ſunt de per ſe, & vnum non venit relatiue ad aliud: Bald. *conſ.* 168. *Duo ſunt ſtatuta, lib.* 1.

14. Et quod volens dicere arbitria iniqua, debeat infra 30. dies oſtendere iniquitatẽ à die laudi, alias exequantur: Bald. *conſ.* 340 *Statuto Papiæ*, vbi quod habet locum in laudo condemnatorio lato ſine probationib. *lib.* 1.

15. Item ſtatutum, quod habenti chartam crediti, iudices teneantur dare exequutionem paratam, niſi infra 10. dies debitor doceat non teneri: Bald *conſ.* 219. *Statuto ciuitatis Papiæ lib.* 1.

16. Item, quod hæreditas non poſſit adiri cum beneficio legis & inuentarij, quod ſtatutum habet locum etiam in bonis ſitis & extra territorium Papiæ: Bald. *conſ.* 219. *n.* 2. *verſ. ſecundus articulus, lib.* 1.

17. Item, ſuper gabellis & exequutionibus fructuum, qui colliguntur intra ſuburbia, & corpora Sanctorum, de cuius intelligentia plene Bald. *conſ.* 472. *Statuto Communis Papiæ, lib.* 1.

18. Item, quod vxor non poſſit contrahere ſine præſentia & conſenſu mariti: Bald. *conſ.* 488. *Sequens quæſtio, lib.* 1. vbi, quod non habet locum, quãdo maritus abeſt, quia ſi longe abeſt, vel ignoratur, vbi ſit, non debet vocari, & vxor ſine eo poteſt contrahere: & idem dicit *conſ.* 394. *Statuto Communis Papiæ, lib.* 5. vbi, quod bene debet expectari, ſi non longe abeſt, & eſt idem conſilium ad litteram.

19. Item, quod ceſſio iurium non valeat, niſi cedens iuret creditum eſſe verum &c. & ſi repertum fuerit contrarium, vel inſtrumentum, de quo facta ſit ceſſio, eſſe ſimulatum, vel ſatisfactum de periurio, contrahentes puniantur in duplum, &c. de quo plene Bald. *conſ.* 139. *Factum tale eſt, li.* 2. vbi, quod non habet locum in filia donante patri ſuo iura, quæ habet dotali, quia licet ipſa ſit habuiſſe partem dotis, & iurauerit iuxta ſtatutum, non incidit in pœnam, quia non ſpecificat quantitatem ceſſam, ſed ius quod habet, & ex aliis cauſis allegatis.

20. Item, quod mulier tranſiens ad ſecunda vota poſſit dare in dotẽ marito ſecundo, nedũ dotẽ datam primo marito, ſed et tertiam partẽ plus abſq; eo, q aliquid reſeruet filiis primi matrimonii: Bald *conſ.* 144. *Statuto ciuitatis Papiæ, lib.* 2. vbi in fi. tenet, quod filia ex ſecundo matrimonio repudians hæreditatem matris viuente marito, acquirit patri, non autem filiis ex primo matrimonio.

21. Vide de hoc ſtatuto Papiæ Baldũ *in l. hac edictali, nu.* 2. *C. de ſecund. nupt.*

22. Itẽ ſtatutũ contra cõducentes bladũ extra diſtrictũ Papię, vel ad loca non ſuppoſita, aut in aliqua fortalitia, puniantur, qualiter intelligatur, an diſ-

diſiunctiue in quolibet dictorum caſuum,an copulatiue:Bal.*conſ.*157.*Verba ſtatuti*,vbi quod ſecundum mentem eſt collectiuum,ſecundum ſignificationem eſt alternatiuum:ideo conſuli debet Princeps,*l b* 3.

23. Item,quod quælibet donatio inter viuos excedens libras quinquaginta f:cta in ciuitate,vel territorio debeat inſinuari, alias non valeat, etiã per quaſcunque clauſulas,quod tot ſint donationes, quot ſummæ: Bald. *conſ* 352.*Item ſtatuimus,lib.*5.vbi quod habet locum,& in pacto,& liberatione gratuitis.

24. Item ſtatutum inducens ferias in omnib. cauſis ordinariis,& ſummariis,excedentib.libras 25. tempore meſſium & vindemiarum, non habet locum in arbitro, quando partes renunciarunt feriis, quia currit tempus,niſi arbiter declaret:Bald *conſ.*373.*&* 374.*Statuto ciuitatis Papiæ, lib* 5.vbi Baldus,& Fulgoſius ſunt diſcordes.

25. Item quod nullus capi poſſit in domo,quod ſtatutum non habet locum, ſi quis capiatur in limine domus, quia cum loquatur *in domo*, debet intelligi inter parietes domus:Sign.Homod.*conſ.*16.*Statuto ciuitatis.*

26. Item quod fœmina maritata poſſit teſtari, & codicillari ſine conſenſu mariti,& alterius,ſed inter viuos non poſſit alienare, nec ſe obligare ex contractu ſine licentia mariti, & duorum attinentium maſculorum maiorum XXV.annis:Cuma.late *conſ.*176.*Statuto Papienſi*,vbi quod etiam habet locum in aditione hæreditatis.

27. Et ſuper eodem ſtatuto Caſtr *conſ* 400.*Viſ puncto,n.*3.*ver.tertio loco, lib* 2.vbi, quod hoc ſtatutum non habet locum in cauſa neceſſaria, ſed ſolum in voluntaria,ſed quod voluntaria dicitur,ſi eſt ex cauſa laudi emologati, quia nec poſſet compromittere, quando deueniretur ad alienationem.

28. Criminale ſtatutum mandat,pro delicto puniri debere in ære& in perſona,vel in ſolo ære,vel in ſola perſona, arbitrio Poteſtatis:ad quid extendatur arbitrium in pœna corporali, & an admitti debeat procurator delinquentis,diſtingue,vt pleniſſime Sign.*conſ.*169.*Quæſtio diſputata*,per totum,vbi in fine ponit plures diſtinctiones.

MEM-

MEMBRVM LXXVII.

PADVANA CIVITAS, EIVSQ. STATVTA, conſuetudines, & priuilegia.

1. PAduana ciuitas fuit antiquiſſima, condita à Rege Anthenore, qui ibi ſepultus eſt, vt dicit Alberic *in l. Sed & reproba i, §. de philoſophis, in fi. ff de excuſat. tutor.* vbi, quod habet Studium publicum à tempore immemorabili, non ex priuilegio aliquo, ſed tamen illa conſuetudo immemorabilis habet vim priuilegij cuiuſcunque.

2. Padua dedit ſe in ſubiectionem Venetis de conſenſu ciuium, qui creati ſunt ciues Veneti, & dicuntur habere ex contractu, nec Veneti poſſunt reuocare hanc ciuilitatem, quia deficerent à fide publica, quæ eſt iuris gentium primæui: Caſtr. *conſil.* 318. *Viſo & examinato, nu.* 5. *verſ. tertio & vltimo, lib.* 1.

3. Et quod ſit ſubiecta Venetis, & non poſſit facere ſtatuta contra Hebræos, & pœnalia, niſi confirmentur, & de licentia Venetorum: Caſtrenſ. *conſ.* 230. *Quia de defectibus, in prin, lib.* 2. vbi, quod Veneti in ſuo dominio ſunt loco Imperatoris.

4. Fuit ſubiecta Dominis de Carraria, qui habuerunt guerram, & fecerunt pacem cum Duce Mediolani: Bald. *conſ.* 14. *Præſuppoſito quodam Capitulo,* vbi ponit capitulum remiſſionis factæ, *lib.* 2.

5. Et Franciſcus Iunior Carraria fuit Octauus Dominus Paduæ, & recuperauit ſtatum, & regnauit anno 1391. Ang. *conſ.* 327. *Magnificus & Celſus.*

6. Tamen de anno 1390. erat obſeſſa ciuitas Paduæ à Venetis, licet Franciſcus Carraria dominaretur, ſed tandem de anno 1405. fuit capta ciuitas, & expulſus Franciſcus: Caſtr. *conſ.* 439. *& conſ.* 440. vbi factum præcedens iſta narrat, *lib* 2.

7. Conſtitutio Epiſcopalis Paduæ eſt confirmata à Sede Apoſtolica, qua præcipitur ſeu diſponitur, quod Epiſcopus teneatur inueſtire, & inducere in poſſeſſionem rei fœudalis perſonam, quæ per XX. annos poſſederit per ſuos auctores; Fulg. *conſ.* 222. vbi inſerit conſtitutionem, & dicit nō habere locum in femina, neq; in perſona excluſa, & quæ non habet titulum.

8. Archipresbyter de conſuetudine præcedit Archidiaconum, & ex ſtatuto Capituli, ſuper quo caſu Alex. *conſ.* 142. *Viſo proceſſu, lib.* 6. conſuluit Conſilio deciſiuo in cauſa ſibi remiſſa ad conſulendum per Alexandrum

Digitized by Google

de Neuo Iudicem & Canonicum, quod ex quo Archipresbyter præcedit, attendi debet effectus, non autem nomen dignitatis, vt licet nominetur Archipresbyter, cenſeatur Archidiaconus effectu, in iiſq; præcedit, & ibi Alex. diſtinguit officia eorum circa inſtallationem Monialium & beneficiatorum.

9. Studium publicum habet ex conſuetudine immemorabili, quæ habet vim tituli: Alex. *conſ.74. Viſo puncto, n.9. ver. & pro hoc, lib.4.*

10. Collegium Scholarium del Sancto fuit erectū & fundatum à Domino Pillo Cardinale de Rauenna: reliquit exequutores Paul. Leonem & Franciſcum Zabarellam, qui poſtea fuit Cardinalis Florentinus, & iſti exequutores reliquerunt alios, ſed exequutio deuoluitur ad Epiſcopum Paduanum de iure: Caſtr. *conſ.177. in quæſt. quæ vertitur, lib.2.*

11. Conſuetudo eſt Paduæ, quod in inſtrumentis apponitur annus Domini à Natiuitate, non ab incarnatione, tamen ſi apponatur ab incarnatione, inſtrumentum valet de iure communi, & conſuetudo non repugnat, quia annullat contractum: Io. de Imol. *conſ.8. in prin.*

12. Item, quod fœuda tranſeunt ad feminas non extantibus maſculis: Curt. Iun. *conſ.174. Præſupponitur ante, n.10.* Ferret. *conſ.87, In præſenti, nu.20.* Apoſtil. ad Rom *conſ.367. in ver. non ſuccedere, in fin.*

13. Statutum eſt Paduæ, quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant: Petr. de Anch. *conſi.26. In quæſt. ſupradicta, in pr.* vbi quod eſt alterata legitima fœminarum, quia debent dotari iuxta vires & facultates ac conditiones perſonarum.

14 Item, quod victus victori in expenſis condemnatur, & omiſſa abſolutio habeat vim condemnationis: alio ſtatuto, ſub rubr. *de appellat.* dicit ſolum, quod victus victori condemnetur in expenſis: Petr. de Anch. *conſ.256. Quæſtio talis*, dicit concordari, quia in cauſa appellationis omiſſa condemnatio habetur pro abſolutione, ſecus in cauſa primæ inſtantiæ, & ſic vt non ſint contraria concordantur in diuerſis caſibus loqui.

15. Item extat ſtatutum, quod bona alienari non poſſint in non ſubiectum, & non ſuſtinentem onera in Communi, quod non valet, quia præiudicat eccleſiis: Feder. de Sen. *conſi.85. cir. ſi ver. non obſtat.*

16. Et de huiuſmodi ſtatuto Paduæ, quod non poſſint bona in forenſem alienari, quod non habeat locum in eo, qui ante traditionem veram fuit effectus ciuis & habilitatus, etiamſi ficta traditio interueniſſet per cōſtitutum Caſt. *conſ.286. Videtur quod dicta ſententia, lib.2.* vbi pro vtraq; parte allegat, & in marito forenſe acquirente ſtabilia ex pecunia dotali, quod valeat ipſa acquiſitio, quando nomine vxoris tenere & conſeruare promiſit,

Digitized by Google

miſit, quia cenſetur loco dotis eſſe, & mulier eſt ciuis, & quaſi idem Caſtr. in ſtatuto Bellunen *conſi.234.n 3 lib.2.*

17. Item ſtatutum circa dotes lucrandas, quod moriente vxore maritus lucretur dimidiam dotis, & quod non poſſit huic ſtatuto renunciari: Cuma *conſ.26.Cum ſtatutum*, vbi quod habet locum, etiamſi Paduanus accipiat Venetá ignorantē hoc ſtatutū, etiamſi fiat inſtrumentū dotis alibi.

18. Item, quod donationes non valeant, niſi ſint inſinuatæ, quando opponitur ab hærede, non habet locum, ſi donatio eſt facta Monaſterio S. Iuſtinæ, & ſic piæ cauſæ; Caſtrenſ. *conſi.212. Omiſſo ordine, colum. 2. libr.2.* vbi late.

19. Item, quod bona vendita, & poſita ad cridas libera efficiantur emptoris; quod ſtatutum non habet locum, ſi minor vendidit ſine ſolēnitate, quia præſupponit habilitatem vendentis: Ang. *conſ.160. Domina Catherina, in p in.*

20. Item, quod cohærens cum re alienata oblato pretio præferatur in emptione rei, quod ſtatutum licet non loquatur de hærede, tamen habet locum in hærede propter paſſiuam interpretationem, & quia ius congrui poteſt cedi, ergo etiam tranſmittitur; Caſtr. *conſi 249. Statutum Padue, lib.2.* quod eſt Io. Baptiſtæ de Roſellis.

21. Et ſuper eodem ſtatuto antiquo & reformatione, Caſtr. *conſi. 351. Præfata reformatio, lib.2.* vbi, quod ſtatutum abſenti, & ignoranti dabat facultatem quandocunq; retrahendi, reformatio reſtrinxit ad annum tantum, ſiue ſciuerint, ſiue non, alias eſſet ſuperflua reformatio.

22. Super eodem ſtatuto, quod erat perpetuum, quia poterat offerri vſque ad 30. annos, facta fuit reformatio, quod duret per annum tantum, ſuper qua Caſtr. *conſi.430. Circa primum, libr.2.* vbi quod annus afficit abſentem, ſed non afficit vicinum ignorantem, & non intimatum, quando prouenit dolo emptoris procurantis, quod non deueniat ad notitiam, quia durat tunc 30. annis, ſecus ſi ceſſat dolus, licet adſit culpa, vbi ponit alias quæſtiones.

23. Et ſuper eod. ſtatuto antiquo, quod eſt de ingroſſando, quod diſponit, quod habens 12. campos & ſupra poſſit ingroſſare campum vicinum camporum trium, & infra, & qui habet campos 20. in vna petia poſſit ingroſſare campos quatuor, ſi à duabus partibus confinat, & non ſit plus, dicit Caſtrenſ. quod intelligitur, quod non ſit plus, videlicet vltra medium campum, quia ſi eſſet plus infra medium campum, habet locum ſtatutum, quia magis approximatur numero taxato à ſtatuto, ſi vltra

tra medium campum tranſit in alium numerum: & dicit ſimile de proximo pubertati, videlicet annorum decem cum dimidio, alias ſequeretur abſurdum, quod ex nihilo vel modico recederetur à prouiſione ſtatuti ad publicam vtilitatem facti: Caſtrenſ. *conſilio* 383. *Dubium iſtud*, *libro ſecundo*.

24. Mihi videtur ſubtilitas, quia ſi ſtatutum loquitur præciſe de tribus campis, & infra, & non plus, videtur clara & limitata diſpoſitio, quæ debet habere limitatum effectum, & exemplum de proximo pubertati, quod frangatur numerus, illud eſt propter numerum diſparem contingentem, & ſtatutum eſt odioſum, quod quis compellatur vendere.

25. Item, quod in alienationibus minorum debeat interuenire decretum iudicis, & conſenſus duorum coniunctorum in ſecundo vel tertio gradu, & ipſis non extantibus duorum proximiorum conſanguineorum vel affinium: Ang. *d. conſ.* 160. *n.* 4. *vſq. in fi. vbi col fi.* quod non ſufficit vnus conſanguineus, & vnus affinis proximiores.

26. Item ſtatutum ſuper electione Nouem pro quarterio ciuitatis Paduæ ad audiendum querelas, recipiendum ſupplicationes, & referendum ad deliberandum auctoritate Domini Paduæ, quod ſtatutum fuit conditum à Franciſco Iuniore della Scala: Ang. *conſ.* 327 vbi quod tales miniſtri dicuntur habere delegatam iuriſdictionem propter illa verba, *auctoritate Domini*.

27. Item ſtatutum Paduanum diſponens, quod eligatur ſapiens de Collegio Doctorum Paduano, habet locum etiam in caſtro Monſilicis de diſtrictu Paduano, licet ſit ſeparatum, quia Veneti ignari legum Imperialium Officiales deputati debent habere conſultorem: Cuman. *conſ.* 145. *Videtur prima fronte*.

28. Item, quod maritus lucretur dimidiam dotis præmoriente vxore ſine filiis, cui partes non poſſunt renunciare, & tale ſtatutum debet ſeruari, etiamſi Patauinus contrahat cum Veneta matrimonium, etiam in ciuitate Venetiarum: Cuma. *conſ.* 72. *De iure communi*.

29. Item quod præſcribatur ius adeundi vel tranſmittendi hæreditatem ſpatio 20. annorum, quod ſtatutum non procedit cum mala fide, & patitur interpretationem ſecundum ius commune, vt contra hæreditatem iacentem, & infantem non currat, & minori detur reſtitutio in integrum: Fulg. *conſ.* 64. *Franciſcus Sara*, Ioan. de Imol. *conſ.* 73 per totum.

30. Et idem conſuluit Caſtr. *conſ.* 439. *Ad euidentiam*, per totum, *& conſ.* 440. per totum, *libr.* 2. vbi quod tale ſtatutum non habet locum, contra eũ, qui

qui conceſſit ad precariam, vel in pignus, quia patitur interpretationē paſſiuam à iure comuni, vt requiratur bona fides, quæ non poteſt eſſe in poſſidente precario, vel iure pignoris, neque in hæredib. & contra minorem non procedit, & ſi procedit competit reſtitutio.

31. Item ſuper eodem ſtatuto Paduæ, quod licet requirat bonam fidē, tamen ſufficit titulus putatiuus etiam cauſatus errore iuris: Caſtrenſ. *conſi.* 293. *Circa primum, ver. ad tertium, lib.* 2. vbi, quod is, qui ſoluit per 20. annos, contra quem eſt præſcriptum, ſi cum titulo denegauit per 20. annos ſoluere præſcripſit contra ſolutionem.

32. Non tamen huiuſmodi ſtatutum de præſcriptione 20. annorum poteſt habere locum cōtra Eccleſiam, quia eſſet contra libertatem Eccleſiæ, etiamſi dicatur adeſſe tranſactionem inter populum & Clerum Paduę: Alex. plene *conſ.* 169. *Viſo themate, in pr. & n.* 3. *& ſeq. lib.* 2.

33 Item neque habet locum contra laicum infœudatum ab Eccleſia, vel emphyteuta Eccleſiæ, quia Eccleſia per indirectum compelleretur habere nouum emphyteutam, & nouum fœudatarium: Alex. *d. conſil.* 169. *in pr. ver. aut fateri oportet, n.* 1. *cum ſeq.* maxime *n.* 3. *&* 4. *ver. ſed præmiſſis, lib.* 2.

34. Quod poſſeſſio defuncti ſit continuata in hæredem, quod Fulgo. *conſ.* 89. *n.* 3. *in pr.* dicit habere locum, ſiue hæres ſit directus, ſiue per fideicommiſſum.

35. Quod Poteſtas Paduæ poſſit procedere per inquiſitionem de omnib. delictis, intelligitur, præcedentib. legitimis indicijs, alias inquiſitio eſt nulla, nec poteſt iuſtificari ex ſubſequentib. indicijs: Fulg. *conſi.* 106. *Super eo, de quo, in prin.*

36. Quod inquiſitio recepta non valeat, niſi regiſtretur in libro Communis, quod ſtatutum eſt formale, & debet ſeruari: Fulg. *conſi.* 106. *nu.* 4. *& ſeq. ver. circa ſecundum,* vbi quod eſt communis opinio.

37. Quod latrones aut fures ſuſpendantur furcis, ita quod moriantur, vel aliter puniantur etiam pecuniariter, prout melius videbitur Domino Poteſtati ſecundum conditionem & qualitatem perſonarum criminis & delicti, ſuper quo Fulg. *conſi.* 157. *Suppoſito ſtatuto, n.* 3 *in fi. ver. nunc veniendum,* vbi quod illa alternatiua, *vel aliter,* reſpicit fures, non autem latrones, & illa verba, *ſecundum conditionem perſonarum,* vt ignobiles plus quam nobiles puniantur.

38. Quod minor 20. annis non poſſit alienare, neque ſe obligare, niſi ſeruatis ſolemnitatibus, videlicet coram Poteſtate, vel vno ex ſuis Iudicibus cauſa cognita, & præſentib. duob. coniunctis vſq; ad tertium gradum,

Digitized by Google

& alias contractus etiam iuratus ſit nullus: Zabar. *conſ. 92. n. 13. & ſeq. vſq. in fi. verſ. prat. rea ſtatutum.*

39. Quod mulier habens filios non poſſit legare vltra quartam partem bonorum ſuorum, quod ſtatutum eſt validum, & habet locum etiam in vidua nupta Paduæ: Io. de Imol. *conſ. 73. In caſu prop ſito, n. 7. vſq. in fin.*

40. Quod mulier non poſſit donare, & donatio facta ſine ſolemnitate ſit nulla, ſuper quo Caſtr. *conſ. 82. In iſta donatione, n. 2. lib. 2.* vbi quod non loquitur de donatione inter virum & vxorem inter viuos, quia eſt nulla de iure communi, & quia quod nullum eſt, annullari non poteſt.

41. Statutum, quod ciuis non poſſit obligari pro forenſe, niſi habitet, & ſubeat onera in Communi ipſe forenſis, non habet locum ad præiudicium forenſis recipientis talem obligationem, quia in præiudicium forenſium non poſſunt ſtatuere, niſi ille forenſis ſciret ſtatutũ, & in dubio præſumitur ignorare, quia eſt contra ius: Caſtr. *conſ. 424. Ad primum quæſitum, li. 2. in pr.* vbi quod valet fideiuſſio facta pro forenſe, ſi vel habitet, vel ſubeat, & habet locum tam in ciue originario, quam ex priuilegio, ſi ſubit onera in Communi, & non poteſt renunciari huic ſtatuto, quia eſt ob publicam vtilitatem conditum.

42. Item, quod teſtamentum ſecundum valeat, non obſtante primo, cum clauſula derogatoria, licet de primo non ſit facta mentio, quod ſtatutum eſt nullum, & non valet, vel ſaltem debet reſtringi, quando vtrumque teſtamentum eſt factum in territorio ſtatuentium, quia cum tollat cõſenſum, & voluntatem teſtatoris forte non tuti, quin compelleretur teſtari, debet reſtringi: Caſtr. *conſ. 443. Videtur ſine dubio, per tot. lib. 2.*

43. Circa ſucceſſionem matris cum alijs filijs in hæreditate filij defuncti, quod ſi tranſit ad ſecunda vota nihil conſequitur, ſi non tranſit, conſequitur ſucceſſionem, ſed reſpectu vſusfr. tantum, ſed de patre nihil diſponit: plene Ang. Aret. *conſ. 38. ver. duo ſunt, n. 5. & ſeq. ver. videndum itaq. vſque in fin.* per tot. vbi quod non habet locum in patre propter diuerſitatem rationis, & quia eſt fauore agnationis factum.

44. Contrarium, quod imo ſtatutum loquens de matre tranſeunte ad ſecundas nuptias habeat locum etiam in patre, vt teneatur cõſeruare proprietatem filijs primi matrimonij, tenet idem Angel. Aret. *conſ. 39. Domina Catherina, num. 9.* & alio *conſ. 39. el ſecundo, n. 50. & ſeq.* vbi dicit, de iure communi non habere difficultatem, ergo etiam ex forma ſtatuti, quia recipit interpretationem paſſiuam.

MEM-

MEMBRVM LXXVIII.

BONONIÆ CIVITAS, ET FACTA illius notabilia aliqua.

1. BOnoniæ Ciuitas cũ tota Romandiola fuit donata Eccleſiæ Romanæ per Regem Pipinũ, & per Regem Rodulphum Regem Romanorum: ita teſtatur Bologn.in *addit. ad conſil. Ioann. de Anania* 17. *in fine.* allegat Specul: qui hoc dicit in *tit. de reſcript. præſenta.* §. *fi. verſi. & hæc ſunt in argumentum, numer. decimo octauo.* Ioann. de Imol. *conſil.* 116. *In cauſa ſpectabilis, in princ.*

2. Et quod ſit de patrimonio & iuriſdictione Eccleſiæ Ciuitas Bononiæ, Ant. de Butr. *conſ.* 33. *in fin.* vbi ita cantat priuilegium, & quod fuit iniuſte occupata, ideo Papa conceſſit decimas etiam contra Mendicantes pro pia cauſa recuperandæ Ciuitatis prædictæ: Caſtr. *conſ.* 196. *num.* 6. *lib.* 2. Abb. *conſ.* 84. *Videtur primo, n.* 2. *ver. ſed in caſu noſtro, lib.* 1. vbi, quod Imperator nullam habet in ea iuriſdictionem, ſed tota Papæ eſt in temporalib. & ſpiritualibus.

3. Eſt ſubiecta Eccleſiæ Rom. ſed tamen habet ſtatuta, per quæ ſeruatur ius ciuile: Io. de Anan. *conſi.* 19. *in fi.* & idem dicit Bologn. *in apoſtil. ad conſ. Io. de Anan.* 17. *in fi n.* 18.

4. Aliquando prætendidit ſe non eſſe ſubiectam Papæ in temporalibus: Angel. *conſil.* 319. *Titius Ciuis*, vbi, quod miſit legatum ad Papam, & quia Ambaſciator miſſus impetrauit beneficium pro filio ſuo, Commune volebat talem legatum punire, pro cuius defenſione ſcribit Angelus.

5. Bononia, tanquam Ciuitas de terris Eccleſiæ, non poteſt facere fœdus cum alijs Ciuitatibus ſine licentia Papæ, ita dictantibus capitulis cum Vrbano ſexto: Baldus *conſilio* 382. *Arbitrium datum, in princip. libro ſecundo.*

6. Pacem fecit Ciuitas Bononiæ Colligata cum Communi Florentiæ, & Aſtorgio de Manfredis ex vna, cum Marchione Ferrariæ ex alia: Angel. *conſi. trecenteſimo trigeſimo ſeptimo. Inter alia Capitula,* vbi conſuluit ſuper quodam capitulo.

7. Aliam confœderationẽ fecerunt Marchio Ferrariæ, Dominus Mantuæ, & Dominus Paduæ, cum Florentinis, & depoſuerunt Venetijs ſcuta

 50. Mill.

Digitized by Google

50. Mill. vt Bononienſes intrarent in ligam, quib. permittebantur Caſtra Nonantulæ, & Bazani, & pro cautione fuit factum depoſitum, ſed ipſi noluerunt inimicari Duci Mediolani; ideo dicitur, quod caſtra non poſſent habere, quia ſunt Romanæ Eccleſiæ, Zabar *conſi. 85. per tot.*

8. Bononiæ Ciuitas fuit colligata cum ciuitate Florentiæ contra Comitem Virtutum Dominum Mediolani, & cum eo tandem capitula pacis fecerunt: Ang. *conſi. 257. Inter capitula:* Bal. *conſ. 147. Orta guerra, lib. 2.* vbi in fine conſilij ponit omnes colligatos hinc inde, & ſententiam prolatam ſuper pace, & appellat potens Commune Bononiæ.

9. Expulſo regimine Eccleſiæ Nico'. Piciuinus fuit Gubernator Bononiæ pro Duce Mediolani, ita tempore ſuo fuiſſe dicit Io. de An. conſil. 94. qui conſuluit ſuper certis repreſaleis pro Hercule Fantuccio: & Barbatia inter conſilia Alex. 123 *ſcripſit, nu. 16. in fin. verſi. & ſi quiſpiam,* vbi adulatorie laudat hunc Gubernatorem Nicolaum Piciuinum.

10. Et Matthæ. Vicecomes fuit Dominus Bononiæ: Sign. *conſ. 131. n. 7.*

11. Familia de Pepulis fuit Domina Bononiæ, ſed eiecta de dominio per reuerendiſſimum Archiepiſcopum Mediolani, cuius Locumtenens fuerunt Galeatius Maria & Bernabos Vicecomites. Signo *conſi 87. Factum ſi. præſumitur.*

12. Vide Bar. in *tr. de tyrannia*, vbi quod Thadæus Pepulus erat tyrannus, ideo Clemens VI. ipſum & filios inueſtiuit in Vicarios dictæ ciuitatis, ſub *n. 34.* & eum refert. Cuma *conſi. 162. circa fi.* Et iſte D. Thadæus habuit patrem Romeum, quem repræhendebat Thadæus, eo, quod faceret contractus cum pœna dationi quantitatis, & ſic vſurarios & Alex. *conſi. 49. nu. 14. lib. 4.* refert Cynum dicentem ſe audiuiſſe Thadæum Dominum Bononiæ repræhendiſſe Romeum patrem ſuper hoc.

13. Et ſe geſſit pro conſeruatore pacis, & iuſtitiæ Ciuitatis Bononiæ, vt apud Anch. *conſi 374. Reuerendiſſ mo,* vbi, quod tanquam talis de antiquo inueſtiuit quendam de hoſpitali Caſtri Franchi, quod ſpectat ad Commune Bononiæ.

14. Ioan. de Bentiuolis tyrannide occupauit ciuitatem Bononiæ vſq; ad annum 1401. de menſe Martij: Fulg. *conſ. 95. Pro deciſione, n. 3. vſq; in fi.* vbi, quod poſtea facta eſt conſtitutio reſtituens indefenſos, quæ habet locum tam in actoribus, quam in re s, & Anch. *conſi. 85. Tria prin. i alter, nu. 4. & ſeq.* vbi quod eiectus fuit de an. 1402. & quod licet de proximo expellendus eſſet licite exegit, & liberauit Communitatem Imolæ debitam pro oneribus Communi Bononiæ.

15. Ioan-

Digitized by Google

15. Ioannes Bentiuolus expellendus de proximo ex Ciuitate Bononiæ licite exegit à maſſario Imolæ taxas, & debita Communis, dum adhuc poſſideret, & ciuitas Imolæ ex tali ſolutione fuit liberata: Anchar. *conſil.* 285. *Tria principaliter, n.* 4. *& ſeq.* vbi, quod fuit popularis expulſio, & de anno 1401. & 1402.

16. Iſte Ioannes Bentiuolus Dominus Bononiæ dedit commiſſionem Antonio de Butr. vt ipſe dicit *in conſ. ſuo* 13. quod videret, ad quos ſpectet refectio Cloacæ, quæ tranſit per contradam Noſadellæ, & declarat.

17 Eiectus eſt per Duces Mediolani, & in bellis inter Ducem Mediolani, & Io. de Olegio facta pace fuit reſtitutus, pro quo Sign. conſuluit pro recuperatione bonorum, quæ habuit in Nouarienſi, *conſ.* 131. *per totum.*

18. Imo fuit rebellis Papæ, & adhæſit Bernaboni Duci Mediolani, & omnia eius bona fuerunt confiſcata, poſtea per modum pacis reſtituta, tanquam adhærenti Ducis Mediolani: Sign. *conſ.* 228 *per tot.*

19. Alius Ioan. Bentiuolus de ann. 1489. Dominabatur Ciuitati Bononiæ, ſub nomine libertatis, vt apparet ex ſubſcriptione conſilij Collegij Doctorum, quod eſt primum poſt conſ. Zabarell. ibi in fi. *Apoſtolicæ ſedis, ſub Innocentio VIII. & Reipub. Bonon. libertatibus, ſub illuſtri Equite Io. Bentiuolo ſecundo armorum Duce, Ciue primario.*

20. Antiani Bononiæ ſunt Vicarij Eccleſiæ in temporalibus & ſpiritualibus, & repræſentant Principem cum populo, & immediate ſunt ſuppoſiti Papæ, vt dicit Flor. *d. q.* 2. *dub.* 5. *n.* 5. *ver. confirmatur*, quamuis quoad ſpiritualia nunquam viderim, nec audierim eos vſos fuiſſe eiuſmodi auctoritate.

21. Populus Bononiæ, & conſilium generale repræſentat Principem, non autem Antiani, ideo adminiſtratio Antianorum non ſe extendit, vt poſſint donare, vel præmiare aliquẽ de publico, neq; poſſunt gratiam facere de delicto, vel tollere ius ſuum. Tertio quia iſta ſunt reſeruata Principi, & populo, & non veniunt in quacunq; generali adminiſtratione vel arbitrio conceſſo: Floria. de S. Petro *d. q.* 2. *in* 4. *dub. principali, verſ.* 3. *cum ſeq.* niſi donatio eſſet ex cauſa, ibi *n.* 2.

22. Contrarium, quod Antiani repræſentent populum, & ſint vicarij Papæ ex priuilegio Vrbani VI. & Bonifacij IX. & habeant Communem poteſtatem præmiandi, idem Flor. ibi *n.* 3. *& ſeq.*

23. Vide tamen Alex *conſ.* 1 *num.* 6. *ver. nec prædictis obſtat*; *lib.* 3. vbi quod vexillifer, & duo vel tres Antiani cum præſentia Poteſtatis non potuerunt facere torqueri reum imputatum de raptu, quando non extant ſufficien-

Digitized by Google

tia indicia, & Poteſtas debuit obſtare, quia ſtatutum ligat Antianos & vexilliferum, ideo confeſſio extorta, etiam perſeuerata & ratificata, eſt nulla.

24. Legatus Bononiæ eſt ordinarius, ideo appellatio interpoſita ad Papam, ad Legatum deuoluitur. Rom. *conſ. 2. in prin.*

25. Et non poteſt ipſe legatus Bononiæ vna cum regimine ſexdecim contra ius Commune ſtatuere, quia ligatur iure communi: Alex. *conſ. 34. Viſis & conſideratis, per tot.* maxime *nu. 3. & ſeq. lib. 6. & conſ. 17. n. 14. lib. 4.* vbi plene Apoſtilla.

26. Quod imo regimen 16. virorum cum Præſide ſimul, vel Legato, poſſint ea, quæ Princeps poteſt: Alex. *conſ. 130. In cauſa, n. 9. ver. & quia eſt ridiculum, lib. 4.*

27. Declara, quia quod dicitur, quod repræſentent Principem, non intelligas Papam, vt ſtatuentes populus & Legatus ſimul poſſint ligare Eccleſias, & Eccleſiaſticos eorum ſtatuto, quia non poſſunt: Alex. *conſ. 17. nu. 13. & 14. lib. 4.* vbi plene Apoſt. in ver. *Legatus*, quæ loquitur de ſtatutis Bononiæ.

28. Regimen Bononiæ olim antiquitus erat 16. hominum, & ſolebant eligi aliquando plures, vt ſi aliqui defeciſſent, ſuppleretur numerus 16. & aliquando erant duodecim, & illi duo erant de numero ſexdecim, & habebant votum, poſtea numerus ad ſolos 16. redactus, vltimo fuit ſuperadditus numerus aliorum 7. qui ſubrogarentur loco deficientium, & iſti ſuperadditi non habebant vocem, nec poterant effici Priores, niſi in ſubſidium: Alex. *conſ. 178. in occurrenti caſu, lib. 2.* & in caſu ibi præcedenti, vbi vult quod exemptio conuenta cum datiario de ipſis 16. qui erant tempore capitulationis extendatur ad 7. ſubrogatos & additos, quia conceſſio facta ſub nomine collectiuo, & quia additi ſunt ex cauſa neceſſaria boni regiminis, non ex voluntaria mera, & quod iſti 16. cum Præſide poſſint ea, quæ Princeps, ſimul viuenti: Alex. *conſ. 130. In cauſa, n. 9. ver. & quia eſt ridiculum, lib. 4.*

29. Et quod Legatus & Regimen Bononiæ ſimul poſſint creare ciuem, & facere illum exemptum ab omnibus oneribus Comitatus, & prout ſibi placuerit, quia iſta non ſunt de reſeruatis Principi: Alexand. *conſ. 148. Viſis qua, num. 7. ver. & non eſt dubium, libr. 6.* vbi per totum tollit omnia contraria.

30. Imo quod ſolus legatus & Gubernator poſſint & valeant geſta ab eo quando 16. de Regimine ſeiuerunt & paſſi ſunt, quia perinde eſt ac ſi ſimul

ſimul feciſſent. Alex. *conſilio 129. In cauſa & l te. per tot.* & maximè in fine *ver. non obſtat etiam nu. rer. 6. lib. 6. cum ſeqq.* vbi apoſtilla dat concord. & loquitur Alexand. in erectione mentis, quam fecit Gubernator Bononiæ, vt valeat, ex quo 16. Regiminis ſcientes & patientes conſentur dediſſe mandatum.

31. Contrarium Alexand. *conſ. 47. i cauſa, libr. 7.* vbi quod Legatus cum Antianis non poſſunt condere, neque tollere ſtatuta, neque auferre ius ſuum alicui, ſed Legatus cum 16. poſſet, ſec. capitula conceſſa.

32. Legatus Bononiæ eſt etiam Legatus Regij, Mutinæ, Parmæ & Placentiæ, vt dicit Gambar. *tract. de Legato, lib. 1. in prin. ſub n. 26.* & Legatus Prouinciæ dicitur Legatus Inſularum adiacentium, etiamſi de nouo apparuerint, idem ibi *n. 25.* & quod ſit Bononiæ & aliorum locorum. Soc. Iun. *conſ. 128. in prin. lib. 3.*

33. Et ita ſeruatur ex conſuetudine immemorabili, & vidi ego ſeruari, & ſeruaui dum fui auditor generalis bonæ memoriæ Cardinalis Petri Donati Celſij Legati, & deinde dum fui Vicelegatus bo. me. Cardinal. Antonij Mariæ Saluiati, pariter Legati, & dum poſteum fui Gubernator Bononiæ.

34. Legatus Bononiæ & ſimul adminiſtrator Eccleſiæ Bononienſ. non potuit concedere ius baptizandi Caſtro Centi, ſine conſenſu Archipreſbyteri & Capituli Eccleſiæ dicti loci. Cald. *in conſ. 457.* alias vnicum eſt *de baptiſ.*

35. Gubernatores Bononiæ alias ſoliti erant habere facultatem Legati de latere. Ioan. de Anch. *conſilio 94. num. 2.* & Floria. de S. Petro *in ſua queſt. 2. in 4. part. colum. 2. ver. 7.* ad idem dicit, quod ciuitas Bononiæ habet præſidem, in quem populus transtulit omnem iuriſdictionem.

36. Antiani appellantur officiales Bononiæ, de quib. Caldet. *conſ. 214.* alias 8. *de appell.* vbi quod commiſerunt quandam cauſam Vicario Poteſtatis Bononiæ.

37. Antiani Bononiæ vigore ſtatuti habent iuriſdictionem carcerandi debitores ſuſpectos de fuga. Bald. *conſ. 177. in iſta captura. & conſ. 178. in præſenti mat. ria, lib. 2. in prin.*

38. Et autoritas Antianorum eſt ſuperior autoritate officialium, quia ipſi non includuntur ſuper verbo, quod officialis non poſſit, quia ſpeciali nota digni ſunt. Io. de An. *conſ. 70. in prin.*

39. Hō-

Digitized by Google

39. Hodie vero 40.viri habent regimen Ciuitatis, & repræſentant totum populum, & poſſunt concedere ciuilitates & immunitates, prout Ciuitas, maxime accedente cõſenſu Reuerendiſs. Vicelegati ſeu Gubernatoris Patiſ *conſ.71.Conſultatio abſoluta lib.*1. maxime *num.* 2. *& per tot.& circa fin.* Grat.*conſ* 61.*n.* 41. *& ſeq.lib.*1. qui dicit hoc eſſe notum, quia ſunt in quaſi poſſeſſione, prout ipſe vidi in archiuio multa priuilegia.

40. Populus Bononiæ tanquam recognoſcens ſuperiorem non poteſt reſtituere infamem ad famam, quod fallit reſpectu infamiæ prouenientis ex ſtatuto, quod contumax habeatur pro confeſſo, reſpectu futuri incurſus. Alex.*conſ.*114.*Repetitur lib.*2.

41. Contrarium quod imo Legatus Bononiæ ſolus maiorem habet iuriſdictionem, quam habeant omnia tribunalia Bononiæ ſimul, videlicet Dominorum priorum, 40. virorum & aliorum, nec tamen poſſet ſolus derogare ſtatutis Bononiæ, ſine conſenſu priorum, ita Bero.*conſ.*54.*nu* 39. *lib.*2.

42. Et poteſt rebannire bannitum pro iuſtitia. Bero.*conſ.*54.*n.*38.*lib.*2.

43. Poteſt facere Legatus commutationem pœnæ mortis naturalis in pœnam mortis ciuilis, etiam ante condemnationem, & valet talis gratia & ligat ſucceſſorem, etiamſi ille gratiatus fuerit condemnatus in pœnã mortis naturalis tempore prædeceſſoris, Soc.Iun.*conſ.*128.*per tot,lib.*3.

44. Reſtringe, quia ſolus non poteſt derogare feriis, neq; tollere appellationem, neq; quod de plano procedatur concedere. Alex.*conſ.*130.*in cauſa.n.*8.*&* 9.*ver.nec obſtat quod allegatur lib.*4. vbi quod vna cum 16 de conſilio & regimine bene poteſt omnia, quæ Princeps.

45. Studium Bononiæ habet priuilegium à Clem. Papa. V. & Ioanne XXII. quod beneficiati ſtudentes Bononiæ percipiant fructus in abſentia. Feder.de Sen.conſ.246 de iure communi, n.2. verſ.Item, ſi canonicus eſt in ſtudio. Petr.de Anch.*conſ.*17.*Conceſſum eſt ſcholaribus.per tot.* Cald.*conſ* 487. *alias* 2.*De magiſtr.in fi.*

46. Extende, quia habet priuilegium, quod clerici & beneficiati poſſint ſtudere in iure ciuili Cald *conſ.*487 *alias* 2.*de magiſtr.* vbi quod poſſunt etiam Doctorari & legere ius ciuile, de quo vltimo Io.Andr.*in cap.cum quid prohibetur.de reg.iur in* 6.& Abbas *in prœmio decret.n.*7. dicunt, quod ſi factum eſt, bene factum eſt; ſi vero eſt faciendum, ſecus eſt, quia abſtinendum eſt propter dubium iuris.

47. Bononienſes Doctores allegantur determinaſſe contra Innoc. quod Canonicus agens pro Eccleſia debeat agere nomine Eccleſiæ, non nomine

nomine proprio, cui authoritati Bononienſium aſſentit Lap. *alleg.* 51. *nu.* 1. *ver. ad ſecundum.*

48. Item dicit in alio caſu Oldrad. prout refert Alex. *conſ.* 15. *lib.* 4. *num.* 1. quod omnes Doctores Bononiæ legentes tenent, quod vulnerantes plures non tenentur de occiſo, ſed pœna pecuniaria, quãdo non conſtat quis lætaliter vulnerauerit.

49. Bartol. *in l. Titio cum teſtam.* §. *Titia nu.* 3. *ff. de legat.* 2. extollit Curiam Bulgari, quæ eſt Contrada Bononiæ, quod ibi conſuetudines legales conderentur.

50. Dicit tamen Signorol. *conſilio centeſimo ſeptuageſimo primo. numero tertio.* quod Doctores Bonon. magis nituntur cortici quam medullæ in illo caſu, quod operetur clauſula codicillaris, & quod contra gloſſas & communem conſulunt, & tamen verior eſt opinio pro Bononienſibus, & hodie vbiq; ſeruatur.

51. Carocio adhærent Bononienſes. Bald. *conſ.* 9. *in fin. ver. dico igitur lib.* 1. Io. de An. *conſ.* 34. *n.* 4. Gloſſ. *in l. omnis diffinitio ff. de reg. iur.* Caſtrenſ. *conſilio* 182. *numer.* 2. *verſic. ad ſec. libr.* 2. Alex. *conſil.* 49. *Paucis. numer.* 12. *ver. & ideo. libro* 4.

52. Dulcis patria & Sanguis, amant enim ſeſe, & habent ad hoc prouerbium, vt dicit Ant. de Butr. *conſ.* 30. *circa finem. ver. ideo vulgare eſt, Legami le mani, & li piedi, & mettemi tra li miei.*

53. Verſatos eſſe in eo, quod mandat *l. obſeruandum. ff. de offic. præſid.* in quit ibi Gloſſa *in ver. tetigit*, vt ſciant diſſimulare quando expedit, alibi eſt prouerbium, *chi non ſa ſimulare, non ſa regnare.*

54. Poteſtas Bononiæ habet vicarium, de quo Anch. *conſ.* 342. *Vicarius Poteſtatis.*

55. Et vocatur Iudex aquilæ iſte locumtenens Poteſtatis, qui procedit in executione literarum Cambij, prout Curia Mercantiæ. Ang. Aret. *conſil.* 123. *in poſitione caſus, & per tot.*

56. Conſuetudo eſt Bononiæ, quod iudices maleficiorum referunt cauſas legato, antequam condemnent, quibus relationibus ſtandum eſt, quia ſunt loco dubiorum. Io. de An. *conſ.* 17. *in prin. viſa relatione.*

57. Stylus eſt Ciuitatis Bononiæ, quod iudex non recitat per ſeipſum ſententiam, ſed per Notarium, & valet, quia eſt etiam in curia Romana & vbiq; Io. de An. *conſ.* 93. *n.* 3. *ver. circa vero.*

58. Flumen Rheni eſt publicum, & ex eo ſumitur aqua per clauicas & diuerſa ſeruitia publica & priuata. Ant. de Butr. *conſ.* 13. *per tot. max. n.* 6. *in pr.* vbi quod eſt flumen publicum.

Digitized by Google

59. Turris Aſinellorum Bononiæ eſt, de qua meminit Ioan. de Imola *conſ.* 7. vbi quod banderia ponebatur in ipſa turri, quando guerra generalis indicebatur per commune Bononiæ: Iſta turris eſt pulcherrima & altiſſima, & conſueuit dici, quod exiſtentes ſuper ea, vident Centum & plures ciuitates, & eſt veriſſimum, nam Centum eſt oppidum in agro Bononienſi, quod videtur, & ſimul plures ciuitates videri poſſunt.

60. Iſta turris erat familiæ de Aſinellis, & in ea fuit inſtitutus ſpurius de Aſinellis pro parte, & Regimen Bononiæ illam appræhendidit, ſuper quo facto Ant. de Butr. *conſ.* 54. dicit: quod ſi eſt turris pro nobilitate conſeruanda, ſpurius eſt incapax, ſi pro cognomine, ſolo eſt capax, niſi Regimen iure legitimo occupauerit.

61. Datium & Gabella turris de Vrga Ciuitatis Bononiæ locatum, alias nobili Antonio de Scappo. Io de Imol. *conſ.* 79 *per tot.*

62. Datia macellariorum & beccariorum tenentur ſoluere Salaroli, quia ita cantant capitula, & nullum exercitium magis proximum eſt Beccario, quam Salarolli. Ioan. de Anchar. *conſilio* 35 *per totum.* vbi Bolognin. *in addit.*

63. Clauica ſeu Clocaca, quæ venit à parte ſuperiori Bononiæ, & tranſit per contradam Noſadellæ, & tranſit per hortos priuatorum, debet refici à vicinis, in iis, quæ ſpectant ad commodum viciniorum, in iis vero quæ ſpectant ad commodum priuatum, priuati debent reficere, ſi expenſa eſt modica, ſi vero magna, & non prouenit ex negligentia vicini, debet refici ex publico, vel à vicinis. Ant. de But. *conſ.* 13 *per tot.*

64. Conſuetudo eſt Bononiæ, quod deſtructa domo, ne incendium progrediatur, refici debet à vicinis, quorum domus ſunt conſeruatæ, non à vicinis quorum domus ſunt combuſtæ, niſi culpa illorum proceſſerit incendium, & ita de conſuetudine ſeruari Bononiæ, Bologn. *in addit. ad conſi. Io. de An.* 71. *in fine* atteſtatur.

65. Conſuetudo Bononiæ eſt, quod vendito cluſo, intelligitur vendita pars domus ſubterranea, quia cluſus domus intelligitur pars domus ſubtus terram, niſi ex ſpecificatione confinium aliter ſpecificetur.

66. Conſuetudo eſt Bononiæ, quod pueri concertant ſaxis inter ſe, ideo non punitur homicidium, quod ſequitur ex tali concertatione. Petr. de Anchar. *conſ.* 283. *Iure ſtricto. per totum.* vbi de conſuetudine Neapolis & Peruſij.

67. Conſuetudo eſt Bononiæ quod nullus ciuis vel forenſis habitans in ciuitate Bononiæ poſſit vocari ad aliqua onera in Comitatu, etiam

ratione

Digitized by Google

ratione bonorum, quæ habet in Comitatu, & quod ſtatim quod Ciuis vel Incola Bononiæ acquiſiuit bona in Comitatu, non poſſit impelli ad aliquam ſolutionem onerum in Comitatu, ſiue ſint ordinaria, ſiue extraordinaria. Alex. plene *conſ.* 148. *Viſis quæ. n.* 5. *ver. Angelus vero, lib.* 6. vbi, quod valet hæc conſuetudo.

68. Hodie conſuetudo eſt ſublata, quia non poteſt ciuis emere bona ruſticalia, niſi de licentia, & ſubeat onera, & hoc beneprouiſum eſt, quia ruſtici ſemper ſoluunt onera eadem, licet ciues acquirant maiorem partem bonorum; ſed tamen ex diſpenſatione legatorum & illuſtris Regiminis permittuntur emtiones ſine exoneratione pauperum; at eſſet facienda reuiſio, vt onera ſequantur bona.

69. Extende, quia imo talis conſuetudo exemptionis ciuium Bononię ab oneribus Comitatus, licet loquatur de ciuibus originarijs, tamen extenditur etiam ad ciues ex priuilegio. plene Alex. *d. conſ.* 148. *nu.* 5. *ver. vltra prædicta, lib.* 6. *& per tot.* vbi tollit contraria.

70. Item conſuetudo eſt Bononiæ, quod dominus ponens manum ad plauſtrum vini, etiam animo iuuandi, ex tunc, periculum vini eſt ipſius Domini. gloſſ. in l. quod non ratione. ff. de legib. Caſtr. *conſ.* 472. *Viſo ſupradicto, in fi. lib.* 1. vbi quod non eſt rationabilis, ideo extra locum non extenditur.

71. Quod ſententia interlocutoria non poteſt poſt quinque dies retractari ſec. ſtatutum Bononiæ, de quo Alexand. *conſilio* 82. *Viſo proceſſu, numer.* 11. *& ſeq. ver. non obſtat etiam, lib.* 5. vbi quod eſt contra ius commune, ideo non habet locum quando de nullitate opponitur per viam exceptionis, quia non fit petitio, neq; litis conteſtatio, vt videtur requirere ſtatutum.

72. Stylus circa nuptias eſt Bononiæ, quod non fiant nuptię, niſi ea die, qua maritus traducit vxorem ad domum, & faciunt Bononienſes & Florentini tot expenſas in iocalibus & veſtimentis, vt expendant totam dotem. Caſtrenſ. *conſ.* 54. *col.* 1. *ver. ſtatutum, lib.* 1.

73. Item ſtylus Bononiæ communis eſt, quod pœna adiecta facto valet, & exigitur, quando is cui promittitur non eſt ſolitus fœnerari. Ita Alex. *conſ.* 63. *ſtantibus iis, n.* 3. *lib.* 4.

74. Milites fratres; qui appellantur glorioſæ Virginis Mariæ, ſunt in diœceſi Bonon. & ſunt exempti à viſitatione & procuratione Epiſcopi, tanquam immediate ſuppoſiti Sedi Apoſtolicæ. Cald. conſ. 456. alias 14. de cenſibus.

Digitized by Google

75. Priuilegium vero Theodoſianum conceſſum Bononienſibus præſumitur apud multos fictum, & non verum: Sapia *in addit. ad Abb. in proœm. decret. n. 6. ver. Doctor.*

76. Moneta Bononenorum argenteorum, & quatrenorum, ad ſex quatrenos pro bononeno currebat in ciuitate Mediolani & Placentiæ, vt per Alex. *conſ. 21. Viſis iis. lib. 2.*

77. Communis Bononiæ eſt Dominus hoſpitalis Caſtri Franchi loci laicalis ſoliti conferri ab antiquo per Commune, licet Epiſcopus habeat recentem ſtatum, ſententia relationis ſuper hoc data per Petr. de Anchar. & Anton. de Butr. vt per Anchar. *conſilio trecenteſimo ſeptuageſimo quarto. Reuerendiſſ.*

78. Præſidem habet in quem populus tranſtulit omnem iuriſdictionem. Flor. de Sanct. Petro. *quæſtio. 2. in 4. part. column. ſecunda. verſic. ſeptimo ad idem.*

79. Molendina Bononiæ dicuntur ſpectare pure ad vniuerſitatem, ideo teſtes de Bononia in cauſa molendinorum ſunt idonei. Bald. *conſ. 168. Caſus homines, in fi. lib. 2.*

80. Et defenſores haueris & iurium Cameræ locant molendina prædicta, nec datium poteſt alterari. Io. de An. *conſ. 74.*

81. Declara, quia non ſpectant ad Commune iure regalium, ſed de iure particulari, ideo non poſſunt compellere ſubditos, vt vadant ad machinandum molendino Communis. Bald. *conſilio 404. Quæritur vtrum. lib. 5.* ſecus de iure vniuerſali & publico ſpectarent talia molendina ad Commune.

82. Reſtringe, quia molendinum extra portam Galleriæ eſt priuatorum, non Communis, & ideo illi non poteſt præiudicari, vt in narratione facti ſupponit Io. de An. *conſ. 74.*

83. Monzoni Caſtrum habebat propria ſtatuta, quod filia dotata non ſuccedat patri, ſtante hærede maſculo, ſuper quo Caſtrenſ. *conſ. 47. lib. 1.* vbi quod intelligitur de maſculo ex deſcendentibus maſculis, non de tranſuerſali, hoc poſui ſub Bononia, quia hodie Caſtrum regitur ſtatuto Bononiæ.

84. Centi terra eſt de diſtrictu Bononiæ, & eſt Epiſcopatus Bononiæ, & ideo non poteſt Ciuitas ipſos Centenſes foreſtare, & ſtatutum, quod non recognoſcentes Commune Bononiæ, carcerentur, non comprehendit Centenſes, quia eſſet contra libertatem Eccleſiaſticam. Bald. *in auth. qua in prouin. C. vbi de crimin. agi oportet.*

85. Centi

Digitized by Google

85. Centi & plebis Caſtra erant de iuriſdictione ciuitatis Bononiæ quia Regimen Bononiæ exigebat certa onera, ſuper quibus Alex. *conſ.* 28. *viſis accurate. lib.* 1. *per tot.* imo quod eſſent Epiſcopatus Bononiæ. Alex. *conſi.* 99. *Viſa num.* 4. *& ſequen. verſi. tertio probatur. lib.* 6. vbi ſtatuta confirmantur à Pio II. in quibus fit priuilegium Iudæis, vt in omnibus & per omnia gaudeant priuilegijs ciuium, & ſtatuta ſunt etiam ab Epiſcopo Bononiæ confirmata.

86. Caſtrum plebis, & plebs ipſa de conſuetudine habebāt quod omnes de Cento debebant baptizari in plebe, ſed tamen aucto Cento obtinuit Eccleſia S. Blaſii poſſe baptizari in Cento Zabarel. *conſi.* 65. vbi ponit priuilegium Cardinalis Legati, & Epiſcopi Bononiæ, ac Bonifacij IX. licet dicat non valere, quia ſubreptitia ſunt.

87. Crepalcorium eſt Comitatus Bononiæ, & viuit ſub ſtatuto Ciuitatis Bononiæ. Auguſt. Aretin. *conſilio trigeſimo tertio. videtur dicendum, per totum.*

88. Non poteſt Ciuitas Bononiæ reuocare conuenta cum terra Crepalcorij, videlicet quia ciues & nobiles in rure habitantes videntur concurrere ad onera cum fumantibus Comitatinis. Anchar. *conſil. centeſimo trigeſimo ſexto. Videtur primo*, quod eſt Anton. de Butr. & Anchar. & *conſi.* 367. Quod eſt Bart. de Salyceto; vbi quod ius eſt quæſitum fumantibus, quod auferri non poteſt à Ciuitate Bononiæ, quia ita eſt per viam contractus firmatum.

89. Bazanum eſſe terram de iuriſdictione temporali Roma. Eccleſiæ, alias conceſſam in Vicariatum Marchionibus Eſtenſibus, cum obligatione, quod non poſſit alienari. aſſerit Zabar. *conſ.* 85. *per tot.* vbi idem de Caſtro Nonandulæ dicit.

90. Caſtrum S. Ioannis eſt de Comitatu Bononiæ. Alex. *conſ.* 148. *Viſis que. n.* 5. *ver. Angel. vero lib.* 6. *& per tot.*

91. Malalbergi locus habet vectigal exonerationis nauium, quod erat Zorzini de Planchis, & ab eo fuit emptum per ſtrenuum militem Ioan. de Pepulis, inter quem & Commune Bononiæ litigabatur, pro Pepulo conſuluit Sign. *conſ.* 222. *In quæſtione.*

92. Imolæ ciuitas ſoluebat Communi Bononiæ onera, vt commemorat Anch. *conſ.* 285. *per tot.*

93. Podij Caſtrum eſt Lambertinorum, & iuriſdictio cohæret perſonæ, non territorio, licet exerceatur in homines Podij, quod Caſtrum eſt de territorio Bononiæ, Pariſ. *conſ.* 20. *per tot. max. n.* 66. *& ſeq.* & in primo di-

Digitized by Google

cit, quod conceſſio fuit facta à 16. Reformatoribus communis Bononiæ, confirmata à Nicolao Picinino, & Sede Apoſt. & quod non eſt conceſſio feudalis.

94. Caſtrum S. Petri fuit captum tempore belli inter Dominum Fauentiæ & ciuitatem Imolæ, per quendam Capitaneum, de quo Ioann. de Imol. *con*, 16. & de anno 1443. iterum rediit in iuriſdictionem & poteſtatem Bononienſium Io. de Imol. *conſ*. 9. *per tot*. vbi quod is, qui habitauit per 10. annos Bononiæ, & erat de S. Petro, liberatur ab oneribus vt ciuis, etiamſi caſtrum prędictum medio tempore fuit extra dominium Bononię per plures annos.

95. Facit vniuerſitas Caſtri prædicti 330. homines de conſilio, ideo ſi duæ partes ex trib. non ſunt præſentes, non valet attengum. Ioan. de Imol. *conſ*. 32 *per tot*.

96. Nouantulæ, Reuelani, & Baſiliani caſtra ſunt de Comitatu Bononiæ, & fuerunt conceſſa Nicolao Marchioni Ferrariæ, ſec. Antonium de Butrio in cap. fin. de conſuet. in penultim. colum. verſic. ſed dubium quid ſi caſtrum. ſequitur Alexan. *conſil*. 151. *Viſo themate, numer. quinto, verſi & dico lib*. 2.

97. Medicinæ Caſtrum, quod Alex. in loco citando Modicini appellat, non eſt de Comitatu Bononiæ, & regitur ſec. ſtatuta Bononiæ, ſed eſt territorium de per ſe, licet fuerit captum à Bononienſibus, videl. Bargelinis Fantucijs, & à domino Fauentino, vt plene Alexan. *conſ*. 114. *In cauſa & lite maxi. n*. 19. *& ſeq. lib*. 4.

98. Villa S. Martini in Argile, & aliæ villæ in territorio Bononiæ erant incultæ, & ideo emanauit conſtitutio, quod venientes ad habitandum in dicta Villa ſint immunes per 50. annos, cauſa fuit, quia bona Marchionis Eſtenſis contigua erant bene culta in dedecus Bononienſium, ideo talis exemptio competit Ferrarienſi, qui prius habitauerat in agro Bononiæ, poſtea receſſit, & iterum rediit, & non poteſt reuocari. Alex. *conſ*. 54. *viſo puncto*, quod eſt Vincentij Paleoti. & *conſ*. *ſi*. *lib*. 4. quod eſt Barbatiæ. & *conſ*. 34. *lib*. 5 quod eſt Alexandri.

99. Bononienſis, Ianuenſis & Florentinus dicitur is, qui habet domicilium Bononiæ, non autem ſi habet ſolam originem in d. loco. Anch. *conſ*. 347. *Iſta ſententia, in pr*. & poteſt eſſe ratio, q ia verba non debent intelligi ſec. quid, ſed ſimpliciter.

100. Vide tamen Bartol. *in leg. prouinciales. ff. de verb. ſignificat. in fin*. qui tenet, quod Peruſinus intelligitur, vel quod habeat originem vel domi-

cilium,

cilium, de Peruſio intelligitur ſec. Communem vſum loquendi, videl. de origine ſola.

101. Et quod imo idem ſit, dicere Peruſinum & de Peruſio. Bartol. in l. 1. circa fin. num. 19. ff. ad municip. vbi Apoſtilla, in verſi. idem eſt dicere, & eſt gloſſ. in *leg. ſed & reprobari. § ampl us. in verſi. Comaneus. ff. de excuſat. Tutor.* Idem Bart. *in tr. de repreſal quæſt. 7. in pr.* vbi Apoſtill.

102. Sicut in Comitatino tantum eſt dicere, Titium de tali loco Comitatus Bononiæ, quantum dicere: Titium Comitatinum Bononienſem. Alex. *conſi. 100 viſa Inquiſit. in pr. lib. 6.*

Declarat Caſtrenſis *conſilio ducenteſimo nono. circa primum. colum. ſecunda in fin. numer. ſecundo verſic. & ſi dicatur. libr. 2.* quod in materia fauorabili importat idem dicere Ferrarienſis, vel Venetus aut Peruſinus, quod de Ferraria, de Peruſio, de Venetijs, & verificatur, ſiue ſit origine, ſiue domicilio, ſecus eſt in odioſis, quia non ſufficit domicilium, cum ſit talis ſec. quid, non autem ſimpliciter.

103. Epiſcopus Bononiæ ſicut alij s Epiſcopus dicitur officialis Ciuitatis. Anchar. *conſi 340. & 341. per tot.* Hodie eſt Archiepiſcopatus erectus à fæl. recor. Gregorio Papa XIII. qui tamen non habuit effectum quoad Ciuitates Regij, Mutinæ, Ferrariæ, Parmæ, & Placentiæ.

104. Eccleſia Sancti Petronij & eius fabrica habet ſtatutum, quod de omnibus hæreditatibus, donationibus, & relictis ad pias cauſas ſoluantur duo Bononeni pro ſingula libra, ſuper quo conſuluit Alexand. *conſil 125. Viſo. & conſil, 126. libro quarto.* Quod habet locum ſemper, quod pauper inſtituitur hæres, & ſtatur arbitrio iudicis, quis pauper dicatur, ſecus ſi conſanguineus & adoptiuus inſtituatur, & filius ſpiritualis non dicitur conſanguineus, licet quoad matrimonium contrahendum oriatur ſpiritualis cognatio.

105. Conſtitutio Epiſcopi Bononien. ſuper reſidentia omnium curatorum priuat illos ipſo iure, ſi per 15. dies ſine legitimo impedimento abfuerint. Zabarel. *conſil. centeſimo trigeſimo ſecundo Duo ſunt videnda, per tot.* vbi quod debent citari ante quam amoueantur à poſſeſſione, alias ſunt de facto reſtituendi.

106. Epiſcopus & Capitolum Eccleſiæ Bononien. abſente Archidiacono, vel vacante Archidiaconatu, accedũt & deputant in locũ Archidiaconi, & fructus & emolumenta percipiunt, Cald. *d. conſ. 516. alias primo. de priuil.* vbi qualiter iſta priuilegia intelligantur, & ponit ſubſtantiam, & ſunt conceſſa ab Honorio Papa.

107. Archi-

Digitized by Google

107. Archidiaconus Bononiæ habet priuilegium, quod non fiant doctores, ſine ſua licentia, de quo priuil. Cald. *conſ.* 67. quod eſt *vnicum, de offic. Archidiacon.* & latius *conſi.* 516. alias 1. *de priuil.* vbi ponit ſubſtantiam priuilegij conceſſi à Papa Honorio.

108. Archipresbyteri & plebani Bononien. quaſi omnes de conſuetudine inſtituunt ad beneficia ſuarum plebium, quæ conſuetudo valet ſec. Geminianum, qui de ea atteſtatur, dum fuit Vicarius Bononiæ, in *conſilio* 117. *n.* 10. *ver. quia ille dicitur.*

109. Non tamen præcedit Archidiaconus Bononiæ Vicarium Epiſcopi generalem, quia Vicarius generalis repræſentat Epiſcopum, & facit idẽ Conſiſtorium cũ eo. Abb. plene *conſi.* 21. *viſo dubio per tot. li.* 1. vbi quod neq; valet conſuetudo contraria, neq; priuilegium Archidiaconi, quod habet primum locum poſt Epiſcopum, excludit Vicarium, ſed intelligi debet quoad alios, excepto Vicario.

110. Monaſterium S. Michaelis de Boſco Bononiæ erat regulæ S. Auguſtini, ſed propter malam vitam monachorum d. ordinis fuit dictum monaſterium ceſſum monachis montis Oliueti. Petr. de Anch. *conſ.* 352. *Monaſterium S. Michaelis. in prin. & conſil.* 424. vbi quod monachi antiqui eiecti ſunt extra monaſterium, ſed tamen habebant alimenta, & acquirebant monaſterio prædicto.

111. Primicerius Collegiatæ Eccleſiæ S. Petronij non habet dignitatem, ſed officium, ideo non poſſunt eidem committi cauſæ ... quam habenti dignitatem, & ſententia ab eo lata eſſet nulla. Alex. *conſil.* 77. *in cauſa & lite. n.* 4. *ver. contingit & ſecundo. l. b.* 2.

112. Rebellionem commiſit Co. Manfredus de Comitibus de Cumo contra Cardinalem Sancti Euſtachij Legatum, dum eſſet illius Capitaneus generalis, & quidam Maynardus in itinere fuit captus, & confeſſus eſt rebellionem, & multi nobiles Bononiæ propalarunt, & legatum monuerunt. Anchar. *conſilio* 439. *anno* 1405. vbi totam ſeriem ponit.

113. Familiæ aliquæ per abuſum mutarunt agnationis nomen. Nam Bargellini hodie apud Alexand. *conſil.* 114. *libr.* 4. appellantur de Burgellinis.

114. Gozadini habuerunt litem ... n illis de monte Renzulo, quos ego credo de Monterentio ad præſens nuncupari, vide Caſtr. *conſi.* 196. *n.* 7. *& ſeq. lib.* 2.

115. Liber Campionis montis Salis, ex quo gubernatur per perſonam publi-

publicam,& conſeruatur in Archiuio publico Ciuitatis, probat quoad omnes in eo deſcriptos, dummodo cauſa ſit expreſſa, ſecus ſi cauſa non exprimitur, quia non probat, prout nec etiam probaret circa ſolemnitates enunciatas, ſi de eis non conſtat, niſi eſſet ſcriptura, quæ per 30. annos habuiſſet effectum. Alex. *d conſ.* 178. *per tot.* vbi eſt caſus conſilij.

116. Statutum Collegij Doctorum Bononiæ ſuper electione & admiſſione, mandat fieri per fabas albas & nigras, & vota ſecreta, ideo ſi vota pro & contra ſunt paria, non dicitur admiſſus ſub prætextu, quod ſanior pars ſit in votis fauorabilib. quia non poteſt probari ſanior pars iſto caſu, quia ſunt ſingulares teſtes, & non creditur aſſerenti, quod dedit ſuffragium fauorabile. plene Alex. *conſ. deciſiuo* 192. *per ſp. & 2. lib. 6. per tot.*

BONONIAE STATVTA CIRCA DIVERSA in ciuilibus.

1. Confirmata fuerunt ſtatuta Bononiæ per Papam. Rom. *d. conſ.* 1. *verſ. ad hæc omnia.*

2. Contrarium dicit Caſtr. *conſ.* 196. *in fin.* quod tempore ſuo non ſunt confirmata, *lib.* 2.

3. Dicas, quod tempore Alexand. de Imola fuerunt confirmata cum clauſula, dummodo non reperirentur contra libertatem Eccleſiaſticam, ideo cum ſit confirmatio in forma Communi, non autem ex certa ſcientia non tollunt iuramentum, quia laici ſuper eo non poſſunt diſponere, & confirmatio non releuat. ita Alexand. *conſil.* 59. *viſo inſtrumen. per totum libro primo.* quod eſt repetitum *conſil.* 39. *libr. quarto*, *& conſil.* 18. *libro ſexto.* & in eodem caſu conſuluit Franciſc. Aretin. *conſil.* 8. *Abunde ſatis, per tot.* vbi quod confirmatio non eſt ex certa ſcientia, ſed in forma Communi, & propterea per confirmationem non ſunt effecta Papalia, & quod magis operatur confirmatio ſpecialis ſtatuti ſimpliciter facta, quam confirmatio generalis ſtatutorum, quia in ſpeciali magis de facili præſumitur certa ſcientia.

4. Et iterum idem Alex. *conſ.* 17 *Viſo inſtrum. nu.* 13. *& ſeq. ver. nec etiam obſtabit. libr.* 4. vbi quod non ligat Eccleſias, vel Eccleſiaſticas perſonas in ijs, quæ diſponit contra ius Commune, quia aut eſt conditum à populo Bononiæ, & clarum eſt quod non habeat aliquam iuriſdictionem in Eccleſias & Eccleſiaſticos *c. p. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit.* aut eſt conditum à Legatis d. ciuitatis, & clarum eſt quod non valet, quia cõtra ius commune non

poteſt ſtatuere, aut quia confirmatum à Papa, & confirmatio habet clauſulam, dummodo non ſit contra libertatem Eccleſiæ, & ſic Papa non voluit in aliquo præiudicare libertati Eccleſiaſticæ. & ibi *n.* 15. *&* 16. dicit eſſe contra libertatem Eccleſiæ, ſi aufert id, quod eſt conceſſum Eccleſiaſticis etiam in priuilegium.

5. Non tamen valent quoad ſpiritualia, & iuramenta ſublata, quia confirmatio non eſt facta ex certa ſcientia, quæ certa ſcientia non præſumitur, ideo nec clauſula excipiens ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam confirmat illicita & diſponentia de ſpiritualibus. plene Alexand. *conſi* 59. *Viſo inſtrum. numer. octauo & nono, verſic. non obſtat quod adducebatur. libro primo*, pleniſſime Aretin. conſil. octauo, per totum. vide pleniſſime gloſſ. ad ſtatutum Bononiæ ſuper Bulla confirmationis Iulij II. vbi multa hincinde allegat.

6. Statuta Bononiæ confirmarunt ſtatuta Collegij Doctorum, ideo poteſtas, quæ iurauit ſeruare ſtatuta Bononiæ, cenſetur etiam iuraſſe ſeruare ſtatuta Collegij Doctorum, quia confirmatum eſt in confirmante. Signor. Homod. *conſi. ſexageſimoprimo Quæſtio talis. per totum.* vbi pro vtraque parte.

7. Statutum de vocatis ad ius & venientibus, in fin. diſponit, quod actor, ſi interpelletur ad eligendum locum, in quo velit citari, & non eligat, proceſſus eſt nullus. Alexand. *conſilio ſexageſimo quarto. Et ſi. in princip. libro tertio.*

8. Ex ſtatutis Bononiæ, ſub rubr. de inepta actione in omnibus cauſis proceditur ſummarie & de plano. Ita Alex. *conſ.* 70. *In cauſa & lite. in prin. lib.* 7. vbi quod propterea reſponderi debet poſitionibus, etiam ante litem conteſtatam.

9. Inſtantia Bononiæ eſt à 100. ſolidis infra dierum 15. à die porrecti libelli continuorum, à 100. debet cauſa terminari infra 50. dies continuos, & debet currere à die litis conteſtatæ, quia qualitas à die libelli non eſt repetita, & quia contra ius commune eſt, & talis inſtantia ſubrogatur loco inſtantiæ iuris communis, plene Alex. *conſ.* 42. *In cauſa & lite, in prin. lib.* 3. & ibi apoſtil. dat concord.

10. Et de inſtantia tam primæ quam appellationis. vide plene Alexan. *conſi. quinquageſimo nono. libr. quinto*, maxime ſuper facto præcedente conſilium, & qualiter iudex poſſit pronunciare deſerta cauſa, per totum conſilium.

11. Et de ſtatuto Bononiæ, quod inſtantia non poſſit prorogari, niſi bis,

bis, vel per reſcriptum, niſi fuerit de conſenſu partium. late Alex. *conſil.* 64. *circa præſentem*, *lib.* 4. quod eſt Barbatiæ, vbi, quod vltra his poteſt fieri prorogatio per reſcriptum, quando concurrit conſenſus partium, quia pro iudice & reſcripto ſuperioris ſumitur, & dicit in fine, ita practicari in palatio Bononiæ, licet ſtatutum habeat verba dubia.

12. Et quod per Iudicem non poſſit prorogari, neque per ſententiam ſuſpendi ſeu declarari, quod ſuperſint tot dies de conſenſu partium, qui non ſuperſunt, & ſententia lata extra inſtantiam ſit nulla. Alex. *conſ.* 82. *Viſo proceſſu, in pr. lib.* 3.

13. Calculus inſtantiæ de ſtylo Bononiæ fit hoc modo, quia Iudex facit exhibere librum Notarij, in quo notat omnes dies, videl. iuridicos notat, *ver.* feriatos notat *ff.* ita Alexand. *dict. conſi.* 82. *num.* 6. & 7. *verſic. nec obſtat lib.* 3.

14 Statutum qualiter procedat in cauſis ciuilibus reo non comparente, dum concedit quod hypothecaria agens miſſus in poſſeſſionem lucratur fructus, non habet locum pro reo comparente, quia rubrica declarat nigrum. ita Alex. *conſ.* 70. *in cauſa & l te n.* 7. *vſq. in fin. ver. nun. eſt videndum. lib.* 7. vbi non habet aliquam difficultatem.

15. Appellatio interpoſita Bononiæ debet infra 6. dies peti, committi ex prouiſione Cardinalis Legati de fiſco. Roman. *conſilio ſecundo*, *in princip. verſi. ex quo ſequitur.* vbi, quod habet locum etiam in appellatione interpoſita ad Papam.

16. Et Conſtitutio Legati vel decretum ſeu ſtatutum Bononiæ, quod appellatur ſec. ius ciuile gradatim valet, quia iſta ſunt de circumſtantijs appellationis. Io. de An. *conſ.* 51. *In cauſa ill. num. per tot.*

17. Contrarium quod imo non valet conſtitutio Legati Bononiæ, quod non poſſit appellari, niſi ad Legatum, quia aut non excludit Papam, aut non valet. Caſtrenſ. *conſil.* 196. *ſuper primo. in fin. verſic. item reſtat, libro ſecundo.*

18. Imo quod non valeat ſtatutum Bononiæ, quod appelletur gradatim ſec. ius ciuile, ex quo non eſt confirmatum à Papa, ſed ſolum adſint literæ Martini Antianis, quod regerent ciuitatem ſec. laudabilia ſtatuta. Caſtr. *conſ.* 196. *n.* 8. *ver. ſuper vlt. lib.* 3. prout tempore popularis regiminis, in quo appellabatur ad quatuor deputatos.

19. Non deciſus caſus à ſtatuto Bononiæ remittitur ad iuris ciuilis diſpoſitionem. Rom. conſ. 2. in pr. ver. & dicendum videtur, vbi *in fi. ver ad hæc omnia* dicit ea fore per Papam confirmata.

Digitized by Google

20. Statutum Bononiæ circa legitimationem perſonarum, quod ſtetur pronunciæ iudicis, qualiter intelligatur, & quod non habeat locum in falſo procuratore, in præiudicium Domini. Io. de An. *conſ.* 96. vbi Bologn. *in Apoſtill.*

21. StatutumBononiæ circa poſitiones, quod reſponſio habeatur pro non facta, ſi eſt impertinens poſitio, habet locum ſi poſitio poteſt aliquo modo oſtendi talis. Anch. *conſ* 145 *in prin.* quod eſt Franc. Rampo. & Io. de Canetulo.

22. Item dum vult, quod negans poſitionem veram incidat in pœnam 10. librarum, non intelligitur ipſo iure, ſed per ſententiam. Anch. *d. conſi'.* 145. *n.* 2. *in fi.*

23. Item finita cauſa principali pro eo, qui negauit, non poteſt agi ad pœnam. Anch *d. conſ.* 145. *n.* 2.

24. Statutum bollettarum Bononiæ dat iuriſdictionem, quod fugitiuus poſſit capi à iudice bollettarum, & captus non debet relaxari prætextu; quod non bene ſit captus, alias iudex tenetur ad damna parti læſæ. Io. de Anan. *conſil.* 55. *Quia dubia; per totum*, vbi etiam Bolognin. pleniſſime *in apoſtill.*

25. Quod lauda exequi non poſſint pendente reclamatione & recurſu. Alexand. *conſil.* 63. *In cauſa & lite, numer. tertio. verſic. præter a ſtatutum, lib.* 3.

26. Statutum circa compromiſſum in conſanguineos vſque ad quartum gradum eſt fauorabile. Anch. *conſi. centeſimo quinquageſimo nono. Rationes quæ. in prin.*

27. Et non eſt formale quo ad omnia, ſed ſolum quo ad hoc, quod ſit lis inter eos, & quod ſint in quarto gradu. Anch. *d. conſ.* 159. *per tot.* vbi quod executio eſt danda non obſtantib. exceptis ſuper eo, quod omnia quę narrat ſtatutum non interuenerint de electione tertij.

28. Et confeſſio parentelæ ex certa ſcientia, quod ſint in quarto gradu non admittit errorem, neq; probationem in contrarium Anch. *d. conſ.* 159. *nu.* 6. *cum ſeq. verſ. venio ad ſecundum.*

29. Reſtringe, quia huiuſmodi ſtatutum de compromiſſis non habet locum in cauſis mixti imperij, & ſic non habet locum ſi agatur de correctione inſtrumenti, quia iſta expediuntur officio iudicis nobili. Alex. *conſi.* 65 *In cauſa & lite. n* 2. *& ſeq. verſi. & dico lib.* 7. vbi quod compellit, compromittere in arbitrum, non in arbitratorem.

30. Statutum, quod alteri ſtipulari poſſit, operatur, quod nedum poteſt

poteſt ſtipulari,ſed non requiritur ceſſio actionis. Alex. *conſ. 63. ſtantibus.n. 23. & ſeq. ver. poſtremo. libr. 4. vſque in fin.* vbi quod loquens de dote data habet locum in dote promiſſa, quando eſt promiſſor in mora ſoluendi.

31. Quod in cauſis pupillorum procedatur ſummarie, ſola facti veritate in inſpecta, petatur multa, & teſtes non iurati probant, quod ſolemnitas iuris & ſtatutorum non ſeruatur. Rom. *conſ.* 20. *nu.* 3. *ver. ad primum, cum ſeqq. per totum.*

32. Statutum Bononiæ, quod in cauſis pupillorum & viduarum procedatur ſummarie, tollit ordinem iudicij, & non requiritur excuſſio, quæ requireretur. Io. de An. *conſ.* 32. *in fi.*

33. Imo non currit aliqua inſtantia, vt *in d. ſtatuto.*

34. Declara, quia tale ſtatutum non cenſetur intentatum, niſi pupillus expreſſe declarauerit, quia ſic diſponit ſtatutum prædictum. Alex. plene *conſ.* 55. *Quoniam cauſa, per tot. lib.* 5. vbi pro vtraq; parte allegat. & hanc tuetur.

35. Statutum, quod probatio non fiat per teſtes à 50. libris ſupra, vbi eſt inſtrumentum, & in creditore à 100. libris ſupra, eſt ad euitandas falſitates, & eſt odioſum & reſtringendum, ideo non habet locum in eo, qui promiſit facere abſolutionem, quia ſatisfactus eſt. Io. de An. *conſ.* 64. vbi Bologn. extendit multis caſibus.

36. Item aliud ſtatutum, quod à 100. libris ſupra non poſſit fieri probatio per teſtes, quod eſt validum de iure, quia lex ciuilis in multis caſibus hoc admittit, & quod fit per legem, poteſt fieri per ſtatutum, & imo valet pactum, ergo ſtatutum, plene Alex. *conſ.* 50. *in cauſa & lite. in prin. libr.* 5. vbi Apoſtill. *in ver. tenet,* dat concord.

37. Ratio huius ſtatuti eſt, vt tollantur falſitates. Alex. *d. conſ.* 50. *col.* 2. *in prin. lib.* 5.

38. Et habet locum, ſiue libræ vltra 100. petantur in vna partita ſola, ſiue in pluribus partitis & ſolutionibus annorum cumulatis.

Vide plenius. *Statutum circa probationem quando valet vel non.* Concl. 658.

39. Statutum circa conſilium ſapientis vult, quod ſi iudex petito conſilio, & non conceſſo, vel etiam conceſſo, & non expectato conſilio pronunciat, ſententia eſt ipſo iure nulla, & licet ſtatutum excipiat multos caſus, tamen is qui habet regulam ſtatuti pro ſe, habet intentionem fundatã, ita plene Alex. *conſ.* 59. *viſo titulo. n.* 3. *& ſeq.* vbi plene. *lib.* 4.

40. Et circa electionem conſultoris, & quomodo eligatur conſultor,

 & qua-

Digitized by Google

& qualiter dentur ſuſpectui, plene declarat Io. de An. *conſ. 93. nu. 1. ver. circa vero ſec.*

41. Quod comparatio fieri debeat per duos vel tres peritos eligendos, ſed tamen in cauſa pupillorum ſola facti veritate inſpecta, ſufficit, quod ſit facta per vnum electū, etiam ſine iuramento. Ro. *conſ. 20. viſo puncto. per tot.*

42. Feriarum ſtatutum permittit executionem ſententiæ tempore meſſium & vindemiarum, & ſtatutum eſt conforme iuri communi, ergo etiam poteſt dari familia ad capiendam poſſeſſionem ex conuentione. Alex. *conſ. 130. In cauſa. in prin. lib. 4.* vbi quod omnia, quæ reſpiciunt executionem facti poſſunt fieri, prout executio pro cautione de non offendendo, pro ſuſpecto capiendo, & ſimilib. vbi plene de intelligentia d. ſtatuti, quem videas.

43. Conſtitutio eſt Bononiæ, quod illi de Comitatu, qui continuo habitarunt in ciuitate Bononiæ per 10. ann. ſint exempti ab oneribus Comitatus, ideo originarius de Caſtro S. Petri, qui ſtetit per 10. ann. efficitur exemptus, etiamſi ſingulo anno iuit tempore meſſium & vindemiarum ad Caſtrum pro faciendis recollectis. Io. de Imol. *conſ. 9. in fi.* ſequitur Alciat. *de præſumt. reg. 3 præſum. 22. in fi.*

44. Extende, quia conſtitutio habet locum, etiamſi medio tempore caſtrum S. Petri fuerit ſub iuriſdictione aliena, & occupatum, quia ſufficit, quod à principio decennii, & in fine fuerit de iuriſdictione Bononiæ. Io. de Imola *d. conſ. 10 per tot.*

45. Statutum artis lanæ, quod non poſſint pignorari petiæ pannorum lanæ, ſine licentia Rectoris artis per apocham in ſcriptis, non habet locum, ſi conſtat de licentia data ſcripta in libro notarii artis, quia apocha potuit perdi, & leuis ſolemnitas per æquipollens impletur. Ioan. de Imol. *conſ. 4. per tot.* vbi quod non obſtat aſſertio contraria eius, qui pignorauit, quod non habuit licentiam, quia conſtat de contrario ex libro notarii, cui ſtandum eſt.

46. Statutum de rogationib. Notariorum mortuorum, &c. ſuper quo Alex *conſ. 14. viſis & conſideratis. lib. 6.* vbi quod teſtamentum habens teſtes & actum, &c cenſetur perfectum, & poteſt leuari in publicum, etiamſi habeat apoſtillas, & aliqua legata cancellata, quia quoad non cancellata poteſt leuari, vbi plene quando poſſit vel non releuari, vide eum.

47. Statutum de errorib. Notariorum ſi prohibeat poſſe corrigi errorem Notarii, niſi de eo prius conſtet. qualiter conſtare dicatur, vt ſit facienda correctio. Alex. *conſ. 88. In cauſa. lib. 4. per tot.* & quando ſuperior poteſt prouidere, & de quo ſuperiore intelligatur.

48 Sta-

48. Statutum de officio Notariorum ad cauſas ciuiles diſponens, quod acta in Camera actorum portentur, & fidem faciant, non operatur quod ſententia lata cum falſo procuratore ſit valida. Io. de An. conſ. 104. Viſis & ponderatis, max. quando conſtat ex proceſſu de non mandato.

49. Statutum, quod locatio cenſeatur renouata lapſo tempore non ligat Eccleſias, etiamſi ſit confirmatum à Papa, quia eſt contra libertatem Eccleſiæ. Alex. *conſ. 17. n. 13 & ſeq. ver nec etiam obſtat, lib. 4.*

50. Et intelligitur de prima renouatione tantum, non deinceps, vt tollatur infinitas. Alex. plene *conſ. 16. Breuiter. lib. 4.* vbi quod eſt contra ius. & ſequuntur Soc. *conſ. 89 lib. 1.* Decius. *conſ. 512. n. 6.*

51. Quod laboratores & mezadri teneantur laborare terras cum rotataturis, operatur quod probatio incumbit laboratori, quod bene laborauerit. Alex. *conſ. 129. Puto. vbi n. 2.* dicit communem, *lib. 2.* & iterum *conſ. 79. lib. 4.*

52. Contrarium apoſtilla ad Alex. *d. conſ. 129. in ver. onus*, quia dicit, qđ ex quo colonus dicit, quod laborauit, & dominus replicat, quod non bene laborauit, onus probandi incumbit domino, *lib. 2.*

53. Statutum, quod laborator non poſſit relinquere laborerium, & quod recipiens cum teneatur pro eo verſus primum dominum, eſt odioſum, & contra æquitatem, vt vnus pro alio teneatur, idemque intelligitur, quatenus recipiens ſciret eſſe debitorem vel laboratorem alterius, nec teneatur ſe informare. Ioan. de An. *conſilio 72. per totum.* vbi Bolognin. *in apoſtill.*

54. Teſtator poteſt prohibere, quod vſufructuarius non teneatur præſtare fideiuſſionem de vtendo & reſtituendo, quia ſtatutum ſub rubrica, quod nullus intret poſſeſſionem, &c. hoc diſponit, de quo Alex. *conſ. 120. Quia oppo. tunc, in fi. lib. 6.* vbi quod eſt validum.

55. Succeſſio ſec. ſtatuta Bononiæ defertur agnatis vſq; ad quartũ gradum incluſiue, vt ſuccedant in proprietate excluſa matre, quæ ſolum ſuccedat in vſufructu. Ang. *conſ. 252. Statuto Bononienſi*, vbi quod nihil diſponit de ſorore vterina, quæ excluderet patruum de iure comuni, & ideo ſtante patruo, matre & ſorore vterina, qui ſuccedat; nam patruus excludit matrem ex ſtatuto, mater ſororem vterinam de iure communi; ſoror patruũ, & concludit, quod patruus ſuccedat in proprietate, mater in vſufructu, excluſa ſorore, quæ licet excludat patruum, non tamen ex eodem iure. Ideo regula: ſi vinco vincentem te, non procedit, quando prouenit ex diuerſo iure, idem per omnia conſuluit Anchar. *conſilio 334. Deceſſit quidam,*

cara-

Digitized by Google

ea ratione,quia patruus vel patruelis excludit matrem ad ſui commodum, non ad commodum ſororis,& ideo intrat in locum ſuum.

56. Vide Anchar.*conſilio* 407.*num*.2. vbi aliter dicit, quod imo fiat diuiſio ſec. ſtatutum inter ſororem & patruum, & auia conſequatur à ſorore, quod de iure communi debet, & à patruo vſumfructum: nihil allegat, vide eum.

57. Et circa hoc ſtatutum reſtringens ſucceſſionem matris ad ſolum vſumfructum, vt cenſeatur etiam reſtringere legitimam ad tertiam vſusfructus,etiā ex teſtamento. Anch.*conſ*.421 *Præmittendum. per tot.* vbi quod ſubrogatio vſusfructus debet ſapere naturam eius,in cuius locum ſubrogatur, vt ſicuti legitima eſt tertia proprietatis,ita ſit tertia vſusfructus.

58. Et ſtatutum vocat ad ſucceſſionem filios & liberos maſculos, & mandat filias dotatas eſſe contentas,& nihil petere poſſe,& tale ſtatutum, etiamſi filius maſculus renunciauit cum iuramento ſucceſſioni patris,quia habuit legitimam, vel partem, vocat filios talis renunciantis excluſi, etiam viuentis ad ſucceſſionem aui excluſi, dotata amita, quia vigore legis veniunt ex propria perſona, non ex perſona filij eorum patris. Angel. Aretin.*conſilio* 33.*Videtur dicendum, per tot.* vbi plura dubia ſuper hoc ſtatuto examinat, quando habeat locum extra tera territorium, quoad mobilia.

59. Vide plene Alex.*conſil*.55.*Viſo d.themate,*vbi quod agnatus in quarto gradu excludit fratrem vterinum, quia ſtatutum vult, quod agnatus in quarto gradu præferatur cognatis etiam maſculis, etiam tranſlatis in ius agnationis, lib. 6. quia iſti tranſlati in ius agnationis per ius commune non proprie ſunt agnati, vbi extendit, quod ſicuti filius excludit ſororem,ita nepos excludit neptem, propter conſeruationem præſumptam agnationis.

60. Et de eodem ſtatuto,de ſucceſs.ab inteſtato.§.agnati, quod ſuccedat patruus in bonis quæ fuerunt auiæ vel matris, quando filius ſemel adiuit hæreditatem,quia bona ſunt effecta adeuntis, & amplius non deſiderantur, quod fuerint materna vel auita, quia per aditionem deſinunt eſſe talia. Alex *conſ*.198.*Perſpectis,n*.3.*& ſeq.per tot.ver.circa ſecundum. lib. 6.* vbi pro vtraq; opinione allegat, & hanc tuetur.

Vide *Bona quando paterna, materna, vel fraterna.* Concluſ. 108.

61. Exemptionem perpetuam conceſſit Ciuitas Bononiæ venientibus ad habitandum pro exercitio lanę in d.ciuitate. Ang.*conſ*.236.vbi conſuluit pro duobus Mantuanis de Omnibenis, qui venerunt ad habitandum.

62.Sta-

Digitized by Google

62. Statutum de tutelis eſt, quod ſi mater eſt moroſa in ſuſcipienda tutela infra 4. menſes, & alius ſolemniter detur poſtea, ipſa excludatur, alias ſi non eſt in mora præferatur, ſi modo contingit, quod auia materna ſuſcipiat tutelam infra 4. menſes, & poſt 4. menſes agnatus, qui præfertur in ſucceſſione, ſuſcipiat tutelam, quo ad bona extra Bononiam exiſtentia, & inter ſe contendant. Alexand. *conſil.* 109. *Viſo ſtatuto*, dicit, quod auia materna præfertur, & non habetur ratio ſucceſſionis, quia tutela irregulariter eſt, & non ſubiacet regulis communibus, prout aliæ tutelæ.

63. Officiales Communis Bononiæ finito officio ſui primi temporis, non poſſunt habere prorogationem ſec. ſtatuta & reformationes. Angel. *conſ.* 280. *ſtatutum eſt artis.*

64. Reſtringe, quia non procedit in officiali artis lanæ, quia habet ars propria ſtatuta permiſſiua. Angel. *conſ.* 280. *per tot.*

65. Statutum de extractione officior. Bononiæ operatur, quod vno extracto inducit vacationem patris & fratrum, ac filiorum. Alex. *conſil.* 48. *ſuper extractione lib.* 1. vbi multa, & de ratione huius ſtatuti.

66. Statutum de emendatione damnorum datorum, quorum illatores ignorantur, ſuper quo Caſtr. 156. *Statutum, lib.* 1. conſuluit, loquitur quando damnum datur per † robariam, & illicito modo, non autem ſi alias iuſte, vel per modum iuſtitiæ: ſecundo loquitur, quando damnum poteſt reparari per diligentiam, non per furtum occultum: tertio prouidet damnum paſſis in ſubſidium, quando ignoratur, quis dederit damnum, ſecus ſi ſciatur: quarto communitas ſuccedit in locum damni dantis, quando ignoratur delinquens, vt releuet particulares: quinto non habet locum, quando alius, puta hoſpes pro furto commiſſo condemnetur, & ſoluat etiam, ſi habeat iura ceſſa à damnum paſſo, cui ſoluit, quia ſi iuſte condemnatus eſt, res clara eſt, ſi iniuſte, debuit appellare, vel in ſyndicatu quærelare, vt eſt caſus *d. conſ.* 156. *libr.* 1. vbi, quod non iuuat foreneſes.

67. Et huiuſmodi ſtatutum habet locum, quando penitus ignoratur is qui damnum fecit, vel robariam, ſecus ſi ſcitur etiamſi in genere, quod homines talis loci, licet non in ſpecie. Alexand. *conſ.* 114. *In cauſa. in princ. libr.* 4. vbi, quod qualitas illa, quod ignoretur, à quibus debet probari. *num.* 2. & quod, licet ſtari debeat relationi, tamen intelligitur, niſi iuſta cauſa concurrat in contrarium, *num.* 3. *& per tot.* vbi plura dicit & maxime, *numer.* 11. ait non habere locum, quando communitas obſidetur

vel habet guerram, vel aliis occupata eſt maioribus, ne addatur afflictio afflicto.

Vide plenius. *Statutum, quod caſtrum vel villa teneatur emendare damnum.* concluſio. 500.

68. Statutum circa dotes diſponit, quod omnia bona ſtabilia mulieris præſumantur data in dotem viro, & habent locum in præteritis, præſentibus & futuris, niſi contrarium appareat per publica inſtrum. dotalia. Angel. *conſ.* 325. *Statuto Communis Bononiæ*, vbi quod eſt exorbitans, & contra ius commune, ideo non habet locum in bonis peruentis vxori poſt matrimonium contractum, max. quando vxor illa pro ſe retinuit, & idem Flor. de S. Petro. *q.* 1. *Mulier. in* 1. *dubio.*

69. Non tamen habet locum in muliere minore, quia ſine ſolemnitate non dotat ſe. Petr. Anchar. *conſ.* 94.

70. Et huiuſmodi ſtatutum de dotibus reſtituendis. §. præterea ſtatuimus, diſponens, quod fructus paraphernalium bonorum lucrentur per maritum, ſi expreſſe mulier non contradixit, valet. Alex. *conſ.* 47, *n.* 13. *reſ. decimo & vltim. lib.* 1. vbi quod poteſt ſtatutum ex cauſa auferre ius tertii. Petr. Anchar. *conſ.* 94. *nu.* 2. *& ſeq.*

71. Imo tale ſtatutum de paraphernalibus habet locum in dotalibus quoad lucrum fructuum à maiori ratione Anchar. *d. conſ.* 94. *Iſta Domina Ioanna, nu.* 3. *& ſeq.*

72. Statutum *de dotib. reſtit.* diſponens, quod mulier teneatur relinquere tertiam partem dotis & eius augmenti, & aliorum bonorum fratri, non exſtantibus aſcendentibus, neq; liberis, habet locum, etiamſi mulier minus reliquit, & iuſſit fratrem tacitum eſſe Alex. *conſ.* 55, *Conſideratis verbis, in prin. lib.* 1.

73. Et compræhendit tam fratres maſculos quam ſorores, quia licet ſit ſtatutum odioſum contra ius commune, tamen ſtatuentes alibi loquuti de fratribus maribus declarant, quod venit Soror, plene. Alex. *conſ.* 85. *Animaduerſis, per tot. lib.* 4. vbi tollit contraria.

74. Contrarium infra, *verſ. a io, nu.* 78.

75. Imo frater & agnatus reuocat vigore ſtatuti donata in fraudem, ſuæ tertæ, non ex remedio inofficioſo, ſed quia in fraudem fuit facta donatio. Alexand. *d. conſ.* 55. *in princ. lib.* 1. quia alias eſſet aperta via fraudibus.

76. Statutum *de dotibus reſtit.* §. *inſuper etiam ſta[illegible]imus*; & ſtatutum *de [illegible] ſucceſſione*, videntur contraria, primum, quod nepotes ex filia succedentes

Digitized by Google

dentes auo non imputant dotem matris in legitimam, neq; dotem nepti ex filia datam mortua nepte imputat filia mater neptis in legitimam, ſecundum autem ſtatutum, quod dos data filiæ imputetur in legitimam, ſed non ſunt contraria, pleniſſime Alex. *conſ.*117. *viſo titulo.per tot.lib.6.* vbi tollit contraria.

77. Et etiam donatio reuocatur quatenus eſſet propter merita, niſi probentur, item reuocatur alienatio, quatenus viliori pretio fuerit facta, & pro ea parte, quæ ſine pretio eſt alienata, pro alia vero parte dubitat Alex. niſi quatenus in fraudem probaretur. Alex. *d. conſ.* 55 *per tot.* vbi ponit practicam.lib.1.

78. Ratio huius ſtatuti eſt, vt bona conſeruentur in agnatione, & habet locum etiam in vidua. Alexand. *d.conſ.* 55. *Circa fin. lib.* 1. & plenius *conſil.* 101. *Super eo. libr.* 3. num. 14. quod fratres vocat propter agnationem.

79. Statutum Bononiæ *de dotibus reſtit.* §. *prouidentes*, per quod prohibetur omnis contractus, etiam cum iuramento factus, de vltimis bonis mariti in præiudicium dotis reſtituendæ, reſpicit fauorem dotium, non fauorem mulierum, ideo ſi mulier alienauit cum iuramento aſſerendo bona ſua, non poteſt venire ex d. ſtatuto, quia non tollit iuramentum, ex quo non eſt confirmatum ex certa ſcientia Papæ. Alex. *conſ.* 59. *Viſo inſtrum. nu.*8. *& ſeq.* & maxime *nu.*11. *vſque ad fin. lib.* 1. Super quo etiam conſuluit idem Aret. conſ. 8. per tot.

80. Reſtringe, quia quatenus iure ſpeciali reuocetur alienatio mulieris ex d. ſtatuto, non tamen reuocatur fideiuſſio pro muliere, occaſione prædicta. Alex. *d. conſ.* 59. *nu.*11.*lib.*1.

81. Ad declarationem huius ſtatuti *de lucro dotis*, an ſcil. habeat locum, ſtantibus filiis mulieris ex primo matrimonio, confert ſtatutum antiquum, de quo Anton. de de Butr. *conſ. vlt.* vbi inſerit ſtatutum antiquum.

82. Et quod maritus lucretur medietatem dotis ex iſto ſtatuto. Alex. *conſ.*100. *Ex inſpectione lib.* 3. vbi, quod ſi Florentinus contraxit domicilium Bononiæ, etiam quod in Florentia contrahat matrimonium, vbi tota dos lucratur, tamen debet attendi ſtatutum domicilii, etiamſi vxor Florentiæ ſit mortua.

83. Statutum de lucro dotis datæ vel confeſſatæ habet locum in dotē promiſſa, quando promittens eſt in mora ſoluendi. Alex. plene *conſ.* 63. *Stantibus.nu.*24. *& ſeq. ver. comprobatur ex diſpoſitione, lib.* 4.

Digitized by Google

84. Compromitti non poteſt in Vicarium Poteſtatis, quod ſtatutum habet tam in compromiſſo ſuper litibus ortis, quam quæ oriri poſſent, & ſic in pretio venditionis declarando. Caſtr. 268. *In facto illorum. n. 1. ver. ſuper quo breuiter. lib.* 1.

85. Statuta antiqua Bononiæ circa teſtamenta in ſcriptis dabant neceſſitatem, quod ſigilla deberent tradi apud ſacriſtiam alicuius monaſterii, per procuratorem conſtitutum ad hoc, quæ ſolemnitas ſi omittatur annullat teſtamentum. Signorol. conſ. 87. factum ſic præſumitur, per tot. vbi etiam de ſtatutis nouis ibi differit.

86. Eadem ſtatuta antiqua diſponebant, quod in alienatione minoris quatuor teſtes interuenire debeant, quorum vnus ſit agnatus, ideo ſi interuenit ſpurius, vel etiam aliquis legitimatus, qui non eſt agnatus vere tranſuerſalis, & non eſt ſtatuto ſatisfactum. Signor. *conſ.* 87. *num. 9. ver. hinc reſpondet*, vbi, quod ille teſtis agnatus debet iurare contractum non eſſe in præiudicium minoris aſſertiue, non per credulitatem.

87. Statutum prohibens minorem poſſe ſtabilia alienare ſine ſolemnitatibus habet locum etiam in conſtitutione dotis. Petr. Anchar. *conſ.* 94. *Iſta Domina Ioanna.*

88. Et de ſtatuto circa ſolemnitates minorum, vt impubes non poſſit ſine authoritate tutoris, pubes non poſſit ſine curatore, & cum decreto doctoris & aliis ſolemnitatibus Alex. *conſ.* 15. *Attentis. nu.* 3. *lib.* 7.

89. Statutum, quod idem ius reddatur, &c. operatur quod forenſis, qui vult ſibi ius reddi & frui beneficio ſtatuti debet docere, quod in patria ſua ſimile ſtatutum exiſtat, alias ſuccumbit. Caſtrenſ. *conſ.* 156. *in fin. libr.* 1.

Vide. *Quod quiſq; iuris in alium ſtatuerit.* Concluſ. 49.

90. Statutum ſuper inſinuatione & regiſtratione inſtrumentorum & teſtamentor. declaratur per Alex. *conſ.* 141. *Viſo teſtam. per tot. lib.* 2. ꝙ dum admittit quandocunque regiſtrari poſſe, intelligitur quoad teſtamenta & inſtrumenta in tempore præſentata, ſed non ſubſcripta & auſcultata, & expedita, alias ſi de omnibus intelligeretur eſſet eluſorium ſtatutum.

91. Et de iſto ſtatuto Bononiæ de regiſtrandis, &c. quod ſit ad tollendas fraudes, & non habeat locum contra Eccleſiam & piam cauſam, late Alex. *conſ.* 209. *Statutis accurate, per tot. in princ. lib.* 2. vbi ponit plurima exempla & autoritates.

92. Statutum circa emancipationes notificandas ſufficit, quod à quocunque notificentur, etiamſi notificans non habet mandatum, quia præſumi-

ſumitur ex ſcientia & patientia emancipati, Caſtrenſ. *conſ.* 84. *in fin. libr.* 1.

93. Statutum D D. haueris Bononiæ, quod cuſtos carceris teneatur pro debitore carcerato de mandato officialis Bonon. aufugiente, habet locum etiamſi carceratus debitor ſit Epiſcopi Bonon. etiamſi iniuſte detentus ſit. Anchar. *conſ.* 340. & 341.

94. Statutum quod tertius comparens & allegans habere priora iura, impediat executionem, eſt conforme iuri, & nullam habet difficultatem. Alex. *conſ.* 45. *In cauſa & lite lib.* 5. *in princ.*

95. De ſtatuto, quod cauſa appellationis ab interlocutoria terminari debeat infra 15. dies loquitur Anchar. *conſ.* 342 243.

96. Statutum, quod petens executionem contra debitorem habeat expreſſam hypothecam in bonis debitoris, quę poſſidet tempore petitæ exequutionis, requirit probationem, quod poſſideret eo tempore rem, quæ prætenditur hypothecata. Alex. *conſ* 45. *in fin. lib.* 5.

97. Statutum de tranſmiſſione hæreditatis ad quoſcunque intelligitur de delata, & per omnia habet locum in extraneo, prout de iure communi tranſmittitur à ſuis & in ſuos. Anchar. *conſ.* 354. *Quidam Antonius, per tot.* vbi, quod etiam delata dicitur ſub conditione, quando conditio nondum effectuata poterat ſciri, prout euenit, & idem tenet Anton. de Butr. *conſ.* 78. *prope fin.* vbi, quod procedat in ſuo, & extraneo probat, quia ſimul loquitur de mixtione, quæ non conuenit ſuo.

98. Et procedit etiam in infante decedente, quia tranſmittit ad matrem & alios. Io. de Ana. *conſ.* 73. *in* 2. *dubio.*

99. Et idem eſt in legato non agnito, quia tranſmittitur. Ioan. de An. *conſ.* 75. circa fin.

100. Statutum de rebus communibus, quod non poſſint alienari, niſi requiſito conſorte coniuncto, habet locum etiamſi alienatio fiat habenti partem, qui non eſt coniunctus, quia inter plures conſortes præfertur coniunctus. Anchar. *conſ.* 370. *Ante omnia, & conſ.* 371. quod eſt Floriani de S. Petro.

101. Extende, quia habet locum etiamſi ſola pars muri ſit communis, & alienatio facta de parte in fraudem (& ſic in pluribus vicibus, vt euitetur communio) non præiudicat. Anchar. *conſ.* 160. *Præſumitur.*

Digitized by Google

BONONIÆ STATVTA CRIminalia.

1. STATVTVM, quod Poteſtas Bononiæ teneatur pro delicto & debito ſuæ familiæ intelligitur ante factas cridas, poſt cridas intelligitur ſec. ius commune, quia caſus eſt omiſſus, vt teneatur pro delictis & commiſſis in officio, non extra officium, & in omnem vſum tenetur ſolum ciuiliter, & tenetur donec exhibeat. Rom. plene *conſ.* 11. vbi Apoſtilla *& conſ.* 15. vbi Apoſtilla, & ponit plura dubia, quæ videas.

2. Statutum Bononiæ *de pœna vendentis*. §. præterea, quod locatio cenſeatur renouata, niſi per tres menſes ſit proteſtatum, & cenſeatur cum eiſdem pactis, an habeat locum in locatione cum pacto retrouenien di.

Vide, *Locatio quando renouata cenſeatur, Concluſ.* 421.

3. Criminalia ſtatuta circa monetas, quod quicunq; falſum in moneta ſeu circa monetam quomodocunque commiſerit, vel committi fecerit, vel ſciens eam falſam expenderit, igne crèmetur, niſi videatur d. Poteſtati pœna mitiganda in expendente ratione modicitatis pecuniæ, vel ex alia cauſa, ſuper quo Alex. *conſ.* 121. *Viſo proceſſu, nu.* 4. *& per tot. verſ. ſi autem attendamus libr.* 7. vbi quod armiger, qui expendit quaternos falſos non poteſt puniri pœna mortis, quia modica eſt ſumma pro vno ſcuto. Item quia in moneta minuta, item quia arbitraria pœna non debet eſſe mortis, niſi de iure vel conſuetudine, aliter eſſet ſtatutum, & de hoc ſtatuto Bononiæ Menoch. *conſ.* 316. *num.* 21.

4. Statutum quod Comitatinus vulneratus ciuem cum ſanguine habet locum, ſiue vulnus ſit minimum, ſiue non, quia non diſtinguitur. Alexand. *conſil.* 100. *Viſa inquiſitione numer.* 7. *vſque in fin. verſ. nec obſtat. libr.* 6.

5. Statutum, quod Comitatinus vulernatus ciuem non audiatur, neque defenſio eius recipiatur, niſi ſe conſtituat in carceribus, habet locum ſiue vulnus ſit paruum ſiue magnum. Alexand. *conſil.* 109. *viſa inquiſitione libr.* 6. vbi, quod ſatis qualitas Comitatini exprimitur, ſi dicitur talis de tali loco Comitatus Bononiæ, & *nu.* 7. *ver. nec obſtat*, dicit: quod probatio pro contumace facto non attenditur.

6. Statutum Bononiæ *de pœna vendentis rem alienam. §. præterea ſtatuimus*, quod locatio finita cenſeatur renouata, cum eiuſdem pactis, non habet locum in locatione facta cum pacto redimendi. Ioann. de Imol. *conſil.* 36. *in princ.* Bero. *conſil.* 153. *numer.* 18. *& 19. libr.* 1. Cagnol. *in l.* 2. C. de

C. de pactis inter emptor, & vendit numer. 188. Alexand. conſil, 76. Viſis dubitationibus, col, 2, lib. 5.

7. Contrarium Alex, conſil, 27. Ponderatis verbis lib. 4.

8. Statutum quod pro homicidio non ſuccedat homicida patri, tollens ſucceſſionem, tollit etiam conuiſcationem bonorum, ſed non habet locum in patricida, quia licet ſit homicida, grauius tamen eſt, & magis punibile. Ioann. de An, conſ. 63. vbi Bologn. in Apoſtill.

9. Statutum quod pax habita ab hærede offenſi ſufficiat ad liberandum bannitum habet locum, ſi habeatur à ſpurio, ſi ad eum per mediatam perſonam hæreditas peruenit, puta mortuo offenſo ſucceſſit legitimus filius, mortuo filio ſucceſſit auia mater offenſi, quia mortua ex teſtamento ſucceſſit ſpurius offenſi, quia hæres hęredis teſtatoris eſt hæres. Ioann. de Imol, conſ. 71.

10. Quod detineri non poſſit inquiſitus, vel confeſſus, niſi poſſit perſonaliter puniri, procedit, quia detineri poteſt is, qui in ſubſidium poteſt puniri, ſi non ſoluat, quia ſi vult fideiubere, debet relaxari. Ioann. de An. conſ. 21. per tot. vbi Bologn.

11. Statutum de pœna facientis quar in mentum, andatam ſeu caualcatam qualiter intelligatur plene. Alexand. conſ. vlt. Viſo proceſſu. libr. 2. vbi quod per andatam, vel caualcatam intelligitur adunatio 10. hominum, & ſupra, & quod qualitas debet probari, quod fuerit facta adunantia ad malum & quod adſit is, qui congregauit, alias inquiſitus debet abſolui.

12. Contumax habetur pro confeſſo, ſecundum ſtatutum Bononiæ, quæ confeſſio non probat delictum, neque aliud operatur, niſi quod poteſt condemnari. Angel. conſil. 373. Viſis inſtrument, in fin. num. 7. ver. item nec conſtat.

13. Statutum Bononiæ, quod contumax habeatur pro confeſſo, non habet locum, quando contumacia fuit procurata ab accuſatore, item non habet locum quoad qualitatem alterantem delictum, item non habet locum quoad parti pœnam applicandam, item non habet locum, vbi ſtatutum requirit veram probationem delicti, plene Anchar. conſ. 408. probata tanti viri.

14. Quod banniti poſſint impune offendi non habet locum in interfectore banniti in contumaciam, quando interfector procurauit contumaciam. Anchar. d. conſ. 408. in princ.

15. Exſtat

15. Exſtat ſtatutum Bononiæ quod banniti poſſunt impune offendi, & adimit bona, ſuper quo Anchar. *conſ.* 275. *Filio ſuo*, vbi, quod non tollit ſtatutum iura gentium & ſic ſuitatem nec nomen hæredis.

16. Quod mulier non poſſit priuari dote ob adulterium, niſi fuerit cognita, requirit veram probationem, nec ſufficit ficta per contumaciam. Anchar. *d. conſ.* 408. *nu.* 3.

17. Statutum *de priuato carcere* reſtringitur per gerundium *tenendo occulte*, quatenus vero loquitur de eo, qui palam detinet, reſtringitur, dummodo principaliter libidinis cauſa, ſecus ſi ſecundario detineat. Vide plene Alexand. *d. conſil.* 1. *numer.* 21. *& ſeq. vſque in fin. verſ. poſtremo libr.* 3.

18. Et quatenus etiam punit eum, qui palam adduxit filiamfam. & detinet publice libidinis cauſa, non habet locum in eo, qui clandeſtine & de nocte adduxit, & palam detinet, quia caſus eſt omiſſus. Alexand. *d. conſil. num.* 1. *num.* 25. *verſ. denique libr.* 3. vbi, *num.* 26. *& ſeq.* vbi etiam dicit, quod d. ſtatutum non habet locum, quando in conſequentiam libidinis cauſa quis detineret, vt quia in vxorem duxiſſet, quia debet intelligi, quando principaliter ex libidine detinet, & multa ſimilia adducit.

19. Statutum ſub rubrica *de pœna aliquam perſonam deſponſantis*, &c. punit pœna mortis ſubducentem & extrahentem mulierem inuitam de domo ſua, vel aſcendentis, ſine voluntate d. aſcendentis, ſi vero mulier erit volens, punitur pœna 1000. librar. ſuper quo Alexand. *conſil.* 1. *num.* 14. *& ſeq. verſ. poſito autem libr.* 3. vbi, quod ſi confeſſio rei eſt, quod ſubduxit volentem mulierem, & maxime ipſa hoc confitente debet probari, quod inuita fuit extracta, & locus eſt pœnæ 1000. librar. tantum.

20. Quia d. ſtatutum punit pœna mortis deſponſantem inuitam, ſed ſufficit confeſſio mulieris, quod non inuita fuerit deſponſata. Alexand. *d. conſ.* 1. *nu.* 19. *ver. non obſtat etiam. lib.* 3.

21. Statutum ſub ead. rubr. *de pœna aliquam perſonam deſponſantis*, &c. punit eum, qui ſine conſenſu patris contraxit matrimonium cum filia in pœnam dotis, quæ applicatur patri, niſi filia eſſet maior 20. ann. quod ſtatutum non valet tanquam impeditiuum libertatis matrimonii; ſec. magis communem opinionem, de qua Alexand. *d.* 1. *nu.* 9. *& ſeq. max. n.* 21. *libr.* 3.

22. Statutum Bononiæ *de pœna cuſtodum carcerum, in ver. carcerati vero fugientes*, &c. inducens, quod fugiens ex carcere habeatur pro confeſſo

feſſo de crimine, pro quo detinebatur, & quod ponatur in banno, non habet locum in eo, qui ex iuſta cauſa aufugit, prout ſi erat indebite carceratus, vel fuit indebite tortus ſine inditiis, quia impune poteſt aufugere, & iudici de facto reſiſtere, plene Alexand. *conſil.*144. *Poſt reditum, per tot. lib.* 2.

23. Statutum *de pœna petentis exequationem ſententia, à qua fuit appellatum*, vt condemnetur in libris 25. non habet locum ſi appellatio tranſiuit deſerta, vel fuit fruſtratorie interpoſita. Alex. *d. conſ.* 59. *Viſo tit. num.* 6. *& ſeq. ver. iu ſic præſuppoſitis. lib.* 4.

24. Imo etiam ſi appellatio eſſet bona, non habet locum pœna, ſi non perſeuerauit vſque in finem, ſed deſtitit in cauſa appellationis. Alexand. *d. conſ.* 59. *in fin. lib.* 4.

25. Statutum ſeu conſtitutio contra homicidas, quod non audiantur neque defendantur, niſi ſe conſtituant in carceribus, operatur, vt non audiatur aliquis pro eo, etiam pater vel alii, & d. ſtatuti tenor præcedit conſilium Alexand. 65. *libr.* 4. quod eſt Vincentii Palæotti, qui conſuluit, quod talis conſtitutio non habeat locum in mandante fieri homicidium, & licet alleget pleniſſ. pro vtraque parte, tamen hanc tuetur, quia loquitur in perſonam, ſi quis occiderit, ſecus ſi in rem loqueretur, prout ſi diceret pro homicidio vel homicida puniatur, quia etiam mandans continetur.

26. Statutum *de pœna vulnerantis* prohibet iudicibus ne poſſint imponere maiorem pœnam, quam ſit per ſtatuta decifum, ideo priuantur omni potentia, & ſi aliter faciunt, ſententia eſt nulla. Alex. *conſ.* 77. *Viſis dationib. in princ. lib.* 3.

27. Item quod banniti poſſint impune offendi, ſuper quo Alex. *d. conſ.* 77. *in princ. & per totum, lib.* 3.

28. Item quod bannitum non poſſit perpetuo caſſari vel annullari, quia non habet locum in banno nullo, ſed loquitur de valido, quia nullum caſſari non poteſt, & intelligitur de caſſatione via iudiciali, non autem per viam ſupplicationis. Alex. *conſ.* 77. *num.* 17. *& ſeq. ver. penult. non obſtat. in uncto nu.* 21. *ver & per hoc patet. lib.* 3.

29. Conſtitutio Domini Ioannis de Amelia tollit omnes nullitates & exceptiones contra ſententias latas contra bannitos, vt non audiantur vllo prætextu, quæ conſtitutio non cenſetur tollere nullitates inductas à ſtatuto Bononiæ, item non ligat iudicem; ſed partem, ideo ſi iudex videt iniquam condemnationem poteſt non curare, maxime quando agi-

tur de publ. vtilitate. Item non tollit nullitates apparentes ex proceſſu, vel ex ſententia, vel quæ ſit notoria. Alexand. *d. conſil.* 77. *num.* 19. *verſ. Poſtremo. vſque in fin. lib.* 3.

30. Statutum ſub rubr. *de tondolo, & tormento* diſponit, quod nemo poſſit torqueri, niſi præcedentitus legitimis indiciis, quæ recipiantur in actis per notarium forenſ. & debeat prius dari copia reo, ſi eam petat, ideo ſi non ſeruatur forma ſtatuti, tortura & confeſſio eſt nulla Alex. *conſ.* 1. *Viſo proceſſu. in princ. ver. quia ad hoc. lib.* 3.

31. Extende, quia huiuſmodi ſtatutum ligat etiam vexilliferum, & Antianos. Alex. *d. conſil.* 1. *num.* 6. *vers. nec prædictis obſtat. lib.* 3.

32. Statutum *de confeſſionibus reorum* dat formam, qualiter ſcribi debeant, & ſi non ſeruatur forma ſtatuti, confeſſio etiam perſeuerata, & ratificata in tormentis habita, eſt nulla. Alex. *d. conſ.* 1. *in princ. lib.* 3.

MEMBRVM LXXIX.

PERVSINA CIVITAS, FACTA, STATVTA, conſuetudines, & Priuilegia eius.

1. PERVSINA Ciuitas olim fuit libera, & viuebat populariter, ſed fuit primo ſubiugata à rege Ladislao, ſucceſſiue à Brachio de Montone, & vltimum deuenit in dominium Eccleſiæ. Abbas *conſil.* 61. *Videtur primo, libr.* 2. vbi in facto, quod ibi præmittitur, hæc narrantur.

2. Ciuitas Peruſii conſenſit. dum eſſet libera, Senenſibus, vt eſſent exempti à gabellis omnibus, & haberentur pro ciuibus Peruſinis, quatenus ſimilem exemptionem Senenſes concederent Peruſinis prout factum fuit, ſed poſtquam Peruſini venerunt ſub iuriſdictione, non fuit ſeruatum priuilegium Senenſibus, & Senenſes non ſeruarunt Peruſinis, Abb. *conſ.* 61. *Videtur primo, lib.* 2. *per tot.* vbi conſuluit pro Senenſibus, vt non teneantur ad obſeruantiam, ex quo Peruſini non poſſunt ipſi ſeruare Senenſibus, propter ſubiectionem.

3. Guerram fecerunt Peruſini cum Eccleſia Romana tempore Baldi, vt ipſe atteſtatur in ſuo *conſ.* 243. *Quidam nobilis, nu.* 2. *in fin. lib.* 1.

4. Miſerunt Piſani ad Carolum Imper. quartum pro ambaſciatoribus.

Barr.

Bart. & Theum de Michilettis, vt Angel. *conſ.* 319. *in fin.* vbi ponit cognomen Bartoli de Legeriis, & idem affirmat Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in ver. Regis*, vbi ponit priuilegia quædam obtenta ſuper abſolutione à læſa maieſtate ſub Bulla aurea.

5. Obſeſſa fuit ciuitas à peſtifera ſocietate Alba, inquit Bald. *conſ.* 274. *Factum tale eſt: Baldinus, lib.* 1.

6. Potens dicitur populus Peruſinus, ideo non poteſt eligi poteſtas vel protector Caſtri Eccleſiæ Romanæ, quia Eccleſia propter potentiam populi Peruſiæ, non poſſet libere adminiſtrare iuſtitiam. Bart. *conſ.* 136. *Capitaneus, lib.* 1. ſequitur Alex. *conſ.* 106. *n.* 14. *lib.* 2.

7. Aſſiſium fuit in guerra cum Peruſinis, & fuit inter eos facta pax de anno 1322, de menſe April. in qua Aſſiſienſes ſe ſuppoſuerunt Peruſinis. Bart. *conſ.* 91. *In quæſtione, nu.* 7. vbi quod illud eſt notorium, *lib.* 1.

8. Peruſina ciuitas eſt de ſtatu Eccleſiæ, & Imperator hodie nullam habet præeminentiam. ſed Papa, ſtante maxime donatione Conſtantini, facta Eccleſiæ Romanæ. Florian. de S. Petro *conſil.* 26. *numer.* 29. *verſ. nunc videndum*, quod eſt Collegii Bononiæ. & Caſtr. *conſ.* 467. *nu.* 3. *ver. quæritur, lib.* 2. vbi quod Imperator iurat in *Clem.* 1. *de iureiur.* nullam exercere iuriſdictionem in ſtatu Eccleſiæ.

9. Peruſina ciuitas olim de iuriſdictione Imperii & tranſlata ex donatione in Eccleſiam Romanam, ideo hodie Imperator, etiam ratione vniuerſalis præeminentiæ nullam habet iuriſdictionem in ea. Caſtr. *conſ.* 467. *nu.* 6. *ver. nunc videndum, lib.* 2. & apertius probat in eodem *conſ. nu.* 3. *col.* 5. vbi dicit, quod ex quo Imperator iurauit nullam habere iuriſdictionem in ſtatu Eccleſiæ Romanæ, vt in *Clem.* 1. *de iureiur.* res eſt clara, & dicit, quod illud dictum, *Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar habet*, benè applicatur, quia imperium Eccleſiæ eſt Iouis, cum quo nihil Cæſar poteſt prætendere.

10. Gubernator Peruſii dicitur præſes in prouincia, & habet poteſtatē legati de latere, ideo poteſt punire Canonicum regularem de ſacrilegio & furto, non tamen committit cauſas ſummarie, neque poteſt auferre ius vnius partis, & dare alteri, quia ſolus Papa hoc facere poteſt. Abb. *conſ.* 25. *Attingam iſta. per tot. lib.* 1.

11. Eccleſia Cathedralis Peruſii eſt regularis, & habet Canonicos regulares. Feder. de Sen. *conſil.* 19. *colum.* 2. *nu.* 4. *verſ. pone exemplum magis ſenſibile.* Abb. *conſ.* 25. *Attingam iſta, per tot. lib.* 1. vbi quod habebant portiones pro præbendis, vt ibi.

12. Et quod Epiſcopalis Eccleſia habebat olim capitulum & Canonicos

nicos regulares S. Auguſtini, habebant Canonicatus ſine præbenda, ſed in portionem, quia de prædiis Communibus aſſignabatur cuilibet Canonico certa portio bonorum ad laborari faciendum. Abb. *conſil.* 25. *Attingam iſta dubia*, *libr.* 1. vbi dicit, quod quidam Canonicus derobauit 100. aureos Commiſſario Apoſtolico deputato ad colligendum munus faciendum Papæ, & dicit quod poteſt priuari Canonicatu, non tamen liberatur à conuentu, ſed bene priuatur voce, & omnibus commodis, maximè quia fuit furtum graue, factum in hebdomada ſancta, & de pecuniis deſtinatis Papæ.

13. Archibresbiter Peruſinus prætendit iuriſdictionem in Canonicos, ſed Abb. *d. conſ.* 25. *in princ. lib.* 1. dicit, quod de iure communi nullam habet contentioſam iuriſdictionem, ſed vel ex priuilegio, aut conſuetudine poteſt prætendere, & ſi habet titulum coloratum, prætendere, præſcribere poterit 40. annis, ſine titulo requiritur tempus immemoriabile.

14. Executorem habet Epiſcopus & Clerus Peruſinus contra exemptos, vt compellantur ſoluere procurationes & ſubuentiones legatorum ſedis Apoſtolicæ, non obſtante quocunque priuilegio & conceſſione Benedicti XII. cuius literæ inſeruntur per Feder. de Sen. *conſil.* 138. *Benedictus Epiſcopus*, vbi quod importet talis deputatio, & an ſit perpetua.

15. Statutum Epiſcopi Peruſini, quod non reſidentes per duos menſes continuos, ſint ipſo iure priuati beneficiis, in quibus tenentur reſidere. Feder. de Sen. *conſ.* 182. *per tot.* ſuper quo conſuluit, quod ligat exiſtentem extra diacæſin, & non reſidentem.

16. Epiſcopalis eſt conſtitutio Peruſii, quod citatus contumax, ſi peremptoriam contumaciam ſubſtineat, patiatur primum decretum, & ſi infra 30. dies non recuperauit, excludatur, donec ius ſit cognitium. Bald. *conſil.* 260. *In ciuitate Peruſii*, vbi ponit verba conſtitutionis. & *conſ.* 261. *libr.* 5. vbi quod non habet locum, quando intendatur officium iudicis.

17. Statutum, quod dentur ſingulo anno libræ 100. pro Eleemoſina Eccleſiæ. S. Franciſci, ſuper quo Bart. *conſil.* 139. *Statuto Communis Peruſii*, *libr.* 1. vbi quod priores, donec plene ſint executi, non ſunt functi ſuo officio, ideo ſi in re deſtinata non poſſunt executioné Eleemoſinæ facere, poſſunt in alia exequi.

18. Statutum Peruſii, quod omnia bona & credita deſcribantur in cataſtro communis, vt ſoluantur onera ſub certa pœna, non habet locum contra.

contra eum, qui pro eodem credito habet plures obligatos, licet vnicum debitorem deſcribi fecerit, ex quo eſt vnicum creditum. Feder. de Sen. *conſ.* 299. *Dominus Peruſii, per tot.*

19. Statutum eſt Peruſii diſponens, quod poſſeſſiones ſubditorum non debeant quocunque alienationis titulo transferri in aliquem non ſubiectum, nec allibratum in libris extimi dictæ communitatis, conſtituens omnes poſſeſſiones poſſeſſas per tales eſſe cenſuale, quoad ſolutionem collectarum impoſitarum, & imponendarum per dictum commune, & quod d. Collectæ intelligantur eſſe ordinariæ, & tributum ordinarium, & omnis collecta imponenda habeatur ex nunc pro impoſita, vt per Calder. *conſil.* 444. *alias* 2. *de cenſibus in princ.* vbi an afficiat Eccleſias, & an ſit contra libertatem Eccleſiaſticam, & concludit, quod indigeret declaratione ſummi Pontificis, & eſt conſilium Doctorum Collegii Peruſii. Bart. *in l. reſcripto.* §. *fin. ff. de muner. & honor.* videtur tenere quod valeat, ſed *in conſil.* 180. *ſi aliqua poſſeſſio*, *libr.* 1. tenet contrarium, quia ſolus princeps poteſt inducere onera ordinaria, cum quibus ad Eccleſiæ bona tranſeat, & hæc eſt communis opinio. Iaſon. *in l. placet. num.* 19. *C. de S Sanct. Eccleſiis.*

20. Sacriſtia Peruſinorum eſt cataſtrum eorum, ideo illud cuſtodiunt tanquam ſacrarium & rem ſanctiſſimam; & vitam ciuitatis. Bald. *conſ.* 294. *Iſta cauſa eſt, in fin. lib.* 4. vbi quod cataſtratus inter Comitatenſes non debet cataſtrari inter ciues, licet ſit natus in ciuitate ſine deliberatione magna.

21. Conſeruatores monetæ & alii officiales & miniſtri d. officii quale ſalarium habebant antiquo tempore. Bald. *conſil.* 402. *Ad euidentiam*, vbi quod ex arbitrio eis dato à communi Peruſii poſſunt ſibi & miniſtris augere, *lib.* 3.

22. Priores & Camerarii Peruſii non poſſunt tollere perpetuo effectum rei iudicatæ per ſtatutum, ſed ad tempus ſic, Bald. *conſ.* 396. *Pro parte Zanis, lib.* 3.

23. Erant in poſſeſſione committendi cauſas ſummarie, & de facto, Bart. *conſ.* 82. *Punctus quæſtionis, in princ. lib.* 1. vbi videtur innuere, quod ciuitas Caſtelli eſſet ſub reformatione Priorum Peruſii.

24. Conſuetudo eſt Peruſii, quod valeat prorogatio facta executoribus ad diſtribuendum pauperibus poſt annum per Epiſcopum, etiam in præiudicium, & contra ſuam inſtitutionem ſynodalem, Bald. *conſ.* 207. *Occurrit dubium, ante fin. ver. & facit. lib.* 3.

25. Ligam & confœderationem conſueuerunt facere Peruſini cum Florentinis ad defenſam, & ſi ex cauſa licita apparenter, ſed occulte ſonabat contra imperium, & ideo non euitabant pœnam, vt dicit Bart. *in extrauag. qui ſint rebell. s, in ver. occulte. & in ver. machinantur.*

26. Salẽ dat ciuitas Peruſina diuerſis caſtris, & eximit habitatores Cluſii Peruſini. Bald. *conſ.* 241. *Punctus ſuper quo conſilium, lib.* 4. vbi ſunt capitula, ſeu ordinamenta vulgaria.

27. Cluſi Peruſini fructus locati fuerunt per officiales Communis Peruſii. Bald. 153. *Officiales Communis, lib.* 4.

28. Habet Capellam S. Herculani, cuius Capellanum officiatorem deputat populus, & vnus deputatus à populo poteſt amoueri à prioribus, & Camerario, ſi eſſet male meritus, & fructus eleemoſinæ capellæ debentur pro tempore illis qui officiarunt. Bald. *conſil.* 18. *Poſito pro conſtanti, lib.* 5.

29. Priuilegium habent Peruſini ex conuentione & ſtatuto Tudertino, quod homines tam de ciuitate, quam de comitatu Peruſino habentur pro ciuibus Tudertinis. Bald. *conſ* 29. *Ordinamentum eſt lib.* 5. vbi quod idem priuilegium eſt etiam è conuerſo pro Tudertinis.

30. Abbas maior monaſterii dominatus fuit, vel gubernauit ciuitatem Peruſii, quia Bald. *conſil.* 64. *Punctus Paulutius, libr.* 5. ponit quod caſſauit Abbas quædam de libro ciuilitatis, ſed quod poſtea priores illum reſtituerunt.

31. Collegium ſeu domus ſapientiæ fuit Peruſiii fundata à Cardinale à Capociis viro doctiſſimo, qui executores deputauit Epiſcopum Peruſinum, & priorem Montis oliueti ſimul lata lege, quod numerum ſcholariũ minuere non poſſint. Bald. *conſil.* 123. *Reuerendiſſimus pater, lib.* 5.

32. Statutum circa gabellas, quod ſi quis extraxerit, aſportauerit vel tranſierit contra formam ſtatuti, & non ſoluerit gabellam pro zafferano, cadat in pœnam certæ quantitatis, requirit omnia copulatiue concurrere, ideo non habet locum in eo, qui portat ad ciuitatem proprium zafferanum quoad pœnam, licet teneatur ad gabellam. Bald. *conſil.* 229. *Proponitur in facto, lib.* 5. vbi quod attendenda eſt conſuetudo, & quod pœna gabellæ non incurritur per eum, qui ſine dolo & ex ſimplicitate incidit in commiſſum.

33. Statutum eſt Peruſii, quod non liceat appellare à prouincia de exequendo, neque ab executione, quod ſtatutum habet locum, etiamſi lata ſententia de exequendo fiat renouatio per ſucceſſorem ſine citatione. Bald.

Bald. *conſ.* 35. *Permiſſis verbis, lib.* 5. ſecus eſſet ſi à ſucceſſore alterius tribunalis, quia requireretur citatio.

34. Conſuetudo eſt Peruſii, quod flumicella per territorium Peruſinum tranſeuntia, vt eſt Cayna & ſimilia ſint priuata, & ideo licitum eſt vnicuique in eis facere cluſas & molendina, in præiudicando iuri ab alio poſſeſſo per prius, Bald. *conſ.* 464. *Quatuor ſunt nu.* 5, *& per tot. lib.* 4. *ver. tertio videndum.*

35. Conſuetudo Peruſii ſuper concertatione cum lapidibus, & ſaxis groſſis eſt, ideo ſi ſequatur homicidium non punitur, quia concertatio publica autoritate permittitur. Petr. de Anchar. *conſ.* 283. *Iure Aricto. num.* 3. *& ſeq.*

36. Stylus & conſuetudo notariorum Peruſii eſt, quod in compromiſſis apponitur clauſula, quod compromittentes iurarunt non reclamare, & quod arbiter poſſit enormiter lædere. Angel. Aretin. *conſil.* 87. *In cauſa & themate, in princ.* ſed *numer.* 31. *& ſeq. verſic. nec obſtant allegata.* dicit, quod procedit in compromiſſis in arbitratorem tantum, quia eſt quædam tranſactio, non autem in compromiſſis in arbitrum, vel de iure.

37. Caſtrum Podii Aquilonis eſt de territorio Peruſino, vna cum caſtro Emiliano, quæ caſtra olim erant Imperialia, nunc Eccleſiaſtica; ſuper quibus Alexand *conſil.* 24. *lib.* 5. & extat recognitio Comitum facta verſus Commune Peruſii de anno 1440 die 14. Maii.

38. Contra libertatem Eccleſiæ ſtatuerunt Peruſini, quod omnes habentes locationes à Collegiis quibuſcunque etiam Eccleſiaſticis & piis locis, poſſint renunciare locationibus, & non teneantur ad aliquid, & nullus iudex habeat iuriſdictionem, neque de hoc faciat Iuſtitiam, ſuper quo Bart. *conſil.* 187. *Domini priores. libr.* 1. *& conſil.* 31. *libr.* 2. conſuluit, quod non valet, & eſt contra libertatem Eccleſiæ, & tollit omnia contraria, & licet alleget cap. noluerint, de ſenten. excommuni. tamen per modeſtiam tacet, quod eſſent excommunicati, dat remedium, quod Eccleſiaſtici interpellent priores, vt prouideant de iudicibus competentibus, & ſi negligunt, iuriſdictio contra laicos deuoluitur ad Epiſcopum & Papam, etiam extra ſtatum Eccleſiæ.

39. Statutum Peruſii eſt, per quod caſſantur & annullantur omnia ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam facta. Calder. *conſ.* 444. *alias* 2. *de cenſibus. in princ.*

40. Stat.

40. Statutum eſt Peruſii, quod magnates, videlicet Comes vel Marchio, vel natus de prole militari ex linea paterna non poſſit acquirere ceſſionem iurium contra popularem, quod ſtatutum valet, etiamſi acquirerent ab Eccleſia, quia non poſſunt. Feder. de Sen. *conſ.* 85. vbi ponit verba ſtatuti, & conſuluit pro validitate ſtatuti, & ſuper eo eſt *conſ.* 84. eiuſdem Feder.

41. Statutum Peruſii ſuper molituris, quod molendinarii non poſſunt accipere, niſi vnam Cuppam ex qualibet emina, faciente 15. Cuppas à Calend. Maii vſque ad Calend. Nouembris, alio vero tempore poſſunt accipere vnam Cuppam ex qualibet emina 20. Cupparum, & non plus. Feder. de Sen. *conſil.* 211. vbi quod fuit facta conſtitutio de anno 1339.

42. Statutum quod confeſſio & promiſſio filiifam. ſine patre non valet, etiam cum iuramento, eſt Peruſii, ſuper quo conſuluit Feder. de Sen. *conſ.* 272. quod non tollit iuramentum, ſed bene operatur exceptionem, vt agens teneatur tale iuramentum remittere.

43. Statutum, quod ſpurii poſſunt hæredes inſtitui, & eis legari, prout legitimis, eſt Peruſii; ſuper quo, quod non valeat, tanquam nutriens peccatum, conſuluerunt. Feder. de Sen. *conſil.* 275. Iacob. Buttrig. *conſ. Feder.* 276. Recuperius de S. Miniato *conſil. Feder.* 277. & Paulus Buttrig *conſ. F.d.r.* 278. & Flor. de S. Petro *conſ.* 26. quod eſt Collegii Bononiæ. Caſtrenſ. pleniſſime *conſil.* 467. *per tot. lib.* 2. vbi quod non valet, neque gubernator, qui iurauit ſeruare, tenetur ad obſeruantiam, & clauſula derogatoria nihil operatur, imo iudex Eccleſiaſticus poteſt impellere, vt tollatur, quia eſt nutritiuum peccati.

44. Vide *ſtatutum circa ſpurios habilitatos ad ſucceſſionem parentum*. Concluſ. 654.

45. Statutum circa compromiſſum faciendum Peruſii, dum confert electionem iudici, intelligitur prima vice & aliis, donec electio ſit valida, ideo facta electione abſentis vel ſuſpecti, poteſt alius eligi. Bald. *conſ.* 144. *Factum ſic propoſitum, libr.* 4.

46. Item quod habens inſtrumentum guarentigiatum contra ſuum debitorem, poſſit illum ad meram ſuam voluntatem capi facere, quia modificatur citatio, non tollitur, ex quo debebit poſtea citari, & cauſa diſcuti. Alexand. *conſ.* 225. *Ponderatis.nu.* 7. *lib,* 6. allegat Angel. Imol. & Cuman. *in l. ſi ſic. ff. de leg* 1.

47. Statu-

47. Statutum Peruſij circa ſucceſſionem fœminarum dotatarum diſponit, quod ſi qua mulier fuerit, vel erit dotata à patre, vel auo paterno vel materno, vel à fratre, non poſſit nec debeat reuerti ad ſucceſſionem prædictorum, vel alicuius eorum, donec ſuperuixerit aliquis filius maſculus ex ipſis, ſaluo teſtamento, & vltima voluntate prædictorum, quod obſeruetur, & ſaluo quod fœminæ poſſint venire ad ſucceſſionem parentum & fratrum & aliarum perſonarum, ſi hæredes maſculi non ſuperfuerint, remittendo dotes ſuas in hæreditate. Bald. *conſ. 69. Cum ſtatutum ciuitatis, lib. 1.* vbi ponit verba ſtatuti, & dicit ſuper eo conſuluiſſe Collegium Florentinum, quod non excludit, ſed ſuſpendit ſucceſſionem fœminarum; & ideo filia præterita dicit teſtamentum nullum, quando filius poſtea deceſſit, & idem Bald. dicit hoc eſſe verum, & in *conſil. 68. per totum, eodem libro 1.* quod eſt conſil. Bart. 11. *Proponitur quod, libro 1.* vbi quod Apoſtill. prima in fin. dicit Communem.

48. Contrarium tenet Franc. Albergot. *in apoſt. ad Bart. d. conſil. 11. libr. 1. in ver. proponitur* & Bart. *conſil. 20. libro 1.* quod credo Collegij Florentiæ, vt dicit Bald. *conſil. 69 libro 1. ver. in contrarium*, quod conſuluit in d. caſu, in quo etiam Bald. *conſil. 36. libro 3.* Anchar. *conſil. 220. num. 6.* dicit, quod collegium Senarum pro hac parte conſuluit.

49. Imo exſtat ſtatutum, quod fœmina dotata non ſuccedat dotanti, nec deſcendentibus ex eo, quod operatur, vt ſi mortuo patre, relictis duobus fratribus filiis, vnus eorum moriatur extante matre, ſorore, & altero fratre, mater habebit vnam portionem, frater duas, videl. pro ſe & ſorore excluſa. Bald. *conſ. 157. Gitius habens, lib. 5.*

50. Declara tamen, quia filia bene poteſt non acceptare legatum dotis in teſtamento, vt conſequatur legitimam, etiam ſtante ſtatuto (prout eſt Peruſij) quod ſit contenta dote, quia non intelligitur de dote in teſtamento legata. Bald. *d. conſil. 157. circa med. ver. modo ſtatim, libr. 5.* vbi recitat opinionem, & hanc tenet. Idem Bald. *conſil. 394. Punctus talis eſt, libro 3.* vbi quod non excluditur neptis poſt mortem aui nata, etiamſi ſit dotata ab auo, quia plures fictiones non concurrunt, vt dotetur neptis ante matrimonium, & antequam nata ſit, & *conſ. 404. Punctus talis eſt, eod. lib. 3.* vbi quod ſtatutum non habet locum.

51. Statutum eſt Peruſij, quod inſtrumenta confeſſionata, in quibus promittitur de confeſſione coram iudice facienda, executioni mandentur. Bald. *conſ. 15. Omnis aſſeſſor, in prin. lib. 2.*

53. Item quod ſi quis nomine alterius ſtipuletur, quæratur actio ſine

 ceſſione,

Digitized by Google

ceſſione, Bald. *conſ.* 15. *libro* 2. *& conſil.* 10. *eod. libro.* 2. vbi ponit verba ſtatuti, & quod dictum ſtatutum operatur, vt volens agere ex inſtrumento ab alio facto ad ſui Commodum, non poſſit impugnare, neque factum, neque perſona.

54. Item quod exercentes artem cambiorum debeantur idonee cauere, de legaliter exercendo d. artem, ideo fugiente decocto eo, qui talem artem exercebat, poſſunt fideiuſſores conueniri coram conſulibus artis. Bal. *conſ.* 170. *Quia fideiuſſores, lib.* 4.

55. Item quod Cambiatores teneantur in ſolidum in iis, quæ pro bancho vel ſocietate ſunt ſcripta. Bald. *conſil.* 428. *cum ſæpe contingit*, *libro* 2. vbi ponitur, qualiter procedatur via executiua contra Campſores, & eſt ſcriptum integrum ſtatutum.

56. Item quod ſi actor vult concedere iuramentum reo, teneatur iudex compellere ad iurandum vel referendum, & qualiter procedat, ſi diſcordant actor & reus in modo iurandi. Bald. *conſ.* 447. *Statuto Peruſii, libro* 3 vbi quod eſt arbitrarium iudici.

57. Statutum Peruſij circa inſinuationes donationum diſponit, quod infra ſex menſes donatio debeat produci coram iudice inſinuationis. Bal. *conſ.* 167. *Quidam Franciſcus n.* 5. *in fin. v. præmiſſo ergo, lib.* 5.

58. Item circa aſſignationes & regiſtrationes teſtamentorum diſponit, quod teſtamenta infra certum tempus aſſignari debeant, quo termino lapſo, poſſit peti caſſatio, & ea petita caſſetur; ſi vero non eſt petita caſſatio, poſſit ſemper aſſignari, quod ſtatutum habet locum, etiamſi fuit petitum, quod declaretur nullum, quia iſta eſt caſſatio petita. Bald. *conſ.* 144. *Statuto Communis Peruſij, lib.* 5.

59. Statutum item quod Pizzegaroli non poſſunt emere aliquid victualium ante horam nonam, non habet locum circa ſpeltam, & ordeum, & alia victualia animalium, ſed ſolum habet locum circa ea, quæ ſunt pro victu humano per excellentiam. Bald. *conſil.* 192. *Quidam nomine*, *libro* 5. *per totum.*

60. Item circa ſucceſſionem filiarum fœminarum, quod ſtare debeant contento, ſi aliquid quouis relicto titulo à parentibus relinquatur, & non habet locum ſi pater relinquat filiæ id, quod ipſa habet ex beneficio ſtatuti, prout quod in viduitate poſſit reuerti in domum patris, quia habetur pro præterita. Bald. *conſ.* 414 *Dictum ſtatutum Peruſij lib.* 5.

61. Statutum circa appellationes ciuitatis Peruſij ponitur per Bald. *conſil.*

conſil.486. *Item eſt ordinamentum, per tot. lib.2.* vbi late diſputat ſuper duobus ſtatutis, & concludit, quod appellatus ſemel, & in omni cauſa de poteſtate ad iudicem appellationum; & è contra quando ſententiæ non ſunt confirmatoriæ, vbi multa pulchra dicit, & in ſimili ſuper ſtatuto Tuderti. Item Bald. *conſ.476. Viſo puncto, lib.2.*

62. Statutum & reformationes Peruſii ſi dant facultatem filio notarii, vt poſſit inſtrumenta rogata patrem exemplare, & tunc non requiritur in exemplatione citatio patris. Alex. ex mente Baldi, quem allegat *conſ.106. Viſis, col. fin. n.18. ver nec adhoc exſtat, lib.5.*

63. Statutum circa criminalia eſt Peruſii, quod receptantes bannitos puniantur in libras 10. & quod Syndici caſtrorum teneantur denunciare maleficia ſub pœna librarum 100. Bald. *conſ.394. Statuto ciuitatis Peruſii, lib.1.* vbi quod primum ſtatutum applicans pœnam 100. librarum pro medietate communi, & pro alia medietate denuntiatori vel accuſatori, habet locum, vt applicetur etiam Syndico denuntiāti ex neceſſitate officii, propter verba ſtatuti includentia denuntiatores.

64. Item quod teſtes recepti contra magnates non poſſint reprobari, niſi infra 8. dies, à die publicationis, valet, quia eſt ex cauſa ex quo facerent reprobationem propter potentiam, ideo inducit præſumptionem iuris, & de iure, & non poſſunt accuſari, ergo neque ex officio inquiri, quia vbi ceſſat accuſatio, ceſſat inquiſitio. Bart. plene *conſil.100. D. Cyno, in princ. lib.1.* vbi Apoſtilla dat concord.

65. Et illud ſtatutum permiſſiuum ad tempus, videl. infra 8. dies, poſt tempus eſt prohibitiuum. Bart. *D. conſil.100. n.4. & 5. ver. ſuper ſecundo, lib.1.*

66. Et licet adſit aliud ſtatutum, quod de omnibus criminibus poſſit poteſtas inquirere infra decem annos, tamen non trahitur ad cauſas habētes ſpecialem diſpoſitionem, quia in hoc ſpecies generi derogat, non è contra. Bart. *conſil.100. nume.6. ver. ſuper tertio, lib.1.* vbi Apoſtilla, *verb. ſtatutum*, dat concord.

67. Item ſtatutum quod in die Veneris ſancti dentur 5. condemnati fratribus de pœnitentia gratis, dummodo habeant damnati pacem ab offenſis. Bart. *conſ.167. Quod miniſter, lib.1. per tot.* vbi quod condemnati pro blaſphemia, ſi ſunt confeſſi & abſoluti de peccato, dicuntur habere pacem, quia Eccleſia non claudit gremium redeuntibus, & vbi Apoſtill. in ver. quod miniſter. dat concord. & dicit quod Epiſcopus & Parochus poſſunt facere pacem pro Deo & Chriſto, quia miniſtri Dei ſunt.

Digitized by Google

68. Item quod poſſit poteſtas inquirere de violentiis illatis, quod ſtatutum non habet locum contra adulterantem, vel rapientem mulierem, Bald.*conſil.*171.*Quæritur vtrum*, *lib*.4. vbi obſcure & forte corrupte legitur.

69. Item Peruſina conſtitutio contra ceſſantes & fallitos, quod non valeat reductio crediti cum eis, facta per creditores, in odium ceſſantium præſumitur facta, ideo non habet locum ſi deſiit eſſe ceſſans, quia ceſſat cauſa odij: Item conſtitutio non comprehendit confirmatas per ſententiam, neque iuratas. Rom. *conſ*.404.*In caſu.per tot*.vbi pro vtraque, & hanc tuetur, vbi Apoſtill. dat concord.

70. Item quod non poſſint officiales nomine communis donare inſignia, neque aliquid aliud officialibus, de quo Bald.*conſ*.53.*Item prouiderunt*, *& conſ*.54.*Statuto cauetur*, *lib*.2.vbi quod non habet locum talis prohibitio finito officio, neque in officiali ſingulariter benemerito.

71. Item quod contumax poſitus in banno habeatur pro confeſſo pro delicto, de quo inquiritur. Bart.*conſ*.100.*A.D.Cyno*, *in quarto dubio.n.*7.*& ſeq. vſq. in fin.lib*.1.vbi quod operetur hæc ficta confeſſio, & conſil.116. ſtatuto, libro 1. vbi quod non operatur iſta probatio ficta contra patrem vel tertium, plenius in *tertia quæſt.Peruſina*, vbi diſtinguit.

72. Quod ſi quis commiſerit homicidium, bona ſua deſtruantur, item ſi dederit auxilium, conſilium & fauorem. Bart.*conſil*.116.*Statuto Peruſinæ ciuitatis, in prin.libro* 1. vbi quod intelligitur de bonis homicidæ, vel auxilium dantis, quia illa verba ſua ſunt poſſeſſiua, vt ibi *num*.6. *&* 7.*ver.circa ſecundum*, vbi quod ſtatutum eſt odioſum, ideo debet reſtringi.

73. Aliud ſtatutum eſt, quod ſi filius vel filia maritata commiſerit maleficium, quod pater teneatur pro filio ſoluere pœnam vſque ad eam quantitatem, quæ contigerit filio de bonis paternis diuidendo bona inter patrem & filium vel filios, ita quod medietas ſit patris, alia medietas omnium filiorum, ſuper quo Bart. *d. conſ*.116.*ſtatuto*, *in prin.lib*.1.vbi quod diſponit conditionaliter, ſi filius commiſerit maleficium, & non habet effectum, niſi probetur conditio ſortita effectum, vnde licet ex eodem ſtatuto contumax habeatur pro confeſſo, operabitur contra delinquentem, ſed non contra patrem vel tertium, & idem plenius concludit in *ſua q*.3.*Peruſinæ ciuitatis per tot*. vbi 11. fundamenta pro vtraque, & ita diſtinguit, & ibi pleniſſime, quando ficta confeſſio & ſententia lata contra delinquentem præiudicet patri & tertio, & ibi Apoſtill. in *ver.Peruſina*, quæ dat concord.

74. Obſeruantia & ſtylus Peruſiæ fuit varius ſuper interpretatione

ſtatuti,

Digitized by Google

ſtatuti, q; pro qualibet percuſſione cum ſanguinis effuſione ſoluatur tanta pœna, qa ſi ex vna pcuſſione exiuit ſanguis ex pluribus locis quãdoq; vna pœna, quandoq; plures fuerunt ſolutæ. Bald. *conſ.* 251 *Stat. rocauetur, lib.* 2.

75. Banniti poſſunt impune interfici, vel minori pœna puniatur interficiens bannitum, tale ſtatutum factum dicitur fauore publicæ vtilitatis. Bart. *conſ.* 107. *Viſis omnibus, in prin. lib.* 1. & licet etiam ſit in odium bannitorum, tamen dicitur fauorabile. Bart. *conſ.* 188. *in fin. lib.* 1.

76. Prouidet hoc ſtatutum Peruſij, quod bannitus ex vulnere cum ſanguinis effuſione poſſit impune interfici, aliquis fuit bannitus, quia percuſſit cum gladio in perſonam cum effuſione ſanguinis, nec aliquid dicitur de vulnere, prout ſtatutum requirit, fuit iſte interfectus in banno, dicit Bart. quod impune, quia licet nihil de vulnere expreſſe conſtet, conſtat virtualiter, quia cum gladio in perſonam non poteſt percuti cum ſanguine, quin fiat vulnus.

77. Et iſtud ſtatutum criminale eſt Peruſij, quod ex bannitus occaſione rob. riæ ſtratæ, vel falſitatis, vel quia cognouit per vim virginem maritatam, vel aliam mulierem bonæ conditionis, vel qui membrum alicui debilitauerit vel mutilauerit, ſeu percuſſit aliquem in facie, vnde ſignum remanſit, & qui percuſſerit in aliqua corporis parte, ita quod vulnera fecerit, & ſanguis exiuerit, talis poſſit vbicunque & à quocunque impune offendi realiter & perſonaliter. Feder. de Sen. *conſil.* 58. vbi ponit verba ſtatuti, & conſuluit ſuper eo, & quid importent verba ſtatuti, quod quis poſſit impune offendi. Feder. *conſ.* 271. *v. item hac verba ſtatuti.*

78. Item ſtatutum criminale Peruſij, quod accuſatus & condemnatus pro aliquo delicto non poſſit appellare vel reclamare, vel de nullitate dicere, qualiter intelligatur vna cum multis aliis ſtatutis ad hoc factis, late Bald *conſil.* 119 *ſtatuto cauetur, libro* 2. vbi verba ſingulorum ſtatutorum ponit, & dicit, quod ſi ſententia eſt nulla, licet iudex non poſſit audire contra ſententiam, tamen non exequitur eam.

79. Item ſtatutum, quod ſententia lata ſine citatione ad ſententiam, valet, ſi conſtat de crimine, quia licet non valeat ſtatutum tollens defenſionem & citationem. clem paſtoral. de re iud. bene valet, quando cauſa fuit diſcuſſa, vel facta citatio ad ſe excuſandum à tali crimine. Alex. *conſil* 225. *ponderatis. n.* 12. *v Corrobora tur, lib* 6.

80. Item quod turbans aliquem in poſſeſſione condemnetur in libris 100. procedit quando citatio eſt cum dolo, alias ſecus, Bald. *conſil.* 119. *n.* 3. *v. item in ſtatuto, lib.* 2.

81. Item quod fiat remiſſio pœnæ accuſato,ſi concordauit partem ſuper crimine.Bald.*conſ.27.Punctus ſuper quo,& conſ.30.Præſuppoſitis verbis,lib.4.* vbi quod non habet locum in maleficiis,ſuper quibus non poteſt concordari de iure communi.

82. Item circa damnum & accuſationem non poſſunt accuſari in vno libello à 20. ſolidis infra, niſi tres de eadem familia,alias accuſatio non valet.Bald.*conſ.245.Auſi fuerunt,lib.4.*

MEMBRVM LXXX.

PISARVM CIVITAS, STATVTA, conſuetudines & Priuilegia.

1. Piſani guerram habuerunt cum Ianuenſibus,& fecerunt treguam per multos annos cum obligatione, quod Piſani non poſſent recapitare bannitos Ianuenſes. Angel.*conſ.261.per tot.*vbi quod intelligitur de bannitis tempore concordię,non poſt.

2. Item cum Florentinis, contra quos habuerunt guerram colligati cũ Senenſibus,& cum duce Mediolani.Ang.*conſ.391.Super aliis.per tot.*

3. Nobiles & potentes afferit eſſe Piſanos & Senenſes Ang.*d.conſ.391. nu.6.*

4. Guerram habuerunt cum Senenſibus,& fecerunt pacem,ſuper qua conſuluit Roma.*conſ.459.In propoſita conſultatione,per tot.*vbi quod ciuilitas, quam habebant Piſani in ciuitate Senarum, & propter bellum amiſerunt, non eſt recuperata ex pace ſecuta, quia in capitulis nulla mentio fit de hoc.

5. Fuerunt Piſani grauati ſoluere Communi Florentiæ de annô 1411. omni menſe florenos 2000.poſtea de an. 1513. fuerunt habilitati ad ſoluendum florenos 35000. infra triennium,vt in *conſil.Caſtr.233. Reformatio,* quod eſt Nelli de S. Gemin & *conſil.234.*quod eſt Pauli de Caſtro, & 235. quod eſt eiuſdem,vbi an Piſani ex remiſſione partis d.impoſitionis teneãtur ſoluere operæ Florentiæ vigore conſtitutionis, quod habentes gratias ſoluant certum quid, vide, quia diſputatur,an remiſſio ſit gratia, & *conſil.* 233.& 234.Quod non,*in conſil.*235.Quod ſic,& tenentur ſoluere.

6. Habent conſuetudinem contrariam Florentinis in eo, quod non requiratur citatio in laudo arbitratoris,quia Florentini ſeruant contrariũ. &licet

Digitized by Google

& licet Piſani ſubſint Florentinis, tamen prævalet Piſis eorum conſuetudo tolerata per ſuperiores, & ſe eam debet iudicari. Roma. *conſ. 6. licet mihi per tot. max. in fin.*

7. Archiepiſcopus Piſarum ex priuilegio habet facultatem doctorandi, & ſede vacāte talis facultas competit Capituli vicario & Capitulo, emolumenta vero debent reſeruari ſucceſſori, quando ſunt debita ratione iuriſdictionis doctorandi, ſecus ſi eſſent munera & donaria, quia tunc Capitulo ſpectarent. Alex. plene *conſ. 110. Adeo grauis, per tot. lib. 6.* vbi reddit rationem, quia omnia quæ competunt prælato, & eo mortuo, tranſeunt ad capitulum, ſede vacante, ideo reſeruantur ſucceſſori, ne capitulum propter emolumentum differat electionem prælati: *capitul. quia ſæpe. de elect. in 6. & clem. ſtatutum eod. tit.* Si vero prælato competit aliquid ex priuilegio, tunc eo mortuo reuertitur ad concedentem, non autem tranſit ad Capitulum.

8. Gabella debetur de dotibus ex ſtatuto Piſano, ſuper quo Deci. *conſ. 453. In cauſa Gabellæ, per tot.* vbi non debetur ab eo, qui contraxit extra territorium Piſarum matrimonium, in quo ſoluit gabellam ſemel, quia duplici onere non grauantur, & quod eſt odioſa gabella, & in dubio iudicandum eſt, non deberi.

9. Statutum eſt Piſis, quod vxori non poſſit maritus relinquere vltra 15. libras annuatim, de quo Bald. *conſ. 204. Teſtator legauit, lib. 1.* vbi quod valet, & ſi plus legatur, non debetur, & duplicatur, *ib. 15. conſ. 413.* Et de eodem ſtatuto plene Anchar. *conſ. 79. Subtiliter & ſuccincte, max. in fin.* vbi quod eſt ſeruandum; vide plene in *ver. ſtatutum cir. a legata, prob. bona legari certis perſonis, qualiter intelligatur.* Concl. 586

10. Declarat ſeu reſtringit Alex. quod iſtud ſtatutum in vxore non habet locum, ſi Piſana facit teſtamentum extra territorium, & de bonis exiſtentibus extra territorium Piſarum, quia valet. Alex. *conſ. 155. Viſo titulo, n. 4. ver. item, & quoad modum, lib. 7.* vbi allegat plura conſilia ſuper hoc.

Contrarium tenet Apoſtilla ad Alex. *d. conſ. 155. n. 4. lib. 7. in v. facultatem:* vt procedat reſtrictio quoad ſolemnitatem, non quoad facultatem.

11. Item quod ſententia debeat ferri ſec. conſilium ſapientis, quod ſtatutum operatur, quod iudex omnino ſequi debet conſilium, & non poteſt opponi de illius iniuſtitia, niſi contineret expreſſum errorem iuris vel facti, qui ex actis poſſit colligi. Caſtr. *conſ. 232. In cauſa quæ vertitur, nu. 5. ver. Item non obſtat. lib. 3.*

12. Item quod de omni cōtrouerſia vertente inter pupillum & hæredes

tutoris, qui adminiſtrauit bona pupilli, fiat compromiſſum, ſuper quo Bald. *conſil.* 362. *Multum refert, libro* 2. vbi quod requiritur, quod conſtet de iſta qualitate, quod fuerit tutor, & adminiſtrauerit ad hoc, vt ſtatutum habeat locum.

13. Item quod maritus lucretur medietatem dotis vxoris mortuæ ſine filiis, & ſine iudicio, videl. teſtamento, quod non habet locum in muliere nupta extra territorium, quia attenditur domicilium mariti, ſec. communem. Alex. *conſ.* 155 *Viſo titulo. in prin. lib.* 7. vbi dicit Communem.

14. Et non habet locum etiam in nupta ſubdito, niſi vtrumque requiſitum habeat, quod ſine filiis & ſine teſtamento. Alexand. *d. conſil.* 155. *nu.* 5. *& ſeq. lib.* 7.

15. Item ſtatutum circa ſucceſſionem matris, vt tertiam partem habere debeat bonorum etiam contra teſtamentum filij, & de aliis ſucceſſionibus, vide Bald. *conſil.* 428. *Domina Ioanna,* vbi quod eſt fauorabile, quia tendit ad conſeruanda teſtamenta, & ideo loquens in filio teſtante, habet locum etiam in filia, *lib.* 3.

16. Item ſtatutum, quod maritus non cenſeatur donare vxori guarnimenta & iocalia, quæ excedunt ſolidos 40. niſi clare conſtet. Alex. *conſil.* 155. *n.* 9. *v. præterea etiam poſito lib.* 7.

17. Item ꝙ filiæ fœminæ dotatæ non ſuccedant patri ſtantibus maſculis, quod procedit etiam ex teſtamento, quia ſi pater præteriit fœminas dotatas, inſtituens maſculos, valet teſtamentum, etiamſi filiæ inæqualiter ſint dotatæ, & habuerint minorem dotem, quam importet legitima. Bald. *conſ.* 325. *Cum in cauſa Piſa i, in prin. lib.* 3. quod eſt Chriſtophori de Caſtill. & *conſ.* 326. quod eſt Iacobi de Holanis, *eod. lib.* 3.

18. Item ſtatutum quod fratri decedenti ab inteſtato ſuccedat frater. Bald. *d. conſ.* 325. *nu.* 4. *v.* 3. *& vlt. lib.* 3. vbi quod appellatione fratris non includitur nepos ex altero fratre.

19. Statutum Piſarum loquens in perſonam comprehendit Piſanum vbique exiſtentem, niſi eſſet ciuis effectus Florentiæ.

Vide; *Statutum non habet locum contra ſubditum delinquentem extra territorium.* Concl. 543.

20. Directura ſolui debet ab appellantibus, ſec. ſtatutum Piſarum, ſuper quo Caſtr. *conſil.* 94. *per tot. lib.* 1. vbi quod debetur ab obligatis inſolidum pro integra ſumma.

21. Compromittere tenentur coniuncti in tertio gradu de omnibus litibus, & quæſtionibus vertentibus inter eos in arbitratores & communes

nes amicos, qui de plano ex bono & æquo, remotis dilationibus diffiniāt, & quod per eos fuerit definitum, obſeruatur, & non poſſit dici de nullitate, nec peti reductio ad arbitrium boni viri. Bart. *in q. 2. Piſana Ciuitatis*, vbi quod ſi venditor obligatus de euictione, intimatus ab emptore, ſuſcipiat litem & defenſionem contra fratrem venditoris euincentem, eſt locus compromiſſo, non obſtante quod alieno nomine tueatur, quia venditori ſpectat commodum & incommodum litis, & quia dicitur procurator in rem ſuam, & ſic eſt in principali, qui ſuſcipit defenſionem fideiuſſoris, vide 10. fundamenta pro vtraque, ſed ita ſoluit, & idem Bart. in contingenti facto conſuluit, *conſ. 29. Conſilium Piſanæ ciuitatis, lib. 2.* vbi idem quod *in q.* & ibi dantur concord.

22. Statutum Piſarum vult, quod in caſibus omiſſis recurratur ad ius commune, de quo iure intelligatur, poſtquam Piſani effecti ſunt ſubditi Florentinorum, an de iure communi imperiali, an de iure ciuitatis dominantis, & Roma. *conſilio 218. Præſens caſus*, quod intelligitur de iure Florentinorum, vbi apoſtilla magna, in ver. tenentur, citat pro vtraque plurimos, & tenet contrarium, quia non potuerunt diuinare, neque cogitare de ſtatutis Florentinorum tempore quo propria ſtatuta condiderunt, & per alia iura.

23. Poſſunt banniti impune offendi, & dicitur bannitus, qui eſt deſcriptus in tabula bannitorum. Bald. *conſ. 142. per d. Piſanum. lib. 4.* vbi quod ſi interficiatur gratiatus, qui non eſt deletus de libro bannitorum, interficiens eſt exemptus à pœna, ſi ignorauit gratiam.

24. Conſuetudo eſt, quod ciuitas Piſana in feſto S. Mariæ menſis Auguſti dimittit 20. carceratos, quos donet miſericordiæ, qui carcerati ſint ex cauſa Capitali. Bald. *conſ. 142. lib. 2.*

MEMBRVM LXXXI.

PISAVRIENSIS CIVITAS, STATVTA, conſuetudines, & priuilegia eius.

1. Piſaurum eſt ciuitas Eccleſiæ, ideo in ea ius Canonicum ſeruatur, niſi quatenus per iura municipalia aliter ſit diſpoſitum. Cuma. *conſ. 154. Viſis inquiſitione, in prin.*

2. Fuit familiæ de Malateſtis, videl. Magnifici Galeatij, ad cuius ſtipen-

dia Piſauri ſtabant multi, inter alios quidam Ondadeus. Fulg. *conſil.* 197. *Zungus Ondidei*, & idem Fulg. *conſ.* 203. *Viſis instrumento*, vbi ponit tempus, videl. 1411. & Paul. de Castro *conſ.* 100 *In cauſa mihi commiſſa per D. Malateſtam D. Piſauri, lib.* 1 *& conſ.* 427. *Viſo, & diligenter, in prin. lib.* 2. vbi quod erat d. g. de Malateſtis Epiſcopi Parracenſis.

3. Et habebat Malateſta hanc ciuitatem in Vicariatum ab Eccleſia Romana, vt dicit Caſtrenſ. *conſ.* 20. *lib.* 2. *numer* 3. *in fin.* vbi quod non poterat concedere hebræis vſuras, neque capitula quod venderent pignora lapſo anno, non vocatis Dominis pignorum, & dicit quod ſolum æquiparatur Præfecto vel Prætori, prout Epiſcopi vel Legati, qui non ſtatuunt contra ius.

4. Iſte Malateſta mortuus fuit de anno 1429. & eius filii fuerunt expulſi de ciuitate per 5. vel 6. annos poſt mortem patris. Caſtr. *conſ.* 442. *Viſis & diligenter, prope fin. libr.* 2. vbi per totum conſ. de vſurpatione pratorum Epiſcopatus facta per Malateſtam, vt faceret in eis viridarium.

5. Ciuitas Piſauri antiquo tempore communionem habebat cum Comitatinis, quia ipſi Comitatini communicarunt ciuibus datium Buccarum: ciues vero communicarunt Comitatinis duas tertias quatuor datiorum ciuitatis, videl. datium penſæ beſtiarum, beccariæ, & vini ad ſpinam; poſtea euenit, quod ciues remiſerunt Comitatinis datium buccarum, & Comitatini remiſerunt datium penſæ & beſtiarum, in datio vero vini & beccariæ perſeuerarunt Comitatini, orta lite, quod teneantur remittere omnia datia data in compenſam, replicant Comitatini, non poſſe fieri, & quod redeant ad antiqua, ſi velint, alias ſibi præiudicarent, & ita conſuluit Caſtr. *conſ.* 427. *Viſo & diligenter. per tot. & lib.* 2. vbi quod debuerunt infra annum contra dicere, ſi erant grauati, per *l. qui ſi grauantes. C. d. cenſib. lib.* 11. *& l. forma. § fi. ff. de cenſib.* vbi Bart. æquiparando Vicarios ciuitatum Eccleſiæ cenſitoribus, & peræquatoribus, ita terminat, niſi habeant iuſtam cauſam impedimenti.

6. Habet ſtatutum, quod donationes non valeant, niſi inſinuentur & regiſtrentur certa ſolemnitate data, quod ſtatutum non habet locum in donationibus factis locis piis, quando aufertur beneficium iuris communis. Fulg. *conſ.* 104 *Quædam Domina Lucia, per tot.*

7. Statutum Piſaurii de dotibus non reſtituendis præmortua vxore cũ filiis, operatur, quod vxor non poteſt ſubſtituere in dote, neq; onus iniungere, quia cenſetur priuata factione teſtamenti circa dotem. Fulg *conſ.* 203.

Viſis

Viſis inſtrumento, per tot. vbi quod habet locum, ſi vnica filia extet, licet loquatur per verbum, ſuperſtitibus filiis.

8. Quod pro leui & leuiſſima culpa incendii teneatur ad emendationem damni, diſponit ſtatutum Piſauri, quod intelligitur, ſi modo conſtat de leuiſſima in faciendo. Alex *conſ.* 50. *Viſis, & opportune, in prin. ver. ſecundo fortificantur, & per tot max, n.* 10. *lib.* 1.

9. Statutum prædictum, quod verba ſtatuti non recipiant interpretationem, & qualiter intelligatur Alex. *d conſ.* 50. *n.* 2. *& n.* 11. *li.* 1. vbi quod recipit interpretationem nedum literalem, ſed etiam ſenſatam, vt tollatur abſurdum, vt ius commune non corrigatur, vt ius tertii indebite non tollatur.

MEMBRVM LXXXII.

CVMANA CIVITAS, STATVTA, CONſuetudines, & priuilegia eius.

1. CIuitas Cumana habet ſtatutum, quod ingredientes monaſterium fœminæ, & profitentes, nihil ipſæ neq; monaſteria petere poſſint à parentibus, vel fratribus, vel ſororibus, vel agnatis ſuis vltra data, vel donata, aut promiſſa, nec per Poteſtatem, & Iudices reddatur ius contra prædicta, & ſi certa quantitas non eſt data, vel promiſſa, non poſſit habere de hæreditate, & bonis paternis, vltra libras ducentas: Bald. *conſ.* 247. *Præmiſſo ſtatuto, lib.* 1. vbi, quod tale ſtatutum non excludit à bonis, & hæreditate materna, & *conſ.* 246. *Monialis cum auctoritate, ver. ſecundo quæritur*, dicit quod eſt contra libertatem Eccleſiæ, & non valet, *eod. lib.* 1.

2. Item quod quicquid repertũ fuerit conſequi & habere poterit ex bonis fugitiui, vel quæ tenebat, & poſſidebat tempore fugæ, vel per ſex menſes ante, compartiantur æqualiter inter omnes creditores, ſiue ſint creditores vel eſſe appareant per chartam publicam, vel condemnationem quantum ad bona fugitiuorum inter tales creditores non ſit cauſa vel tẽporis priuilegium: Bald. *conſ.* 485. *Statuto ciuitatis, lib.* 1. vbi, quod non habet locum, vbi adeſt hypotheca expreſſa.

3. Item quod minoribus dentur in curatores, proximi attinentes, & tutores: Bald. *conſ.* 146 *Præmiſſis verbis, lib.* 2. vbi, quod ſi detur non proximior ſine diſcuſſione, datio & decretum eſt nullum, tanquam ex falſa cauſa, quia appellatione proximi intelligitur de proximiori.

Digitized by Google

4. Item ſtatutum, quod falſarius condemnatus perpetuo ſit excluſus ab omni fide in iudicio: Sign.*conſ.*5.*Cum inter Gabrielem,in prin.*maxime *n.*2. vbi, quod repellit etiam illum, qui obtinuit reſcriptum à Principe, ſi non narrauit falſitatem & condemnationem.

5. Item quod ſtantib. agnatis venientes per lineam fœmininam repellantur: Sign.Homod.*conſ.*14.*Super infraſcriptis,n.*3. vbi, quod tale ſtatutum corrigens ſucceſſionem, corrigit etiam tutelam.

6. Item quod nullus notarius audeat rogare, conficere, vel ſcribere aliquod inſtrumentum, niſi ſit ſcriptus in matricula: quod ſtatutum non habet locum in ſecundo notario, qui debet adhiberi, quia eſt caſus omiſſus: Sign.*conſ.*43.*In quaeſtionibus miſſis,in prin.*

7. Item quod nulla donatio præſumatur neq; valeat inter ſponſum & ſponſam, neq; morte confirmetur: Sign.Homod.*conſ.*49 *In quaeſtione vertente,col.*2.*ver.in oppoſitum,* vbi, quod quicquid habet vxor de iocalibus mariti, dicitur debitum vxoris compenſandum cum dote, quia non præſumitur donatio, neq. valet.

8. Item quod minor XXV. annis non poſſit obligari ex aliqua cauſa ſine conſenſu patris, quod non habet locum in iis, quæ veniunt in ſequelam alterius obligationis; ideo mulier minor recipiens iocalia à marito obligatur in conſequentiam matrimonii Sign *d.conſ.*49.*col.*2.*in fi.ver. item non obſtat ſi opponatur*, vbi, quod etiam extat ſtatutum, quod minor ex iſta cauſa obligetur.

9. Item quod nulla donatio præſumatur inter ſponſum & ſponſam, nec valeat, neq; morte confirmetur, quod eſt validum, licet ſit contra ius commune: Sign.*d.conſ.*49.*col.*2 *ver.in oppoſitum.*

10. Item ſtatutum contra homicidas confiſcationem bonorum imponit reſeruata parte filiis, quod in conſequentiam facit tales bannitos inteſtabiles: Sign.*conſ.*119.*per tot.*

11. Item quod periurus ſeu iurans falſum perdat cauſam: Sign.*conſ.*142. *in fi.*vbi, quod crimen falſi à ſtatuto efficitur publicum, quia quilibet poteſt accuſare.

12. Item in ciuitate Cumarum eſt ſtatutum, quod præſcribatur debitum ex chyrographo, ſi per duodecim annos ſteterit creditor quod nõ petierit, prout etiam eſt Mediolani, & valet: Cuma.*conſ.*177. *Suppoſitis ſtatutis, per tot.*vbi, quod inducit præſumptam ſolutionem.

13. Quod debitor, qui fugã fecerit, obligat fratres ſtantes ad eundẽ panẽ & vinũ, ꝙ intelligitur de vere & cũ effectu ſtante ad eundẽ panẽ & vinum, non autem per fictionem, & eſt odioſum ſtatutũ, & debet taliter intelligi, vt cui-

Digitized by Google

vt euitetur abſurdum: Cuma.*con*.146. *Simon & Hel as, per totum.* vbi late in cauſa fratris decocti conſuluit.

14. Quod valeat renunciatio filiarum nuptarum, & dotatarum tam hæreditati paternæ quam maternæ, & tale ſtatutum tollit effectum, *l. ſi. C. de pact.* Sign. *conſ.* 153. *Quæſtio talis, n.* 5. *& ſeq.*

15. Statutum circa ſucceſſionem excludit matrem & auiam à ſucceſſione filij & nepotis; item auum maternum, & alios ex latere materno, & vocat agnatos, ſuper quo plene Sign. *conſ.* 153. *n.* 7. *& ſeq.* & dicit, quod non excludit filias neque deſcendentes ex eiſd. maximè quando legata ex teſtamento nullo debentur. vide eum, quia ſubtiliter declarat.

16. Item quod non poſſit dici de nullitate ſententiæ, niſi ſemel, quod ſtatutum non habet locum, ſi is, qui dixit nullam, ſemel fuit excluſus, quia libellus erat ineptus, quia poterit iterum dicere: Sign. *conſ.* 142. *n.* 4. *ver. venio ad ſecundum.*

17. Item quod iurare debenti aſſignetur terminus, quod ſtatutum non habet locum in arbitris ſeu arbitratoribus: Sign. *conſ.* 223.

18. Item quod aduerſus laudum non poſſit appellari, reclamari, ſupplicari, querelari, neq; de nullitate dici, vel reduci ad arbitrium boni viri, vel alio modo infringi, quod non tollit reſtitutionem minoris, quia miſerationis cauſa conceditur, & non eſt ſublata niſi in ſpecie ſit dictum: Sign. *conſi.* 234 *p. 1 tot.* vbi in fine eſt ſtatutum.

19. Item quod Poteſtas poſſit inquirere, & procedere ſingulis dieb. & horis, quod non habet locũ in accuſatione, & intelligitur de dieb. qui non ſint feriati in honorem Dei: Sign. *conſ* 241. *In quæſt. accuſa, in prin.* & plenius *conſ* 243 *in pr.* vbi tollit contraria, *&* 244 *in prin.*

20. Contrarium per plura Leonar. de Ceruis inter conſilia Sign. 242. *n.* 10 *& ſeq.*

21. Declarat Sign. *conſ.* 244. *in pr.* vt poſſit inquiſitio fieri, & etiam certis caſibus atrocibus procedi propter periculum imminens.

22. Item ſtatutum, quod iurans falſum ad delationem Iudicis, vel partis, non habet locum quando pars ſolum obtulit, non. a. detulit iuramentũ; item quando iudex detulit extra terminũ ſententiæ; item quando iuramentũ eſt ſup vno falſo, & vno vero coniunctim poſitis, quia licuit totum negare; item non habet locũ, quando factum eſt qualificatum, prout delatum fuit, quia non probatur: Sign. *conſi.* 240. *In quæſt. per tot.*

23. Contrarium tenet Leonardus de Ceruis inter conſilia Sign. 242. *n.* 6 *& ſeq.* vbi per totum confutat Sign.

Digitized by Google

24. Decretum Iudicis Mediolani diſponit, quod exempti pro 12. filijs in ciuitate Cumana, ſint exempti ſolum ab onerib. perſonalibus, & extraordinarijs impoſitis à Communi, ſecus ſi à Principe: Bald. *conſi. 310. Si de iure communi, lib. 3. per tot.* vbi quod non ſunt exempti à refectione murorum ciuitatis.

25. Vallis Clauena cum ſua Roccha & caſtris fuit ex Imperiali reſcripto effecta de ciuitate Cumarum & eius Epiſcopatu, quæ vallis olim fuit in controuerſia, & data vltimo Comiti Lutherio de Ruſconibus: Caſtill. *conſi. 18. Sequitur tenor*, per totum.

MEMBRVM LXXXIII.

CREMÆ, ET EIVS STATVTA, *conſuetudines, & priuilegia.*

1. DEcretum D. Luchini Mediolani Domini erat, quod bannitus ex Mediolano eſſet etiam bannitus ex alijs ciuitatib. ſui ſtatus, & ſic ex terra Cremæ, & in terra Cremæ, & Mediolani extat ſtatutum ſeu decretum Domini, quod bannitus poſſit impune offendi. Per modum legis bannitus ex ciuitate Mediolani, interficitur Cremæ, impune interficitur, etiamſi eſſet bannitus in contumaciam: Sigu. *conſ. 89. Præſupponitur infra ſcriptum.*

2. Fuit creata Ciuitas à Gregorio XIII.

3. Benzones & Guinzones fuerunt inimici, & factioſi, & inter eos facta fuit pax & reſtitutio, quia Guinzones expulſi fuerant cum Comitibus de Camiſano: Sign. Homod. *conſ. 72. Factum ſic proponitur.*

4. Statuti Cremæ, quod procedatur ſummarie abſque ſolemnitate iuris, vigore teſtes poſſunt examinari poſt didicita teſtificata: Sign. *conſ. 79. Factum ſic ſe habet, n. 9* vbi ita conſuluit ad fauorem Comitum de Camiſano, vbi appellat terram Cremæ.

5. Cremæ extat ſtatutum, quod nullus vendere poſſit hæreditatem nō ſubdito, alias acquiratur proximiorib. agnatis eius, à quo proceſſerit. quod ſtatutum habet locum, ſiue hæreditas ſit adita, ſiue non, & magis verificatur, & magis proprie loquitur in hæreditate adita, quia venditio præſupponit aditionem Bal. *conſ. 312. Statuto Communis Cremæ, lib. 3.*

6. Statuta ſeu Ordinamenta Cremæ diſponunt, quod inſtantia cauſarum

Digitized by Google

rum ordinariarum ſit quadraginta dierum, cauſarum vero extraordinariarum quinquaginta dierum: Sign. *conſi.* 255 *per totum.*

MEMBRVM LXXXIV.

ALEXANDRIÆ CIVITAS, EIVS ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia.

1. ALexandriæ ciuitas eſt de dominio Ducis Mediolani: Iaſon *conſi.* 101. *Immunitas, lib.* 4. vbi quod habeat Antianos octo, Sapientes 12. qui vna cum Iudice repræſentant Conſilium.

2. Habet litteras Ducis de an. 1415 quod nullus ciuis eximatur à contributione onerum, conceſſas à Duce Mediolani; quæ tamen non tollunt exemptionem conceſſam à Communitate, vel quando dictis litteris fuit derogatum: Iaſ. *d. conſ.* 101. *n.* 4. *ver.* 4 *per te, lib.* 4.

3. Ciuilitatem poteſt concedere iure ſuo Cõmunitas Alexandriæ: Signor. *conſ.* 229. vbi, quod non poteſt Officialis etiam maior facere legem, niſi reſpiciat publicam vtilitatem.

4. Alexandriæ eſt ſtatutum, quod banniti poſſint impune offendi: Bal. *conſ.* 193. *Statuto Ciuitatis, lib.* 2. vbi, quod comprehendat etiam bannitos in contumaciam.

5. Item, quod requiſitus pro maleficio, ſi non venerit infra certum terminum, habeatur pro confeſſo: Bald. *dict. conſi.* 193. *in princip. ver. alio ſtatuto, lib.* 2.

6. Item, quod in cauſa criminali non admittatur procurator: Bald. *d. conſ.* 93. *ver. quæritur vtrum, lib.* 2.

7. Item, quod inducens falſos teſtes perdat cauſam, quod habet locum, etiamſi falſi teſtes inducantur à procuratore, quia imputandum eſt domino, qui talem elegit procuratorem: Sign. *conſ.* 229. *in fi.* vbi loquitur, quando non eſt ſoluendo procurator.

8. Item ſtatutũ, & conſuetudo redacta in ſcriptis eſt Alexandriæ, quod filia dotata etiam in minore ſumma, quam ſit legitima, ſit contenta, & valet ſtatutum tollens legitimam: Sign. *conſ.* 232. *n.* 3. *vſq. in fin.*

9. Item, quod maritus nihil poſſit relinquere vxori in vltima voluntate, quod ſtatutum cenſetur iuſtum, & quaſi iuri communi conſonum, quia ſicuti coniuges in vita prohibentur, ne mutuo amore inuicẽ ſe ſpolient, donare, ita etiãm in vltimo vitæ ſpiritu, in quo adhuc durat matrimoniũ, relinquere

quere

quere: Chriſtophor. Caſtillio, *conſil. 2. P. Certos filios, num, 3. & ſequ. verſ. de ſecunda.*

10. Et tale ſtatutum inhabilitat maritum, & vxorem, vt etiam non valeat extra territorium, tale teſtamentum: Caſtil. *d. conſ. 2. n. 5.*

11. Statutum, quod de hauere Communis non poſſit concedi per Antianos & Sapientes, ſed per Conſilium generale, non applicatur ad immunitates, quia hauere intelligitur de dominio & bonis: Iaſ. *d. conſ.* 101. *col. 4. n. 4. ver. 2 pro parte, lib. 2.* vbi, quod tali ſtatuto fuit etiam derogatum per aliud ſtatutum contrarium.

MEMBRVM LXXXV.

BERGOMI CIVITAS, STATVTA, conſuetudines, & priuilegia.

1. Bergomi ciuitas, iuſſu Papæ compulſa fuit ædificare capellam. ideo ſic compulſa non quæſiuit ius patronatus; Sign. *conſ.* 83. *Iuſſu Domini.*

2. Hæc ciuitas erat Ducis Mediolani, tempore Bernabonis Vicecomitis, qui fuit in bello cum Eccleſia Romana, & adhærentibus, videlicet Dominis Veronæ, Dominis Paduæ, & Dominis Ferrariæ, vt ex literis Bernabonis, qui diffidat generaliter ſubditos Colligatorum in ciuitate Bergomi, vt per Sign. *d. conſi.* 185. *in pr.* imo Caſtr. *conſ.* 34. *num.* 1. *in fin. lib.* 2. dicit, quod erat de Comitatu Mediolani, ideo de iuriſdictione Ducis Mediolani, etiam quod ab alio occupetur, valet legitimatio facta à Duce de bonis in Bergomenſi.

3. Datia mercium ſunt Ciuitatis, & Communitatis Bergomi, quia Cōmunitas locare ſolita eſt, & illa vendere: Sign. *conſ.* 185. *In quæſt. vertente*, vbi ponuntur Capitula locationis.

4. Statutum eſt Bergomi, quod mortuo marito ſtatim vxor poſſit repetere dotes ſuas non expectato anno, ideo operatur, quod ſi mulier non petijt dotem, non debentur alimenta, etiam pro primo anno: Caſtil. *conſi.* 33. *in pr. & per tot.*

5. Item eſt ſtatutum, quod poſſidens per decennium titulo vero, vel putatiuo præſcribat, ſuper quo Caſtrenſ. *conſil.* 24. *colum. antepenult. in princip. verſi. vlterius etiam dicitur, lib.* 2. vbi quod legitimatus à Duce Mediolani, etiam quod non haberet facultatem, præſcripſit, ſi poſſedit per decem annos,

quia

Digitized by Google

quia debet ſtatutum addere iuri communi, vt præſcribat etiam quocunq; errore vltra ius commune.

6. Circa præſcriptiones, ſtatutum vult, quod deducantur certa tempora; ſed tamen non habet locum in cauſis, in quibus ante ſtatutum iam præſcriptio eſſet completa, quia bene impedit ortum exceptionis præſcriptionis ſiniendæ, ſed non impedit ipſam præſcriptionem iam completam: Caſtr. *con ſ. 196. Viſo puncto. nu. 3. ver, ſecunda ratio, lib. 2.*

7. Circa appellationes diſponit, quod commiſſa appellatione, die prima iuridica appellans dare debeat libellum appellationis, ideo non poteſt præuenire, & ſi præuenit habetur appellatio deſerta, quia terminus cum ſit communis gratia vtriuſque partis debet ſeruari; maximè ſtante alio ſtatuto, quod verba ſtatuti ſeruentur, & executioni mandentur ad literam prout iacent: Caſtr. *conſi. 233. Viſo caſu, in pr. lib. 2.*

MEMBRVM LXXXVI.

CREMONENSIS CIVITAS, EIVS *ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia.*

1. Gverram & hoſtilitatem habuit ciuitas Cremonæ cum ciuitate Parmæ, vt de antiquis hoſtilitatib. refert Sign. Homod. *conſ. 70. In quæſt. vertente, n. 21 verſ. venio ad ſextum.*

2. Habet ciuitas Cremonæ iura regaliorum, & poteſt imponere pedagia ſuper tranſitu Padi tam ex Pace Conſtantiæ, quam ex priuilegiis diuerſorum Imperatorum: Sign. *d. conſ. 70. in pr. & per tot.*

3. Flumen Padi eſt in territorio Cremonæ, & ideo habet ciuitas Cremonæ ius nauigandi libere in dicto flumine vſque ad mare ex priuilegiis Othonis, ac Henrici V. & Federici Imperatorum, quæ omnia latè commemorat contra Parmenſes Signor. Homod. *conſi. 70. per totum*, vbi multa de hoc.

4 Vide tamen, quia poſtea Henricus Imperator reuocaſſe dicitur omnia priuilegia conceſſa Cremonenſibus, & tulit contra eos ſententiam priuationis, vt prætendunt probaſſe Parmenſes, quod non dicit ſufficere Signorol. *d. conſ. 70. n. 22. ver. venio ad tertiam.*

5. Statutum de ordine, & ſolemnitate tenenda in depoſitione teſtium: Alex. *conſ. 212. Ponderatis, nu. 18. in fin. ver. non præſtant etiam dict. teſtes, lib. 6.* vbi,

quod eſt formale, quia annullat actum, & num. 19. & ſeq. dicit, quod non tollitur per conſuetudinem contrariam per teſtes probatam, niſi deponāt de obſeruantia per 10. annos præteritos ante litem motam.

6. Cremonæ extat ſtatutū, quod colonus non poſſit interuertere poſſeſſionem domini, ſuper quo conſuluit Bald. *conſi. 315. Præſuppoſitū ſtatuto, per tot. lib. 1.* vbi quod operatur, quod dominus non perdit poſſeſſionem, licet colonus vendiderit rem conductam, & ſoluerit domino penſionem per multos annos, & idem repetit *conſi. 330. Statuto cauetur, n. 5. & 6. ver. ſed certe aliud,* vbi videtur dubitare, *lib. 1.*

7. Item quod quilibet poſſit alteri ſtipulari per quod acquiſitio ſit directa abſenti: Alex. *conſ. 27. Attentis, in pr. lib. 3.*

8. Statutum quod poſſeſſio defuncti continuetur in hæredem ſine lite, eſt Cremonæ, ſuper quo idem Bald. *conſi. 325,* & latius 330. *num. 7. verſic. pro qua opinione, libr. 1,* vbi, quod non admittitur appellatio, licet videatur mixtum poſſeſſorium continere propter illa verba, *ſine lite,* & latius *conſ. 331. Super prædicto puncto,* vbi quando admittat appellationem vel non tale ſtatutum.

9. Item quod ſi quis homicidium fecerit, decapitetur taliter quod moriatur, ſuper quo conſuluit Sign. Homod. *conſi. 1. Statuto ciuitatis Cremonæ,* vbi dicit, quod rixans cum marito & vxore, ſi percutiat vxorem ſui aduerſarij in renibus cum tabula, & diſperdat, quia prægnans erat, non tenetur pœna ſtatuti, maxime ſi non apparebat prægnans, vbi diſtinguit de iure communi, & iure municipali.

10. Item quod villæ teneantur denunciare incendia, & damna, ac maleſactores, alias teneantur ad emendam, ſuper quo Bald. *conſi. 174. Caſus eſt talis, per tot. libr. 2.* vbi quod habet locum etiamſi ignorentur incendiarij de nocte, ſecus ſi incendium eſſet cauſatum à fortuna.

11. Item quod cauſæ inter fratres vertentes debeant compromitti in duos amicos, & ſi non erunt concordes, in tertium, & quod procedant ſummarie & nullo ordine ſeruato: Bal. *conſi 35. Ioan. & Federic. in prin. verſi. præſuppoſito ſtatuto, lib. 5.* vbi *n. 8. ver. circa ſecundum,* dicit quod iſti arbitri ſunt iudices ordinarij, & eſt conſilium Angeli.

12. Item quod à præceptis arbitramentorum non detur appellatio, neque lauda poſſint dici nulla, neque iniqua, neque ab eis poſſit appellari, neque ſupplicari: Bald. *d. conſi. 35. colum. 1. in fin. ver. item præſuppoſito, lib. 5.* vbi *num. 9. verſ. circa tertium,* vſque in fin. quod non valet dictio de iniquitate ex quacunque cauſa.

13. Item

Digitized by Google

13. Item quod bona vendenda ponantur ad cridas, & venditor iuret poſſidere, ſuper quo Soc. *conſ.* 170. *In præſenti conſultatione, col.* 2. *verſi. poſtremo etiam confirmatur, lib.* 2.

14. Et plenius de eodem ſtatuto cridarum, quod ſit formale, & non ſeruata forma actus ſit nullus, & quomodo iudex poſſit ſupplere iuramentum partis haberi pro præſtito, plene Alexand. *conſ.* 212. *Ponderatis, in princ. lib.* 6.

15. Ludou. de Ceruis Doctor Cremonenſis erat iudex Poteſtatis Cumarum tempore Sign. Homodæi, cuius eſt conſilium Signo. 242. vbi motiuauit contra Signorolum ſatis doctè.

MEMBRVM LXXXVIII.

MANTVÆ STATVTA, EIVSQVE conſuetudines, & priuilegia.

1. MAntuana Ciuitas eſt ſubiecta Imperio, non Eccleſiæ, vt dicit Alex. *conſ.* 1. *n.* 5. *lib.* 2.

2. Sed tamen Mantuanus Epiſcopus conceſſit fœuda quædam Dominis ciuitatis Mantuæ, videlicet Ludouico Gonzagæ, qui ex tribus vxorib. habuit nouem filios, quorum quinque tantum fuerunt inueſtiti de fœudo Epiſcopali, videlicet Guido primogenitus Dominus Mantuæ ex prima vxore, item Azo, Ioan. & Iacob. ex ſecunda vxore, item Philippinus filius Corradini fratris iſtorum trium. Ex Philippino nati ſunt Corradus, Ludou. & Guido. Ex Guidone primogenito Domino Mantuæ nati ſunt Io. Franc. Feltrinus; ex Feltrino Guido; & litigabant hoc fœudum, ſuper quo Caſtre. *conſ.* 84. *per tot.* conſuluit, quod filij Guidonis primogeniti, & deſcendentes ab eo renunciarunt. ideo totum fœudum conſolidatur in filios Philippini per mortem omnium, *lib.* 2.

3. Aliud fœudum ab Epiſcopo Mantuano habuerunt Federicus & Franciſchinus Gonzaghæ, ſuper quo Caſtrenſ. *conſ.* 191. *per totum lib.* 2.

4. Caſtrum Reueri eſt in territorio Mantuano, habet ſtatutum, quod creditor in pecunia teneatur accipere in ſolutū de bonis debitoris, & qualiter intelligatur, plene Alex. *conſ.* 37. *Viſo, & opportune, n.* 5. *& ſeq. ver.* 2. *videtur,* & iterum *n.* 19 *ver. circa ſecundum, cum ſeq. lib.* 2. vbi, quod non habet locum in caſu iurato ſecundum magis communem, de qua *n.* 26.

Digitized by Google

5. Bellum nauale paſſa eſt Mantuana ciuitas illatum per Duces Mediolani tempore Baldi, vt ipſe dicit *conſ.323.in prin.libro ſecundo, incip. cum quidam medicus.*

6. De anno 1397. orta fuit guerra inter ciuitatem Mantuæ & Veronæ, de qua Bal.*conſ.329.in pr. lib.1.*

7. Conſuetudo eſt Mantuæ circa fœudalia, vt poſſint alienari accedente conſenſu directi domini, etiamſi ſint antiqua: Pariſ.*conſ.14.n.4.lib.1.* ſed tamen non ſufficit, quod probetur in genere, ſed debet probari in ſpecie: Burſat.*conſil.127.numer.quinquageſimo nono.* Rimin. Iun.*conſi.394.numer.94. lib.4.*

8. Epiſcopus Mantuanus habet priuilegium, quod nulla præſcriptio currat contra Eccleſiam Mantuanam, conceſſum à Federico II. & confirmatum à Carolo Rege Bohemiæ, vt per Angel. Aret.*conſ.72.In caſu ſu. radicto, per tot.* vbi, quod licet reſtringatur priuilegium, quod nulla præſcriptio currat ad centum annos, & non tollat præſcriptionem immemorabilem, fallit, niſi adſit clauſula, *non obſtante*, prout in priuilegio Mantuanæ ciuitatis.

9. Statutum eſt Mantuæ, quod pœna falſi puniantur teſtes falſi, & inducentes ad deponendum falſum: Petr. de Anch.*conſ.24.in pr. & in n.7 verſ. ideo diſc. tien um, vſq. in fi. em*, vbi quod habet locum ſolum in falſitate vera & punibili.

10. Circa ſucceſſionem Mantuæ eſt ſtatutum, quod ſorores cum fratribus aut nepotibus non ſuccedant ab inteſtato in bonis patris, teneantur tamen fratres eas honorifice dotare, ſi dotatæ non ſint, ſecundum facultatem patrimonij. Bal.*conſ.452. Statuto ciuitatis Mantuæ, & conſi.453. Viſo dicto caſu*, quod eſt Bart. de Salyc. *li. r.2.* vbi quod tale ſtatutum non habet locum ex teſtamento, quin ſorores conſequantur legitimæ ſupplementum: Ang.*conſi.359.Præſuppoſi o ſtatuto, in prin.* vbi quod etiam habet locum ab inteſtato, ſed ex teſtamento non quin aliter certa conſequi debeant, ſecus quoad legitimam: Card. Zabarel. *co ſ.22. Matres & propi qui*, vbi idem tenet, quod neptis ex filio poteſt petere ſupplementum legitimæ, quando auus fecit teſtamentum.

11. Contrarium de directo conſuluit Ang. de Vbal. in *conſil. Bald.466. Statuto ciuitatis Mantuæ, li r.3.* vbi quo ad legitimam cum ſit excluſa, habet locum, etiamſi factum eſſet teſtamentum, quod duplicatur per Ang. *dict. conſ.359.*

12. Vide Angel, Aret. *conſi.76.In iis dubitationibus*, vbi quod agnatus excludit

Digitized by Google

cludit ſorores, & mater habet ſolam legitimam, quæ eſt tertia pars legitimæ de iure communi, ſed minuitur per exiſtentiam ſororum, & applicatur agnato ſorores excludenti: Angel. Aret. *conſi'io 76. In iis dubit.tionibus, per totum.* vbi *in fin. numero 41. & ſeq. verſic. ve io nun. ad ſecundum*, declarat quibus debeatur ipſa legitima, ſi extant ſorores duæ excluſæ ab agnato, quæ concurrerent cum matre, & dicit, quod portio ſororum augetur agnato.

13. Alexand. *conſilio 113. Pro declaratione, in princip. lib. 3.* ponit verba ſtatuti Mantuæ; *ſtantibus agnatis mater non ſuccedat*, vbi dicit, quod tale ſtatutum dicitur vocare agnatos, ſed tamen admittit, quod debetur legitima matri.

14. Statutum Mantuæ mandans deduci tempora præſcriptionis pro tempore, quo abſens fuit is, contra quem præſcriptum prætenditur, loquitur in abſentia neceſſaria, non in voluntaria: Caſtrenſ. *conſ. 168. Viſo puncto, n. 3. lib. 2.*

15. Quod committens homicidium puniatur pœna mortis naturalis, licet ſimpliciter loquatur, non tamen habet locum, niſi homicidium ſit doloſum, & recipit interpretationem paſſiuam à iure communi: Caſtr. *conſ. 277. In cauſa incarceratoris, in prin. lib. 2.*

16. Tutelam mandat ſtatutū Mantuæ debere aſſumi infra duos menſes ſub pœna priuationis, & licet agnatus excludat ſorores in totum, & matrem excepta legitima, quæ eſt tertia, tamen ſi extat agnatus excludens, & mater, & ſorores, & mater ſit negligens in aſſumenda tutela, vel petendo tutore infra duos menſes debet priuari legitima, imo eſt priuata ipſo iure, vigore ſtatuti, ita quod licet aſſumpſerit tutelam poſt duos menſes, non euitet priuationem: Ang. Aret. *d. conſ. 76. In iis dubitationibus*, per totum, vbi pro vtraq; parte, & hinc tuetur.

17. Inſtrumenta habent exequutionem paratam ex ſtatuto Mantuano, ſed tamen non habet locum in inſtrumento rei venditæ ad pondus vel menſuram, niſi primo fiat ponderatio vel menſura, quia ante dicitur inſtrumentum conditionale: Ang. Aret. *conſ. 135. Intellecto*, per totum, maxime *num. 5. & ſeq. verſ. nec videtur.*

MEMBRVM LXXXIX.

MVTINÆ CIVITAS, STATVTA, conſuetudines, & priuilegia.

1. Ciuitas eſt Imperij ciuitas Mutinæ; ideo in ea ſeruatur ius ciuile in concernentibus ſucceſſionem, & temporalia, non autem ius Canonicum: Ang. de Peruſ. *conſ. 29. Titius exiſtens, in prin. & per tot.*

2. Inſignem ciuitatem eſſe dicit Alex. *conſ. 74. Viſo teſtamento, n. 9. lib. 1.* & quod in ea eſt copia Notariorum magna.

3. Eſt in Lombardia, ſicut eſt etiam Mantua, ſed ſub diuerſis Principibus. & ideo ciuitates Lombardiæ reputantur ſingulæ, vt prouincia, quando ſunt ſub diuerſis Principibus: Alex. *conſ. 57. Ponderatis, n. 5. verſ. & videtur quod, lib. 3.*

4. Superiorem recognoſcit; & ideo illius Priores & Regimen non poſſunt prorogare inſtantiam compromiſſi ſine conſenſu compromittentiũ: Alex. *conſ. 82. Ponderatis, n. 4. & ſeq lib. 5.*

5. Mutinam allegat Gloſſ. *in c. 1. § naturales, in verb. legitimi, tit. ſi de fœud. defunct. contentio ſit,* vbi ait fuiſſe determinatũ, quod legitimati ſuccedant in fœudo, quando in ſpecie ad fœudum per Principem fuit facta legitimatio, & ſequitur Calder. *conſilio 308.* alias 5. *circa med. verſic. & idem dico, de fœud.*

6. Bellum fuit alias pro territorio Mutinæ, vt refert Cald. *conſ. 366. alias 37. de teſtam.*

7. Mutauit ſtatum, & effecta ſubdita Eccleſiæ, & miſſus eſt Legatus, & pro pacifico ſtatu factæ ſunt multæ prouiſiones de anno 1474. vt in *conſ. fin.* Abb. *lib. 1.* quod eſt Ludouici Bolognini.

8. Eccleſia Cathedralis Mutinæ habet exiguos redditus propter bella, & occupationes, vt in gratia prouiſionis dictæ Eccleſiæ narratur. Ang. *conſ. 274. Bonifacius Epiſcopus.*

9. Planurſium fuit ab Imperatore conceſſum Comiti de Montecuculo, ſed poſtea fuit direptum, adeo quod amiſit iura & iuriſdictionem: Alex. *conſ. 43. De celerrima, lib. 1.*

10. Guerram habuit cum calamitate Mutina tempore Petri de Ancharano: ideo conſuluit eſſe locum reſtauro promiſſo tempore guerræ, etiam durante

Digitized by Google

durante tregua, quia prope fuerunt deprædantes etiam durante tregua, *conſ.88.Præmiſſa facti ſerie,per t t.*

11. Epiſcopalis conſtitutio Mutinæ contra vſurarios,ſeu prouincialis, ſuper qua conſuluit Anchar *conſ.425.Viſo & diligenter*, operatur, quod teſtamentum eſt nullum factum ab vſurario manifeſto,ſi non eſt ſeruata forma conſtitutionis, quæ poteſt addere pœnam,& ſolemnitatem maiorem iuri Canonico, & requirit citationem eorum, qui ſunt certi; item quod detur idoneus fideiuſſor pro quantitate declaranda per Vicarium,& multa alia.

12. Monaſterium Sancti Antonij Mutinæ fuit grauatum à Bonifacio VIII ſoluere perpetuo penſionem annuam librarum 1500. Monaſterio Montis Maioris,ſuper qua Rom.*conſ.369.Circa primum*, dicit eſſe nullam, quia exceſſiua, & quia Papa non fecit de poteſtate abſoluta, ſed de ordinaria; quia nulliter citauit, & non obſtat ſolutio facta, quia metu excommunicationis, & in 3. dub. dicit, hoc Monaſterium eſſe immediate ſubiectum Sedi Apoſtolicæ; & habet priuilegium, quod non poſſit ſe obligare, niſi de conſenſu Capitanei generalis, & valet, & ligat ignorantes.

13. Spilamberti caſtrum eſt in diſtrictu Mutinæ, de quo ſunt inueſtiti Nobiles de Rangonibus maſculi, cum clauſula, quod ſi vnus eorum delinqueret, etiam in perſonam domini fœudum non redeat ad dominum,ſed ad deſcendentes,vt per Alex.*conſ.103.Videtur,lib.1.n.17.ver.quinimo*,vbi de hac clauſula.

14. Habuerunt inter ſe diſcordias iſti Nobiles, & propterea dicit Alexand.*d.conſilio 103.in prin verſic 6. lib.1.*quod Dux Mutinæ propter diſcordias præcepit, quod omnia fœuda familiæ ponerentur in manibus Comitis Guidonis,& hoc ſub pœna indignationis:interim dum caſtrum Spilamberti ſpectaret ad Comites Vgucionem, Vincislaum & Nicolaum,ipſe Comes Nicolaus,cum 300. equitibus & totidem peditib armatis ingreſſus in arce Spilamberti eiecit alios ſocios Condominos,& concludit Alex.quod tenetur tanquam caporalis ad quadrupli reſtitutionem eorum, quæ fuerunt perdita,& per violentiam aſportata.

15. Dux Mutinæ non poteſt ex inobedientia vaſſalli ſui reputare illum rebellem proprie, & taliter, quod poſſit offendi impune, quod non habet locum in inferioribus Principibus: Alex.*conſ.103.Videtur,in fi.verſic. non obſt.4.lib.1.*

16. Comunitas Mutinæ cum habeat ſuperiorem,non põt alienare ſine licen-

licentia ſuperioris, prout adultus ſine curatore: Ang. Aret. *conſ.* 94. *In caſu conting. n.* 12. *& ſeq. verſ. cum dictum commune.*

17. Statuere tamen poteſt etiam auferendo generaliter ius ſuum priuatis ob publicam authoritatem: Alex. *conſ.* 190. *Mathre digeſtis, per tot. lib.* 2.

18. Molendina habentes tenentur facere & reſtaurare vegetes canalis Communis Mutinæ, ſtante ſtatuto ita ordinante, & conſuetudine introducta etiamſi eſſet iniuſta, quia reſpicit publicam vtilitatem, & licet loquatur de conſtructione, habet locum in refectione ex identitate rationis: Alex. *d. conſ.* 190. *per tot. lib.* 2. vbi multa congerit, & tollit contraria.

19. Conſuetudo prætenditur Mutinæ, quod fantolaſtris, quib. legatur dos, non debeatur, niſi ſeruiant in domo vſq; ad XX. annos, ſed tamen Alex. *conſ.* 20. *Viſo proceſſu*, dicit *n.* 7 *ver.* 2. *principaliter, lib.* 2. ait non probari, & ſufficere ætatem XVI. annorum.

20. Conſuetudo eſt Mutinæ, quod Canonici Mutinenſes poſſunt teſtari de fructib. præbendarum ſuarum percipiendis per annum, quæ valet, vt per Barb. *in c. fin. de pecul. cleric.* quem ſequitur & refert Belo. *conſ.* 3. *Curatus Eccleſiæ, n.* 9. *ver. quæ conſuetudo.*

21. Tuſcani ſunt Mutinenſes: Abb. *conſ.* 53. *lib.* 2. *In caſu conſilii.*

22. Conſuetudo Mutinenſis reprobatur *in c. fi. de ſponſ. duorum*, vbi quod in ciuitate ſi quis contraxiſſet cum duabus, habebat vltimam, ſi primo cũ ea conſummaſſet matrimonium, & dicitur damnata conſuetudo.

23. Conſuetudo non probatur, quod in inſtrumentis Mutinæ factis nõ debeat proponi nomen Imperatoris: Abb. *conſ.* 53. *Attingendo, per tot. lib.* 2. vbi in fine dicit, quod ciuitas non poſſet inducere hanc conſuetudinem in iis, quæ reſpiciunt honorem Imperatoris, licet non firmet.

24. Statutum Mutinæ de lucro dotis antiquum & nouum diſponit, quod maritus lucretur dimidiam dotis. ideo mulier, quæ ex primo matrimonio reliquit filios, ſi inſtituit patrem hæredem, filiis reliquit certum quid iure inſtitutionis, & maritus ſoluerit patri dimidiam tanquam hæredi; debent filii agere contra auum maternum ad ſupplementum, non autem contra hæredes vitrici, quia actio non datur: Fulgoſ. plene *conſ.* 59. *Domina Beatα.*

25. Nata ex incola reputato ciue gaudet beneficio ſtatuti, etiamſi ſit nupta forenſi. Alex *conſ.* 20 *Viſo proceſſu, in fi. lib.* 2.

26. Banniti ſecundum formam ſtatuti Mutinæ impune poſſunt offendi, & ſunt priuati omni actu legitimo, & conſequenter non ſuccedunt, quia habentur pro mortuis: Alex. *conſ.* 75. *Viſis, lib.* 1.

27. Sta-

Digitized by Google

27. Statutum Mutinæ tria prohibet; cum Bononienſibus non poſſe obligari perſonaliter; item obligationem bonorum; & dationem in ſolutum, ſuper quo Ant. de Butr. *conſ.* 35. dicit, quod non habet locum in reſtitutione dotis, quia impediret matrimonium, & quod non tollit tacitam legalem hypothecam pro dote, & quod mulier pro dote poteſt accipere bona ſtabilia, vt vendantur diſtrictuali, vel reſtringi debet ad dationem in ſolutum voluntariam non præcedente obligatione.

28. Statutum, quod bona non cadant in non ſuppoſitum, & non ſuppoſiti non ſuccedant, quod non comprehendit religioſos & eccleſiaſticos, alias eſſet contra libertatem Eccleſiaſticam: Zabar. *conſ.* 102. *circa fin. ver. de ſtatuto autem.*

29. Statutum Mutinæ, ſeu decretum regiſtratum in ſtatutis contra vſurarios, & pro eis continet, quod mutuantes Hebræi puniantur in 25. ſcutis, ſi non ſint ſocii habentium priuilegium; ſi vero ſunt ſocii, eis fiat ius exequutiuum, quod ſtatutum, quantum eſt pœnale, non extenditur, ſi Hebræus non habens priuilegium ſuo nomine mutuet gratis, ſed bene in quantum eſt vſurarius, non habet ius exequutiuum: Io. de Imol. *conſ.* 85. *In caſu præmiſſo* per totum.

30. Statutum Mutinæ ſuper captura debitoris admittit, quod poſſit capi in exequutione ſententiæ, etiam quod tenuta eſſet capta, & ſic facta exequutio realis: Angel Aretin. *conſilio* 8. *numero quarto. ver. venio ad ſecundum.*

31. Item ſtatutum de ſententiis & laudis exequutioni mandandis, & ſtatutum de vocatis in iure, & non venientibus, quæ videntur eſſe contraria, conciliantur, quia ſtatutum de vocatis in iure loquitur de pignore Prætorio, aliud de pignore iudiciali, quæ ſunt diuerſa: Ang Aret, *d. conſ.* 8. *n.* 11. *& ſeq. per tot. verſ. capit. tertiam.*

32. Statutum Mutinæ circa ſolemnitatem in contractibus minorum adhibendam, & alias non valeat contractus, non habet locum in caſu iurato, quia tunc obligat iuramentum non ſeruata ſolemnitate: Alexand *conſilio trigeſimo octauo. Viſa petitione, per totum. libro* 3. vbi maxime *num.* 9. *in fin. cum ſeq. ver. poſtremo*, dicit, quod etiamſi faceret mentionem de iuramento, & illud tolleret, non poſſet, quia ſpectat ad Eccleſiam, non ad ſeculares. & iterum *conſilio* 29. *Clariſſime Doctor*, maxime *numero* 14. *& ſeq. lib.* 7. vbi quod ſiue loquatur in rem, ſiue in perſonam, ſiue dirigat verba in creditorem, ſiue in debitorem, ſiue in ambos, non poteſt tollere iuramentum.

Digitized by Google

33. Item, ſtatutum Mutinæ, quod qui venerit ad habitandum in ciuitate, non poſſit conueniri vel moleſtari ab aliquo forenſe ex quocunque contractu vel debito, quia non habet locum in contractu iurato, quem habet forenſis: Alex.*conſ.*38.*n.*11 *lib.*3.

34. Compromiſſum non poteſt fieri in forenſem, & factum non valet, & laudum eſt nullum ſecundum ſtatutum Mutinæ: Alex.*conſ.*82.*Ponderatis, in fi. ver. poteſt etiam dici, lib.*5.

35. Statutum Mutinæ, ſeu conſtitutio Principis in ſtatutis regiſtrata, mandat, quod inſtrumenta Notarij mortui poſſint demandari authenticari per hæredem alicui notario immatriculato, vel quod habens cauſam à notario mortuo poſſit in authenticam formam releuare, dummodo auſcultauerit, & concordare inuenerit cum originali, quæ omnia debeant conſtare, plene Alex.*conſ.*198.*Viſo, n.* 5.*& ſeq. ver. præterea ex forma prouiſionis, lib.*7.

36. Item, quod omnia inſtrumenta debeant deſcribi in memorialibus Communis Mutinæ per Notarium ad ipſum officium deputatum, alias ſint nulla, & licet infirmitas excuſet, non tamen creditur ſoli notario de infirmitate, vel alio impedimento: Alexand. *conſi. io* 198. *nu.* 8.*verſ. non inuenio, lib.*7.

37. Statutum criminale Mutinæ, quod deponens falſum puniatur eadem pœna, qua puniri debuiſſet ille, contra quem depoſuit, ſi veritatem depoſuiſſet: ſuper quo Alex.*conſ.*55.*In cauſa inquiſitionis*, vbi circa fin. *lib.* 7. dicit, quod eſt conforme iuri communi, ſed non habet locum in eo, qui falſum depoſuit non directe contra aliquem, vt delinquentem, quia tunc pœna erit arbitraria.

38. Statutum Mutinæ circa lauda, quod non poſſit appellari, neque dici de nullitate, ſed mandat, quod exequutioni mandentur ipſo facto, loquitur & comprehendit appellationem omnẽ, & non friuolam tantum: ideo tollit ẽt recurſum vno caſu excepto, quando in reductione petita allegaretur quod latum fuit ex dolo, & fraude, vel corruptela iudicis, ſeu partis, vel propter falſitatem commiſſam. quia iſtis caſibus eſt locus reductioni, quia ſtatutum non comprehendit caſum doli, & fraudis, aut falſitatis, & ſi comprehenderet, non valeret: Alex. *conſ.* 39.*Viſo puncto, per tot. lib.* 7.

39. Declara tamen, quia antequam iudex recurſus incipiat procedere, debet plus ſumarie cognoſcere de dolo, fraude, ſeu falſitate, & ſi conſtat ſibi de eo, procedit plenarie in cauſa, ſi non conſtat, declarat non eſſe procedendum, ſi dubia eſt probatio, in dubio pro recurſu, ſicut pro appellatione:

latione: Alex. *d. conſilio* 139. *in fin. num.* 8. *verſic. habet tamen inprimis, libro ſeptimo.*

MEMBRVM XC.

NOVARIÆ STATVTA, conſuetudines, & priuilegia.

1. Ciuitas Nouariæ eſt de directo dominio Imperij, vt per Rot. *de. iſ. Sarn.* 18 *lib.* 1.

2. Et ciuitas Nouariæ habuit bellum cum Roberto Dalinatiis, qui debellatus fuit, & eius bona confiſcata, & inter cætera villa Sextitia, quæ eſt fœudalis Abbatiæ S. Petri de Nouaria, fuit occupata ab ipſa Communitate. poſtea poſt longam litem per tranſactionem fuit Communitas inueſtita ab Abbate ſub canone ſcutorum quinque ſingulo anno auri de Camera, & confirmatio fuit obtenta à Pio Papa II. ſuper validitate conſuluit Alex. *conſ* 92. *perſpectis, per tot. lib.* 6.

3. Epiſcopus Nouariæ eſt Dominus RiperæO tanæ, in qua de conſuetudine ſuccedit omnibus illis, qui moriuntur ſine deſcendentibus: Signor. Hõmod. *conſ.* 71. *Factum ſic ſe habet, per tot.* vbi, quod non poteſt tranſigere remittendo hoc ius ſine licentia Papæ.

4. Vectigalia etiamſi ſint de regalibus, ſpectant ad ciuitatem Nouariæ, vigore ſtatuti confirmati à Duce Mediolani: Bald. *d. conſ.* 242. *Antiqua quæſtio, per tot. lib.* 2. quod eſt Baldi & Ioannis Zanobii de Vbaldis Conſiliarij Ducis Mediolani.

5. Statutum Nouariæ eſt, quod cauſæ omnes inter aſcendentes & deſcendentes indiſtinctè, & inter collaterales vſque ad quartum gradum compromitti debeant: ſuper quo Bald. *conſilio* 354. *Super eo quod quæritur, per tot. lib.* 3. vbi, quod habet locum in cauſis minorum, & reſtitutionis in integrum, dummodo petatur ante concluſum in cauſa, & non poteſt peti poſt rem iudicatam, & vbi ſubeſt calumnia.

6. Item quod portantes, vel expendentes monetam falſam in vna, vel pluribus vicibus vſque ad libras decem, comburantur, de quo Bald. *conſ.* 155. *Requiritur in volumine, lib.* 3. vbi, quod habet locum in eo, qui portauit, licet non expendiderit, & quod dolum requirit, ſed tamen dolus præſumitur in portante, vel expendente.

Digitized by Google

7. Item, quod Poteſtas teneatur aperiri facere loca communia per quatuor bonos homines, quod ſtatutum licet ſit formale, tamen ſi per octo homines electos ſit facta apertura, valet, quia pinguior eſt electio octo, quam quatuor: Signorol. Homod. *conſ.* 17. *Statuto Communis Nouaria.*

8. Item circa pœnam adulterii, quod committens adulterium per vim incidat in pœnam centum librarum, & ſine vi incidat in pœnam quinquaginta librarum, & mulier comburatur, ſi marito placuerit, & ſi noluerit eam comburi, amittat dotem, quæ remaneat marito, ſed præmoriente marito medietatem lucrentur hæredes mariti: Signor. *conſ.* 58. vbi qualiter procedat.

9. Statutum, quod maritus mortua vxore lucretur medietatem dotis: Sign. *conſ.* 146. *Factum ſic proponitur.*

10. Statutum, quod creditor poſſit agere, vel contra debitorem, vel contra tertium bonorum poſſeſſorem, tollit cumulationem, quia vbi datur electio, ceſſat cumulatio: Sign. *conſ.* 192. *in fi.*

MEMBRVM XCI.

ALBA CIVITAS, ET EIVS STATVTA, ac conſuetudines.

1. STatutum Albæ, quod nullus poſſit declinare iuriſdictionem Poteſtatis ſub pœna, non comprehendit Clericum, etiam pro bonis patrimonialibus, alias eſſet contra libertatem Eccleſiaſticam: Signorol. *conſilio* 80. *Factum ſic præſupponitur, numero* 6. *verſic. venio ad ſecundum*, & per totum.

2. Albæ ciuitas eſt Marchionis Montisferrati, & in eius territorio ſunt caſtra Diani, Rodelli, Rodi, Piani, & Verdini, quæ ſunt Marchionis de Buſca. Anchar. *conſilio* 310. *Tres Domini, in p incip. & per totum*, vbi, quod dicta caſtra ab Imperio conceſſa fuerunt Communi Albæ de anno 1240.

3. Marchiones de Buſca ſunt antiqui fœudatarii, & poſſident caſtra Diani, & alia, de quibus ſupra proxime, in territorio Albæ. contra quos Marchiones prætendebant tres Domini, videlicet Comes Sabaudiæ, Marchio Montisferrati, & Epiſcopus Albenſis: Anchar. *conſ.* 310. qui dicit eſſe

Digitized by Google

eſſe caſtra libera, ſed tamen ſi volunt aliquem in Dominum recognoſcere, debent potius Marchionem Montisferrati Dominum Ciuitatis, in quo concurrit iuris communis præſumptio, recognoſcere.

MEMBRVM XCII.

FORLIVII CIVITAS, STATVTA, *conſuetudines, & priuilegia.*

1. Ciuitas Forliuij eſt de iuriſdictione Romanæ Eccleſiæ: Alexand. *conſ.* 254. quod eſt final. *lib.* 6. *n.* 12. *ver. rurſus.*

2. Et eſt in Prouincia Romandiolæ, quia ſubijcitur conſtitutioni dictæ prouinciæ, vt per Ang. Are. *conſ.* 131. *In themate, n* 15. *& ſeq. ver. nã conſtitutione.*

3. Priores portabant veſtes pelliceas nobiles, & de roſato, vt in contingentia facti Aret. *conſi.* 133, maxime *n.* 12. *ver.* 2. *principaliter*, adducit teſtes probantes ex parte Laurentij Peliparij, qui dedit Peregrino Arcolano vnam fodram pellium martororum pro foderanda veſte de ſcarlatto, quas pelles emerat Lauren. à Dario & Antonio Maldene.

4. Stylus eſt Forliuij in tribunali iudicis appellationum, quod licet ex conſtitutione prouinciæ Romandiolæ debeat appellatio interponi infra 10. & proſequutio fieri infra 20. dies, & pars debeat in proſequutione citari de commiſſione iudicis, tamen de ſtylo non requiritur commiſſio iudicis, ſed ſufficit, quod pars dederit nuntio citationem: Aret. *conſ.* 133. *n.* 29. *ver. vel tertio.*

5. Statutum Forliuij excludit fœminas ſtantib. maſculis; & ideo teſtator cenſetur ſe conformare cum ſtatuto, vt appellatione filiorum intellexerit de maſculis ſolis, quando agitur de ſucceſſione, quia tunc maſculinum non concipit fœmininum: Fulg. *conſi.* 34. *D. Cath. rina*, per tot.

6. Et ſuper eod. ſtatuto Forliuij, quod ſorores excludantur ab agnato, & matri reſeruetur legitima, quod intelligatur in proprietate, ſed ſi tranſit ad ſecunda vota, intelligatur in ſolo vſufructu: plene Aret. *conſ.* 78. *Pro deciſione*, per tot. vbi plura de ſtatuto, & quod matri competit actio ex conditione ſtatuti, & alia. vide eum.

7. Statutum, quod mortuo filio mater ſuccedat vna cum patruis filij, ſi extant, vel, ſi non extant, cum patruorum filijs: Ant. de Butr. *conſ.* 53. *Quidam Magiſter.*

Digitized by Google

8. Statutum de præſcriptione ſex vel 10. annorum, per quod denegatur audientia volenti agere ex inſtrumento poſt 10. annos valet, & poteſt ciuitas potens Forliuij ſtatuere, vt inſtrumentum poſt certum tempus non faciat fidem. Aret. *conſi.133 In themate, n. 18. & ſeq. ver. ſed tamen his non obſtan.* vbi plene vſque ad *n.21.*

9. Statutum Forliuij ſub rubri. *de tutoribus dandis pupillis*, diſponit, quod pupillus ſi habet tutorem ſuſpectum, poſſit dari tali tutori adiunctus duobus concurrentibus, vt petatur hoc ab aliquibus conſanguineis pupilli ex parte patris, & quod iudex arbitretur hoc expedire pupillo: Petrus de Anchar. *conſi.36 Viſa quadam petitione*, per totum: vbi, quod eſt formale, & correctorium iuris communis, & quod forma non ſeruata ſententia eſſet nulla.

10. Conſuetudo eſt in eadem ciuitate Forliuij, quod tutores tenentur dare Maſſario Communis copiam inuentarij bonorum pupilli, alias poſſunt vt ſuſpecti amoueri: Petrus de Anchar. qui hoc non firmat pro abſoluto, ſed præſupponit extare *dict. conſi. trigeſimo ſexto. in fin. numer. nono. verſi. vlterius.*

MEMBRVM XCIII.

TVDERTINA CIVITAS, STATVTA, conſuetudines, & priuilegia.

1. Ciuitatem Tudertinam eſſe liberam à Romana Eccleſia, & libertatem præſcripſiſſe prætendebat à tanto tempore circa quod memoria non erat in contrarium, ſed ſubmiſit ſe iuriſdictioni S.R.E. pro qua Lapus *Allegat.86. In Chriſti nomine*, allegat pro ciuitate, non valere talem ſubmiſſionem tanquam non factam ab omnibus, neque collegialiter.

2. Dum ciuitas Tuderti fletit rebellis ab Eccleſia Romana, exercebat iuriſdictionem popularem; & ideo dicebatur habere duplex patrimonium, vnum priuatum, prout Communitas, & aliud publicum, prout ius fiſci, ideo cum redijt ad obedientiam Romanæ Eccleſiæ quæſita per eam ex peculio particulari retinet tanquam propria, quæſita vero ex publico, & fiſcali iure, ſunt Romanæ Eccleſiæ: Abb. *conſ. 94. in pr. lib. 2.*

3. Vide Bartol. *conſi. centeſimo ſexageſimo nono. Statutum ciuitatis Tuderti, numer. quarto, verſi. præterea, libro primo.* vbi, quod ciuitas Tudertina non habet iura

iura fiſci, nec priuilegium fiſci, ſed vtitur iure priuato, & propterea condẽnatus ex delicto in pœnam pecuniariam dicitur ciuiliter condemnatus in ciuitate Tudertii, quando pœna debetur Communitati, quia eſt priuata, & vtitur iure priuato.

4. Sed bene habet appellationes tam in prima, quam in alijs inſtantiis, quia ad alium non appellatur, niſi ad Priores, & Conſilium generale: Bart. l. plene *conſi. 172. Dubia num 3. & ſ. quen. verſi. ſecundum dubium, lib primo.* vbi, quod licet deputauerint aliquos ciues cum poteſtate legem condendi ſuper extimo, non tamen poſſunt facere ſtatutum, quod non detur appellatio à ſententia iudicum ſuper extimo: plene Bart. *conſi. prædicto*, vbi Apoſtil. *in ver. condendi legem.*

5 Epiſcopus Tudertinus habet eccleſias in diœceſi Peruſina, quæ ſpectant ad inſtitutionem & deſtitutionem Epiſcopi Tudertini: Federic. de Sen. *conſil. nonageſimo nono.* vbi, quod Rectores talium eccleſiarum ligantur conſtitutionibus Epiſcopi Tudertini, & non Epiſcopi Peruſini, & quod ita ſeruatur.

6. Conſtitutio Tudertina Epiſcopalis eſt, quod exequutores debeant infra annum exequi pia legata, alias exequutio deuoluatur ad Epiſcopum, ſuper qua Roman. plene *conſil. 228. Pro plena*, per totum; vbi, quod non ligat ignorantes, ſed tamen non eſt licitum allegare ignorantiam, per ciues & habitatores longo tempore, ſecus per nouellos, & quod habet vim monitionis, vt lapſo anno priuetur, vbi Apoſtil. dant concordantes, & in vltimo dubio declarat, quod eſt Tudertina, qui. Epiſcopus Tudertinus non potuerit compromittere in conſultorem, quia poteſt contradicere, ſi datur conſilium iniuſtum, & appellare, & non habet locum in exequutoribus datis ad eligendum & diſtribuendum: ſuper qua Abb. *conſi. 110. In cauſa, in 3. dub. lib. 2.*

7. Cardinalem habuit tempore Baldi, ſuper cuius donatione facta Machaltæ ſuæ ſorori, conſuluit Baldus *conſil.* 381. *Factum tale eſt, libro quarto.*

8. De alio Cardinale tituli S. Marci eminit Fulg. *conſ.* 125. vbi, quod deceſſit, & an valeat locatio per eum facta in præiudicium ſucceſſoris, quod ſic.

9. Cardinalem habuit ciuitas Tudertina, quem citat Bal. *conſ.* 134. *Factum ſuper quo, lib.* 2. qui ſcripſit in Iure, vt ibi videri poteſt.

10. Et aliquando habuit Cardinalem Vicarium, & Legatum in Patrimonio, cui obediebat ciuitas, & ſuberat; aliquãdo habuit Cardinalẽ Vicarium

Digitized by Google

rium generalem, & Legatum in ſpecie in ipſa ciuitate: Abb. *conſ.* 94. *In quaſtione, n.* 1. *ver. venio ad ſecundum, lib.* 2.

11. Hoſpitale Sanctæ Catharinæ ex legato pio habuit bona Iacobi Mainuccij, & eſt exemptum ab Epiſcopo: ideo de tali legato non debetur quarta Epiſcopalis: Abb. *conſilio* 110. *In cauſa Hoſpitalis, libro ſecundo, per totum.*

12. Priores Tudertinæ ciuitatis habent limitatam poteſtatem, ideo non repræſentant populum, neque Decuriones, & ad eos non eſt appellandum in appellationibus deuoluentibus ad populum: Bal. *d. conſil.* 476. *lib.* 2.

13. Priores Tuderti impoſuerunt collectam Clericis, & ideo obligati ſunt in ſolidum ad reſtitutionem: Baldus, *conſilio trecenteſimo viceſimo nono. Quidam Priores, lib.* 4. vbi, quod periculoſum eſt dare vocem in ſimilibus negotijs.

14. Statutum habet ſuper libra, & cataſtro extimi, & ideo elegit Conſilium generale certos Nobiles ſuper libra & cataſtro, quibus dederunt facultatem legem condendi, & amplum arbitrium: ſuper quo plene Bartol. *conſilio centeſimo ſeptuageſimo ſecundo. Dubia*, per totum, *libro primo*, vbi ſoluit octo dubia: primum, quod non poſſunt facere legem in præiudicium particularis perſonæ, vt allibratus vt ciuis, allibretur vt comitatinus: ſecundum, quod non poſſunt facere legem, quod non appelletur à ſententia diffinitiua ſuper cataſtro & libra, per iudicem lata: tertium, quod non poſſunt ſtatuere, quod iudices ſuper cataſtro non poſſint ſyndicari, niſi verba ſint ita generalia, quæ compræhendant: quartum, quod filius comitatini natus in ciuitate, non eſt ciuis: quintum, quod non poſſunt tollere præſcriptionem: ſextum, quod Comitatinus poteſt præſcribere ciuilitatem: ſeptimum, quod inquiſitio & accuſatio non requirant locum, neque tempus, non valet ſtatutum, quin locus & tempus requiratur in probatione; vltimum, quod in caſu dubiæ probationis reus ſemper abſoluitur.

15. Statutum Tuderti circa appellationes à Poteſtate ad Capitulum, vel econtra, operatur, quod ſi non extat officialis, ad quem debet appellari ad populum ſi liber eſt, ſin minus, ad ſuperiorem ciuitatis: Bal. *conſi* 476. *Viſo puncto, lib.* 2.

16. Ædificare poteſt quilibet balconem, & porticum pro ſuo velle ſine contradictione alicuius, ita dictante ſtatuto, ſuper quo Bartol. *conſi.* 64. *Super puncto*, per tot. *lib.* 1. vbi, quod tollit nunciationem, & quod facta nunciatione potuit ſperni, & ædificatum poſt talem nunciationem non debet

bet demoliri, quia contra ſtatutum permittens nunciatio redditur calumnioſa.

17. Vſus communis loquendi in ciuitate Tuderti eſt, quod dos dicitur patrimonium mulieris, ſiue virginis ſiue viduæ; ideo licet de iure communi dos non poſſit eſſe ſine matrimonio, & expectet nuptias, fallit in ciuitate Tuderti ex communi vſu loquendi: Bart: *conſil.* 200. *Quaritur, in fin.* & per totum, *lib.* 1. & iterum *conſi.* 45. *Super quæſt. lib.* 2. *in fin.* & iterum *conſ.* 50. *n.* 5. *in fi. lib.* 2.

18. Statutum Tuderti ſuper captura ſuſpectorum tria requirit: primo, quod de debito appareat per inſtrumentum guarentigiæ; ſecundo, quod illud inſtrumentum fuerit oſtenſum iudici; tertio, quod creditor, vel hæres, aut ceſſionarius iuret habere ſuſpectum: Bald. *con.* 374. *Quæritur vtrum captura, lib.* 4. vbi, quod poteſt tale iuramentum præſtari per procuratorem, & quod præſumitur præſtitum.

19. Statutum eſt Tuderti, quod Peruſini habeantur & tractentur pro ciuib. Tudertinis: Bal. *conſ.* 29. *Ordinamentum, lib.* 5. vbi, quod debent omnino tanquam ciues tractari, vbi quod idem priuilegium etiam habent Tudertini à Peruſinis.

20. Statutum Tuderti, quod decedenti ab inteſtato ſine filijs ſuccedant proximiores agnati excluſa matre habet locum etiam in pupillo decedente, licet non poſſit teſtari ex communi vſu loquendi in dicta ciuitate: Bal. *conſi.* 4. *Factum ſic ſe habet, lib.* 2.

21. Contrarium, quod imo non habeat locum pupillo decedente, & quod mater ſuccedat, nec excludatur, latiſſime Bald. in caſu dicti ſtatuti, *conſ.* 57. *Factum tale eſt nu.* 3. *ver: nunc igitur, lib.* 4. & Bal. *conſ.* 129. *Factum proponitur, n.* 3. *ver. nec obſtat, lib.* 4. quod eſt Ioan. D. Petri de Amelia, & hanc eſſe communem opinionem contra Bar Bald. *conſ.* 465. *Sequendo communem, lib.* 3. niſi probetur communis vſus, & conſuetudo contraria in iudicio, vbi ponit continentiam ſtatuti, quod mater ab inteſtato non poſſit filio ſuccedere, niſi in octaua parte.

22. Item quod decedenti ſine liberis ſuccedant agnati vſque ad tertium gradum incluſiue, videlicet proximior ſuccedat, quod non habet locum, ſi quis decedat cum nepte ex filia, quia nõ dicitur decedere ſine filiis vel liberis, qui relinquit ex ſe deſcendentes: Bal. *conſi.* 435. *Punctus ſuper quo,* per totum, lib. 4. & vide hoc ſtatutum extenſum per Angel. conſ. 119. Statuto ciuitatis, per quod vocantur agnati vſque ad tertium gradum, & mater habet octauam partem, ſi extat, ſin minus, auia paterna; auia vero ma-

Digitized by Google

terna, & alij cognati excluduntur, & nullæ fœminæ admittuntur, niſi ſit ſoror, vel neptis, quæ ſunt agnatæ, niſi extent frater carnalis, vel nepos ex eo, vbi, quod frater vterinus non continetur ſub ſtatuto, quia cognatus eſt:

23. Item ſtatutum de ratione reddenda à tutoribus &c. non eſt taliter formale, vt annullet actum: Bald. *dict. conſi. 57. num. 1. verſic. videamus igitur, libr. 4.*

24. Statutum circa ſucceſſionem, vt maſculi deſcendentes excludant fœminas, ſiue agatur de ſucceſſione patris, vel aui, aut aſcendentis, non habet locum, ſi ceſſant maſculi deſcendentes, quia tunc fœminæ admittuntur excluſis tranſuerſalibus defuncti quantumcunque proximis. ideo neptis ex fœmina filia excludit nepotem ex fratre defuncti: Bald. *conſ. 435.* per totum, libr. quarto. Et de iſto ſtatuto Tudertino, quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant Angelus *conſ. 124. Iolus Dominus Dalmatii, in princ.*

25. Et ſuper huiuſmodi ſtatuto ſub rubrica, *Quod filia*, &c. dicit Bartolus quod ſimpliciter excludit fœminas filias ab inteſtato ſtantibus filijs maſculis, ex teſtamento vero eas excludit, quatenus ſint dotatæ. & propterea dicit, quod licet ſint dotatæ in minus, quam ſit legitima, non tamen poſſunt petere ſupplementum, quia ab inteſtato ſunt excluſæ: Bartolus *conſilio octauo. Factum tale, colum. fin. numer. 9. verſ. tertio poteſt dubitari, lib. 1. vſque in fin.*

26. Adde ſtatutum Tuderti circa ſucceſſionem maſculorum excluſis fœminis, per quod diſponitur, quod filia dotata à patre ſit contenta, nec aliud petere poſſit, licet excludat filiam à legitima, illud procedit, quatenus pater minus legitima leget; ſi vero legaret vltra legitimam, tunc ſibi non poteſt imponi grauamen pro quantitate legitimæ: Ang. *conſ. 124.* per totum.

27. Mater tamen ſuccedit filio decedenti in octaua parte bonorum, ſed ſtatutum non habet locum, quando pater ſubſtituit filio quandocunque decedenti, quia ſi decedit in pupillari ætate, ſubſtitutio eſt pupillaris expreſſa, quæ ſicuti excludit matrem à legitima, ita etiam à portione ſtatuti, quia ſtatutum loquitur ab inteſtato: ita Bart. *conſ. 8. Factum tale proponitur, n. 2. lib. 1.*

28. Et iſta portio octauæ partis ſecundum Bar. non eſt legitima, neque loco legitimæ, quia Bartol. *d. conſ. 8. n. 5. & ſeq. verſ. ſuper tertio, lib. 1.* vult, quod legata patris prius tanquam æs alienum debeant ſolui, & de reſiduo quod

remanet.

remanet in hæreditate filij ſoluatur iſta octaua matri, quod non eſſet verum, ſi eſſet loco legitimæ ſubrogata, vt in verſ. *Legitima filiorum*, *Concl.* 178. *verſic. amplia in tantum*: ſed caue, quia non eſt verum niſi reſpectu legitimæ debitæ filio, & portionis dictæ legitimæ debitæ matri in reſiduo non concludit argumentum.

29. Statutum circa electionem calculatorum, & circa appellationes eſt Tuderti, per quod diſponitur, quod appellans à ſententia calculatorum debeat appellare in ſcriptis, & expreſſa cauſa: Ang. *conſ.* 130. *Viſis omnibus*, vbi, quod ſi appellans non eſt proſequutus appellationem, poteſt iudex à quo deſerta appellatione exequi ſententiam etiamſi non eſt pronunciatum ſuper deſertione.

30. Statutum Tudertinum circa exequutionem inſtrumentorum guarentigiatorum diſponit, quod contra ea non poſſit opponi exceptio, niſi ſolutionis: Ang. *conſ.* 132. *Quidam Nicolaus*, vbi ponit verba ſtatuti, & dicit quod non habet locum, ſi opponatur compenſatio debiti liquidi etiam poſt præceptum de ſoluendo.

31 Item quod nulla mulier ſine præſentia fratrum carnalium, ſi habet, & ſi non habet, ſine præſentia duorum proximiorum conſanguineorum, ſi habet in ciuitate vel comitatu contrahere, vel teſtari non poſſit; ſi vero illos non habet, tunc poſſit: Ang. *conſ.* 333. *Statuto Tuderti*, vbi quod intelligitur de habilibus tam de iure quam facto, ideo fatui, minores, & abſentes habentur pro mortuis, & tunc ſequentes ſuccedunt, vt adhibeantur.

32. Et ſuper hoc eodem ſtatuto plene Bartol. *conſil. decimo. Viſo ſtatuto*, per totum, vbi quod requirit duos proximiores mulieris tam in teſtamento, quam in contractu ex linea paterna ſi extant, & ſi non extant, ex linea materna, *libro primo*, vbi in princip. declarat, quod linea paterna eſt, quando deſcendunt per maſculos eiuſdem agnationis, linea materna quando per fœminas deſcendunt, vbi quod gradus proximitatis computatur ſecundum ius Canonicum, vbi Apoſtill. in verſic, *ſtatutum requirit*, & in ver. *gradum*.

33. Et quid ſi non adſunt duo proximiores ex linea paterna, ſed vnus tantum, debet tunc ille vnus adhiberi, & alius ex materna, non autem debent eo caſu adhiberi duo ex materna prætermiſſo illo vno ex paterna: ita Bart *d. conſ.* 10. *Viſo ſtatuto*, *col.* 2. *ver. ſed ex prædictis*, vſque in fin. *lib.* I. vbi Apoſtil. in ver. *ex linea*.

34. Statuta criminalia Tuderti, quod condemnatus pro percuſſione à ſpatulis ſupra non poſſit appellare: alio ſtatuto cauetur, quod percutiens

Digitized by Google

puniatur in certa quantitate,& aduerſarius non teneatur ad pacem:ſi vero receperit ſimilem percuſſionem,aduerſarius teneatur ad pacem: Bar.*conſi.* 101.*Girardus de Tuderto,in pr lib.*1.

35. Super eodem ſtatuto, minor percuſſit alium à ſpatulis ſupra, fuit condemnatus per iudicem in certa ſumma, quam ſoluit; conuenitur minor ad recipiendam ſimilem repercuſſionem, negat velle, condemnatur in aliam ſummam pro negatiua recipiendi percuſſionem, appellat. an ſtatutum deneget hoc caſu appellationem,quia videtur eadem cauſa,& pœna ex eodem delicto,& quia ſtatutum loquitur in rem, ibi, *condemnatus pro percuſſione,*compræhendit omnem perſonam,&omnem percuſſionem,igitur non poteſt appellare.pro contrario allegat, tandem diſtinguit plures caſus, quando eſt eadem pœna, & idem delictum, vel non, & concludit, quod ſi iudex condemnaſſet,prout debuit, ad pœnam pro percuſſione,& ſucceſſiue ad recipiendam ſimilem percuſſionem, alias ad pœnam,tunc nõ poſſet appellare,quia vnicum eſt delictum,& vnica ſententia, ſed quia factus iudex condemnauit in duabus ſententijs, eſt diuerſa pœna,& poteſt appellare:ita plane Bart.*d.conſ.*101.*in prin.*& per tot. lib. 1. vbi Apoſtill. in verb.*ſtatuti*,dat concordantes.

36. Et vide practicam ad iſtud ſtatutum per Bar.*d.conſ.* 101.*n.* 2 *ver.nunc igitur,lib.*1.vbi,quod iudex debet interrogare percuſſorem,an velit recipere percuſſionem & poſtea dare ſententiam.

37. Appellationẽ prohibet condemnato pro falſitate,ſuper quo Bart. *conſ.*165.*In quaſt. in pr. lib.*1.vbi, quod ſtricte debet intelligi,non pro omni falſitate, ideo non habet locum in eo, qui iniuſtè & nulliter fuit condemnatus,& ibi Apoſtil.in verb.*prohibetur*,dat concordantes.

38. Item quod comparens ad ſe excuſandum ab accuſatione, vel inquiſitione non poteſt per illam diem, & ſequentem capi pro aliquo debito,ſuper quo Bar.*conſ.*169.*Statuto*,per totum *lib.* 1.vbi,quod ſi quis debitor, quia condemnatus pro delicto in pœnam pecuniariam fuit captus durante dilatione ſtatuti debet relaxari, quia licet ſaluus conductus ſtatuti non ſe extendat ad debita criminalia,neque ad debita publica,niſi dicatur,tamen quia eſt debitum fiſco ex ſententia, & ſic ex actione dicitur ciuile debitum;item quia non dicitur publicum,quia ciuitas Tuderti non habet ius fiſci,neque publicum.

MEM-

Digitized by Google

MEMBRVM XCIV.

VITERBIENSIS CIVITAS, STATVTA, conſuetudines, & priuilegia.

1. Ciuitas Viterbienſis eſt de ſtatu temporali Eccleſiæ Romanæ: ideo ſtatuta non valent, niſi confirmata, vel quæ veriſimiliter confirmarentur à Papa: Bald. *conſilio* 226. *Pramiſſis verbis, numer.* 2. *verſ. ſed iniquum, lib.* 5.

2. Et Gubernator Viterbii habet iuriſdictionem in tota prouincia patrimonij, quia tota prouincia conſtituitur ſibi in territorium tanquam Præſidi; ideo maior Epiſcopo eſt, & concurrit cum omnibus Gubernatoribus Ciuitatum prouinciæ, non tamen poteſt cauſas delinquentium cœptas coram Gubernatorib. velle auferre: plene Abb. *conſ.* 24. *Rodulphus, per tot. lib.* 1.

3. Statutum habet, quod nulla mulier habens filios, vel filias ex filio, poſſit teſtari, codicillari, vel aliquem contractum facere extra perſonas filiorum; & ſi ſecus fecerit, teſtamentum, codicilli, & contractus ſint nulli ipſo iure: Bald. *conſ.* 226 *per tot lib.* 5. vbi quod eſt fauorabile, & non excludit nepotes & deſcendentes, quin inter eos poſſit teſtari, neque piam cauſam, & quod habet locum reſpectu bonorum in territorio Viterbienſi, etiamſi mulier Viterbienſis extra territorium ſit nupta, ſecus ſi non haberet bona in Viterbienſi, quia ratione originis non ligaretur.

4. Vide tamen Card. Zabar. *conſ.* 144. vbi ſuper eodem ſtatuto conſuluit, & dicit, quod neque poteſt in piam cauſam donare, quia tale ſtatutũ etiam ligat & comprehendit, ne donetur Eccleſiæ, & dicit quod antiquum ſtatutum ſimpliciter loquebatur; modernum vero ſtatutum dicit, quod mulier habens filios laicos.

Vide, *Libertas Eccleſiaſtica* &c. concl. 342.

5. Caſtrenſ. *conſ.* 428: *Inhærendo, lib.* 1. conſuluit ſuper eodem ſtatuto reformato quod continet, matrem habentem filios & filias, de decem partibus teneri relinquere filiis nouem partes, de decima poſſit teſtari: poſtea fuit facta reformatio, quod poſſit de decima teſtari inter filios, & non poſſit extra filios niſi pro anima, vel cauſa neceſſaria, & dicit, quod tale ſtatutum comprehendit filios & filias, licet de filiis ſimpliciter loquatur excepta particula recuperationis bonorum aliter alienatorum, quia ſoli maſculi expreſſe admittuntur.

Digitized by Google

MEMBRVM XCV.

VOLATERRANA CIVITAS, STAtuta, conſuetudines, & priuilegia.

1. Ciuitas Volaterrana eſt de Imperio, ideo in ea ius Ciuile ſeruatur circa ſuſpiciones iudicum. Caſtr. *conſ.* 231. *Viſis actis, verſ. primo, quia, lib.* 1.

2. Appellatio à ſententia Prætoris deuoluitur ad DD. Priores, vti Collegio, non autem vti ſingulis. ideo ſententia Priorum eſt nulla, niſi ſit lata à maiore parte eorundem: Caſtr. *d. conſ.* 231. *in prin. lib.* 1.

3. Salis fodinas habebat hæc ciuitas ſibi locatas à Florentinis titulo oneroſo per annos 25. & ideo cum ſit ex contractu oneroſo, quia certam ſalis quantitatem debent dare Florentinis, non potuit reuocari: Dec. *conſ.* 291. *Pro tenui*, per totum.

4. Statutum circa bannimenta, quod debeant in actis notarii regiſtrari, quæ ſolemnitas ſi omittatur, bannimentum non poteſt dici legitimum, ſed debet annullari. & ideo Iudæi, qui poſito bannimento ſuper venditione pignorum non regiſtrato bona pignorata vendiderunt, furti pœna puniri poſſunt: Rom. *conſ.* 203. *Quoad primum*, vbi Apoſtillæ.

5. Habet plura ſtatuta, per quæ prohibentur fieri conceſſiones gratioſæ, & gratiæ, niſi ſeruatis ſtatutis, & accedente conſenſu ſeptem partium ex octo, & niſi ſeruata forma, ſuper quibus Alexand. *conſ.* 7. *Attentis, lib.* 7. vbi latiſſime ſuper nullitate conceſſionis in emphyteuſim pro modica recognitione pro dominio, vt ſit gratia, & titulo lucratiuo, ideo cadat ſub diſpoſitione ſtatutorum.

6. Ciuitas Volaterrana ab antiquo habuit controuerſiam territorii cū terra S. Geminiani, & fecerunt compromiſſum tandem in Communitates Florentiæ, Senarum, & Lucarum poſt deprædationes factas: Gemin. *conſ.* 100. *Hoc eſt ſummarium*, per totum, vbi multa commemorat pro Communitate S. Geminiani.

7. Balnea ſunt in territorio Volaterrano, & ſunt ſub dominio Communis Volaterranæ, licet fuerint fabricata per Commune Florentiæ: de quo facto vide Angel. de Peruſio *conſilio* 19. *Officialis Communis*, per totum.

8. Epiſco-

Digitized by Google

8. Epiſcopus Volaterranus habet iuriſdictionem temporalem in certo caſtro, pro cuius tuitione poteſt indicere bellum, & Clerici intereſſentes de mandato Epiſcopi etiamſi vulnerent, dummodo non occidant, non ſunt irregulares: Card. Zabar *conſ.* 19. *Caſus proponitur.*

MEMBRVM XCVI.

ARETINA CIVITAS, ET EIVS *ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia.*

1. FLorentini ſudoribus & laboribus acquiſiuerunt Aretinam ciuitatem ſub ſuo dominio temporali: Angel. de Peruſio *conſ.* 15. *Quaecunque diximus, in fin.*

2. Et ideo dicitur effecta ciuitas de territorio Florentiae, vna cum ciuitate Piſtorii, quia poſſunt terreri à Florentinis: Ruin. *conſil.* 1. *num.* 2. *in fin. libro quarto.* allegat Ioan. Andr. *in capit. vt animarum, §. ſtatutum, de conſtit. in VI.*

3. Vide Socin. *conſil.* 7. *Nunc quaeſitorum, lib.* 1. vbi, quod dicitur recommendata ciuitati Florentiae, non ſuppoſita, licet conſignauerit arcem cum poteſtate aedificandi alia fortalitia, ſequitur Bart. Socin *conſil.* 74. *numer.* 8.

4. Priores habet ciuitas Aretina, quia in aliquibus praeſunt Confraternitati Piae, ſed tamen ipſa Confraternitas non ſubiacet Prioribus, neque Adminiſtratoribus ciuitatis, niſi circa aliqua: Deci. *conſ.* 72. *Viſo puncto*, per totum, vbi quod legata facta huic Confraternitati, dicuntur ad piam cauſam, ſecus ſi ſint facta Reipublicae.

5. Poteſtas Aretij habet ſuum Locumtenentem, qui pendet à poteſtate, ſicut riuulus à fonte, & licet Locumtenens ſit qui dat ſententias, tamen Poteſtas poteſt in cauſis etiam coram Locumtenente pendentib. ipſo Locumtenente impedito pronunciare, & cauſae cognitio adhibita per ipſum Locumtenentem ſeruit pro Poteſtate: Ang. Aret. *d. conſ* 34. *nu.* 18. *& ſeq. verſ. nunc r ſtat.*

6. Caſtrum Trignandae eſt de dioeceſi Aretij, & Communitas habet ius patronatus ad plebem dicti loci conceſſum à Martino Papa V. ideo Eccleſia non debetur expectantib. Abb. *conſ.* 28. *In cauſa, lib.* 2.

7. Statutum eſt Aretij, quod decedenti ab inteſtato ſuccedant agnati proxi-

proximiores, excluſa matre & fœminis, de quo Rom. *conſ.*4. *Sententiam præfati*, vbi, quod verificatur, & habet locum etiam in impubere, qui licet non poſſit teſtari, tamen dicitur inteſtatus decedere, & quod eſt fauorabile propter conſeruationem familiarum, vbi plena Apoſtill. docet hanc communem, & magis communem.

8. Item, quod vinum forenſe non poſſit portari in territorio Aretino ſub certa pœna, ſuper quo Bald. *conſ.* 275. *Factum eſt tale, Nutu, lib.*1. vbi quod tale ſtatutum fuit reformatum ex conſuetudine interpretatiua abrogatum.

9. Item quod delinquentes poſſint inquiri, vbicunq; commiſſum fuerit delictum, quod ſtatutum valet, & operatur quod habitans Aretii, ſi commiſit homicidium extra territorium poteſt puniri ſecundum ſtatuta loci delicti: Bald. *conſ.* 393. *Punctus talis, lib.*1. *in fi.*

10. Item, quod mater vel aliquis aſcendens per lineam maternam ad ſucceſſionem filii, vel filiæ, ſeu decedentium ab inteſtato non admittantur, exiſtente fratre vel ſorore defuncti, vel filiis ipſorum, vel patruo, vel fratribus patruelibus, ſeu fratre patruele defuncti, quod ſtatutum habet locum etiam ſi extet ſocer patruelis, videlicet filia patrui defuncti, propter aliud ſtatutum, quod maſculinum concipiat fœmininum, ſi congrue poteſt aptari: Bald. *conſilio* 47. *Factum tale, libro quinto.* vbi eſt duplex conſilium.

11. Statutum Aretii requirit binam citationem, vt actus præiudicialis fiat, puta, quod detur tenuta contra contumacem, ideo tenuta data ex vnica citatione, eſt nulla: Ioan. de Imol. *conſ.* 110. *In cauſa quæ vertitur, in prin.*

12. Et tale ſtatutum admittit cognitionem exceptionum ſuper prioritate creditorum, imo ſi data eſt tenuta vni creditori, & alter obtineat, pendente prima tenuta, ſibi dari eandem tenutam, nõ dicitur nulla ſeruanda, non citato primo poſſidente tenutario, ſed cognoſcitur de prioritate, ne ſtatutum corrigat ius commune: Io. de Imol. *d. conſ.* 110. *n.* 6.

13. Contrarium in ſimili ſtatuto Florentino conſuluit Anch. *conſ.* 92. *in pr.* quod ſecunda tenuta ſit nulla, non citato primo tenutario poſſidente.

14. Captura ſuſpecti de fuga poteſt fieri eo non citato, neq; facta narratione quod ſit ſuſpectus, ſecundum ſtatutum circa hoc, de quo late Caſtrenſ. *conſilio* 473. *quod eſt penult. lib.*1. vbi diuiditur ſtatutum, & datur interpretatio.

15. Statutum Aretii circa compromiſſa, quod minores ad euitandum litis diſpendia compromittere compellantur, & non poſſint appellare, recla-

clamare, de nullitate dicere, neq; reductionem petere, non habet locum, quando minor eſt læſus magna læſione, & in continenti poteſt docere, quia alias eſſet iniquum, & quia ſtatutum eſt odioſum, quia eſt contra ius, & magis odioſum eſſet, quando contra minorem extenderetur, ad cuius fauorem emanauit. ideo licet tollatur remedium iuris in vno, vt non reclamet, tamen non tollitur in alio, vt læſus non reſtituatur: Abb. plene conſ. 31. *Circa primum*, lib. 2. per totum, vbi pulchre loquitur, vbi quod magna dicitur læſio, licet habeat regreſſum de euictione, quia intereſt minoris ne ſumptibus litium vexetur, & quia ſi modica læſio eſſet, non emanaſſet, authen. *hoc ſi debitor*, C. *de pign*.

16. Contrarium in eodem caſu conſuluit Abb. conſ. 29. *In quæſtione præſenti*, eod. lib. 2. vbi quod non competit reſtitutio, quia modica eſt læſio, & ex quo habet regreſſum de euictione, & quia iuſte fuit condemnatus, & quia licet non ſit facta excuſſio, hoc non inducit nullitatem ſententiæ, etiã ſi ſit oppoſita exceptio, niſi etiam appellet ab vlteriori proceſſu.

17. Appellari non poteſt à ſententia Prætoris Aretii, neq; ſupplicari, niſi infra decem dies: Ang. Aret. *conſ.* 43. *Pro deciſione*, *n.* 13. *& ſeq. verſ. ſed tamen his non obſtantibus*.

18. Et duæ ſententiæ conformes faciunt rem iudicatam, ita quod non poſſint Excellentiſſimi Priores Florentiæ de ordinaria authoritate eam retractare: Ang. Aret. *d. conſ.* 34. *n.* 16 *verſ. ſecundo quia*.

19. Statutum, quod minor XV. annorum non poſſit ſe obligare ſine conſenſu coniuncti maioris XXV. annorum, alias obligatio ſit nulla, habet locum, ſi minor agens ad nullitatem, probat, quod habebat coniunctum talem, & quod poterat interuenire, alias non: Caſtr. *conſ.* 124. *In cauſa quæ vertitur, in prin. & verſ. ſecundo videndum, lib. 1.*

20. Statutum Aretii, quod Poteſtas Aretii poſſit legitimare quemlibet non legitimum, non extantibus filiis, vel nepotibus legitimis, & naturalibus, non loquitur de ſpuriis, quia non valet ſtatutum, ex quo legitimatio ſpuriorum eſt reſeruata ſupremo Principi, ideo facta non valet: Bart. *conſ.* 105. *Factum proponitur*, quod eſt Bartoli, *& conſ.* 106. *Viſo puncto*, quod eſt Baldi, *lib.* 2. vbi quod huiuſmodi ſtatutum eſt nullum, quia neque Princeps poſſet per viam legis hoc facere, licet poſſit legitimare ſpurios.

MEMBRVM XCVII.

PISTORII CIVITAS, EIVS STATVTA, conſuetudines, & priuilegia.

1. PIſtorium & Aretium factæ ſunt de territorio Florentiæ à terrendo, quia Florentini terruerunt, ideo ſunt ſubiectæ. Io. Andr *in ca. vt animarum. § ſtatutum, de inſtit. in 6.* ſequitur Ruin. *conſ. 1. n. 2. in fi. lib. 4.* licet contrarium de ciuitate Aretii conſuluerit Soc *conſ. 7. per tot. lib. 1. & conſ. 74. n. 82 eod. lib* Felin. *c. poſtulaſti. n.* 10. vbi quod eſt recommendata non ſubdita, ideo remanet libera.

2. Et quando Florentini fuerunt effecti domini ciuit. Piſtorij, reuocarunt ſtatuta condita à populo Piſtorienſi & dederunt noua ſtatuta, in qua reuocatione non tenentur ſtatuta reſpicientia priuilegia operæ d. ciuitatis, quia in generali reuocatione non veniunt, imo tanquam conceſſa non ſubditis, non poſſunt reuocari. Caſtrenſ. *conſilio* 146. *Super primo, libro primo.*

3. Declara quia ciuitas Piſtorii fuit effecta omnino ſubdita Florentinis, quoad iuriſdictionem & introitus, ſed poſtea de anno 1420. & 1440. fuit reſtituta plenarie, vt dicit Socin. *conſil.* 302. *Videbatur primo, in princ. libro 2.*

4. Subiectio fuit de anno 1401. & caſſatio ſtatutorum; renouatio ſtatutorum veterum conceſſa fuit de anno 1417. & tenentur ſingulo triennio obtinere confirmationem, quæ non ſit burſalis, licet non fiat, tamen valent ſtatuta quoad Piſtorienſes, licet poſſint compelli ad confirmandum. Caſtr. *conſ.* 256. *Videtur manifeſte, lib. 2.*

5. Papa Alexander habitabat in ciuitate Piſtorij, & gabellæ erant communis tempore. Anchar. *conſil.* 401. *Pluribus rationibus, num.* 103. *& per totum.* vbi, quod propter receſſum Papæ inopinatum debetur remiſſio conductori.

6. Feriati dies in honorem Dei obſtant, ne poſſint confici inſtrumenta, & facta non valent, niſi ſint pacis vel treguæ; vt *in rubr.* 70. *de inſtrumentis non conficiendis, lib. 2.* quod ſtatutum etiam ad concordias & tranſactiones extenditur, vt ſint permiſſæ propter ſimilitudinem rationis. Vide, *Feriati dies non præſumuntur, ſed iuridici.* Concluſ. 99.

7. Sta-

7. Statutum Piſtorij eſt, quod is, cui ſit datio in ſolutum iudicialis de re alteri obligata, teneatur infra annum reſtituere pro eodem pretio illi creditori, cui prius erat obligata, ſi offerat, & ad idem poſſit compelli ſucceſſor eius cui facta ſit datio vel adiudicatio. Dyn. *conſ.* 32. *Quæſtio talis eſt: ordinamus, per tot.* vbi quod poteſt agere creditor & offerre tam contra eum, cui facta eſt adiudicatio, quam contra emptorem, & quod poteſt etiam conueniri ſolus is, cui fuit facta adiudicatio, licet vendiderit infra annum alteri.

8. Contrarium tenet idem Dynus in materia d. ſtatuti, quod omnino debeat agi contra eum, qui poſſidet facta venditione infra annum per eum, cui fuit facta adiudicatio, ita quod is qui vendidit non poſſit conueniri, vt *conſ.* 35. *Martinus accepit in ſolutum*, per totum.

9. Statutum Piſtorii de conſenſu præſtito à muliere ipſam ligat, ſi cum ſolemnitatibus conſenſit alienationi bonorum ſibi hypothecatorum, etiamſi alia bona mariti non extant. Caſtr. *conſ.* 41. *Viſis & conſideratis, lib.* 1.

10. Item quod mater excludatur à ſucceſſione filij ab amita, quod ſtatutum erat antiquum, & renouatum poſt renouationem factam Florentinis, & debet ſeruari, non obſtante quod ſtatutum Florentiæ contrarium diſponat. Caſtr. *conſ.* 256. *Videtur lib.* 2.

11. Item ſtatutum eſt Piſtorii, quod mater excludatur à ſucceſſione filii decedentis ab inteſtato, quod non habet locum, ſi filius erat impubes & inteſtabilis, niſi communis vſus loquendi ſit in contrarium. Ang. *conſ.* 26. *Statutum excludens.*

12. Item quod laudum arbitri mandetur executioni, ſicut ſententia & inſtrumentum guarentigiatum, dummodo non ſit latum extra compromiſſi, ſuper quo Flor. de S. Petro, *conſ.* 17. conſuluit, quod laudum datum præſentibus partibus & emologantibus extra compromiſſa, non valet, etiamſi adſit pactum, quod nihil poſſit excipi, etiam quod extra compromiſſa eſſet laudatum.

13. Item donatio non valet ſupra ſummam librarum 70. niſi ſit inſinuata, quod ſtatutum habet locum etiam in renunciatione, quã facit filia patri de bonis maternis. Ang. de Peruſ. *conſ.* 59 *Quidam Paterfam. in fi.*

14. Item quod fœminæ non ſuccedant ſtantib. maſculis, ſed fœminæ dotentur, ſuper quo Ant. de Butr. *conſ.* 9. *per tot.* max. in tertio dubio, vbi qđ mens ſtatuentiũ fuit prouidere ne hæreditates tranſeant in alias familias.

15. Item quod legata executioni mandentur contra quoſcunq; poſſidentes & detinentes legata, quod ſtatutum non habet locum contra tertium poſſeſſorem. Ang. *conſ.* 263. *Statuto Piſtorienſi.*

16. Item donatio inter viuos vniuerſalis fieri non poteſt, & facta non valet, prohibente ſtatuto, quod dicit eſſe contra ius commune. Ang. *conſ.* 383. *ſtatuto Piſtorie. ſi*, per totum, vbi quod habet locum ſolum in donatione pura proueniente ex liberalitate, ſecus ſi eſſet facta reſeruato vſufructu, vel inter viuos poſt mortem, quia non eſt pura, ſed ex cauſa mortis.

17. Item quod pro oneribus communis Piſtorii bona ſint hypothecata, & ad hunc effectum cenſeantur donata Communi, quod ſtatutum valet, & eſt conforme iuri communi, ac operatur, quod Eccleſia & pia loca, in quibus bona laicorum perueniunt, tenentur ad talia onera, quia bona tranſeunt cum onere ſuo. Petr. de Anch. *conſ.* 303. *Hoc ſtatutum Communis Piſtorii, per tot.*

18. Gabella ſolui debet pro dote in ciuitate Piſtorii, quia ſtatutum hoc diſponit, quod intelligitur ſi contrahitur matrimonium in ciuitate vel territorio: ſecus ſi extra, ita Soc. *conſ.* 302. *in prin. max. n.* 2. quod eſt ſubſcriptum à Felyno, Roberto Strozzio, Angelo Nicolino, & aliis.

19. Extende, quia ſtatutum prædictum, licet velit quod ſoluatur gabella, etiamſi matrimonium conſummatum ſit extra territorium, quia vt minus lædat, debet intelligi de eo, quod fuit contractum in ciuitate vel territorio, & conſummatum extra territorium. Soc. *d. conſ.* 302. *n.* 2. *lib.* 2.

20. Extende max. quando extra territorium Piſtorij gabella fuit ſoluta in territorio ſuperioris, prout Florentiæ, quia nunquam eſt de intentione ſuperioris velle aliquid in ſui præiudicium concedere. Soc. *conſ.* 302. *n.* 5. *& ſeq. ver. tertio & vltimo, lib.* 2.

21. Statutum & gratia conceſſa [illegible]ſtorienſibus, quod forenſes non poſſint acquirere ſtabilia in eorum territorio, non comprehendit Florentinos, quia non ſunt forenſes, ſed ſuperiores. Vide, *ſtatutum eſt attendendum, & facit recedere à iure communi.* Concl. 439. ver. *& in contingentia.*

22. Statutum Piſtorij, *rubr.* 97. *de muliere decedente infra quinquennium*, & *rubr.* 99. *de muliere habente filios* (licet alias fuerit in magna controuerſia) an ſi decedat poſt quinquenium, relictis filiis ex primo matrimonio, maritus lucretur totam dotem, vt tenet Deci. *conſ.* 19. *& conſ.* 353. an vero reſtituenda ſit filiis, vt tenet Ruin. *conſ.* 63. *&* 64. *lib.* 3.

23. Statutum Piſtorij, quod nullus forenſis poſſit acquirere ſtabilia in territorio Piſtorii non comprehendit Florentinos ſuperiores. Vide. In ver. *ſtatutum eſt attendendum, & facit recedere à iure communi.* Concl. 439. & ſupra nu. 21.

24. Statutum Piſtorij criminale, quod iudex poſſit inquirere, ſuppreſſis nominibus denuntiantium, eſt contra ius commune, ideo odioſum, & ſi fieri

ſi fieri poteſt, in dubio cenſeri debet & Correctum ex reformationibus. Anch.*conſ.*190.*Plura contra proceſſum,in prin.*

25. Quod poſt mortem condemnati nulla poſſit fieri exactio pœnæ contra hæredes,ſuper quo Rom.*conſi.*195. *In caſu præmiſſo*, per tot.vbi quod habet locum, etiamſi pars eſſet exacta de contentis in ſententia, quando ſunt capitula ſeparata,ſecus ſi ead.pœna pro parte eſſet exacta, quia eo caſu ſtatutum non loquitur.

26. Item quod nemini fiat ius bannito, ſuper quo Florian. *conſil.* 24 *per tot.*vbi quod ſtatutum habet locum in omni parte iudicij, in qua ſuperueniat bannum quia non poteſt iudex facere ius bannito, alias puniretur, & habet locum etiamſi ſit Collegium & Communitas, item ſiue ad accuſationem,ſiue ad inquiſitionem,& idem dicit *conſi,* 25 *.num.* 6.*& ſeq.verſ.quoad ſecundum.*

27. Item ſtatutum, quod pater poſſit agere pro iniuria filij, ſtante alio ſtatuto, quod non fiat ius bannito, non poteſt pater pro filio agere criminaliter,ſecus ciuiliter.Florian.*d.conſi.*25.*in princ.*

MEMBRVM XCVIII.

CAMERINI CIVITAS, EIVSQVE ſtatuta,conſuetudines;& priuilegia.

1. Ciuitas eſt de ſtatu Eccleſiæ, & ſubiecta Eccleſiæ Romanæ in temporalibus:ideo ius Canonicum ſeruatur in ea, quod teſtamenta facta coram Sacerdote & tribus teſtibus valent:Bal.*conſ.*351. *Quoniam ex facto,lib.*4.*per tot.*& quod ſit de ſtatu Eccleſiæ,&ius Canonicum ſeruari debeat,Caſtr.*conſi.*158.*n.*2.*ver.cum ergo,lib.*2.

2. Et eſt de prouincia Marchiæ, cui Præſes Marchiæ Anconitanæ conceſſit quædam caſtra & villas Ducatus Spoletani, & fuit confirmata conceſſio ab eodem Præſide,qui factus Papa fuit Innocentius III. de Sinibaldis:Bart.*conſi.*196.*Ciuitati Camerini,per tot.lib.*1.maxime *in prin.& nu.*7.*verſi. ſuper ſexto.*

3. Ligam fecit cum Communi Anconæ, Ciuitate Firmana, Dominis Fabriani, Mathelicæ, & Montis Bodij de anno 1389. Angelus *conſi. ducenteſimo ſexageſimo nono,Punitus eſt anno Domini* [illegible] Gentilis de Camerino erat Dominus.

Guer-

Digitized by Google

4. Guerram habuit cum Dominis de Monte Fano, Monte Vlmo, Monte Lupone, & Monte Sancto, ac Commune Maceratæ Colligatis: Angel. *conſ.576. Nobiles viri*, per tot.

5. Guerram habuit ciuitas Camerini cum Mathelica, vt inquit Baldus *conſi.412. Proponitur quoſdam, in fin. l.b.3.*

6. Dominus Camerini, licet poſſit condere legem, non tamen poteſt obligare, quod homines C rreti ſubditi ſui teneantur ad debita Domini, quia non habet adminiſtrationem bonorum ſingularium perſonarum: Caſtren. *conſi.20. In cauſa iſtorum de Cerreto, per totum lib.1.* vbi, quod non poteſt facere legem contra ius commune, & non habet plenitudinem poteſtatis.

7. Eccleſia Sanctæ Mariæ Cathedralis Camerini habet conſuetudinem, quod Canonici eiuſdem Eccleſiæ in vigilia Sancti Venantij, à primis veſperis vſque ad horam tertiam diei feſti, interueniunt in veſperis, & celebratione Miſſæ maioris, & participant de oblationibus, quæ fiunt in dicta Eccleſia S. Venantij: Fed. de Sen. *conſ.152. In nomine Domini, Amen, per totum*, vbi quod non poſſunt tardare Canonici ad celebrandam Miſſam vltra horam tertiæ, vt maiores elemoſynas percipiant.

8. Epiſcopalis conſtitutio Camerini diſponit, quod legata pia exequi non poſſint lapſo anno, ſed deuoluatur exequutio ad Epiſcopũ, ſuper qua Barto. *conſ.142. Conſtitutione Camerinenſ. lib.1.* vbi, quod non habet locum in declaratione, quæ poteſt fieri poſt annum, & hæres ſoluens liberatur, quia aliud eſt declarare, aliud exequi, & quod eſt odioſa, & ideo non habet locum extra diœceſim, & non ligat ignorantes: & idem tenet Roman. *conſil. 228. num. 10.* vbi Apoſtil. *in verb. eligendi*, citat pro vtraque parte concord.

9. Contrarium, quod imo conſtitutio habeat locum etiam in exequutore ad declarandum, & exequendum, quia ſi infra annum non declarauit, non poteſt declarare, & deuoluitur declaratio ad Epiſcopum, tenet Apoſtilla ad Bart. *d. conſil. 142. in verb. declarare*, & contra Barto. tenet Anch. *conſ.387.* & Apoſtill. *ad Roman. conſ.228. n.10. in fi. in verb. eligendi*, citat pro vtraque parte, & dicit quod opinio contra Bar. communiter ſeruatur.

MMM-

MEMBRVM XCIX.

CASALE MONTISFERRATI, EIVSQVE ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia.

1. CAſale Montisferrati fuit ſub dominio Marchionum, habuit differentiam territorij cum ciuitate Vercellarum, ſubiecta magnifico Luchino Vicecomiti, & ambæ Communitates compulſæ à Dominis fecerunt compromiſſum, & latum laudum, ſuper quo Bal. *conſ.* 142. *Dominantibus magnif. lib.* 1.

2. Poſſeſſionem immobilem habet Communitas Caſalis conſequendi pedagia, gabellas, & condemnationes, quib. non nocet antiqua renunciatio facta Imperatori, quia poſtea immemorabilem vſum habuerunt iſta percipiendi: Alex. *conſ.* 6 *&* 7. *li.* 1. vbi late, quod iſta poſſunt præſcribi, & acquiri per tempus immemorabile ſine ſcientia, & patientia Principis.

3. Immemorabilem conſuetudinem habent Caſalenſes, & Communitas, quod ſolum participant de magiſtratib. antiqui originarij, non autem qui poſtea venerunt, & effecti ſunt ciues, ſed nec fœminæ illorum antiquorum nuptæ iſtis nouis poſſunt habere magiſtratus: Alex. *conſi.* 6. *libr.* 1. qui dicit valere talem conſuetudinem.

4. Vide de hac conſuetudine immemorabili, ſeu ſtatuto, per quod quatuor membra populi conſtituuntur, videlicet Caſalenſes, & iſti ſibi vſurpant omnes honorantias Communis pro medietate, videlicet officia, alluuiones, & multa bona: ſecundum membrum eſt, quod vocatur Pantisliani, quæ erat terra diſtans per duo milliaria à Caſali, & effecti ſunt vnus populus, & iſti habent aliam medietatem honorantiarum, & quædam nemora, quæ erant in loco Pantisliani vniti; tertium membrum eſt forenſium, & alij qui ſunt antiqui originarij, quia eorum parentes erant nati ibi, licet venerint ab extra, aliqui ſunt vere forenſes, tamen aliqui nati ibi, & aliqui non, & iſti nihil poſſident de honorantijs, neque de introitibus, & onera ſoluunt: Caſtill. *conſil.* 9. I *ſ ſto prop. ritum*, per totum, vbi, quod talis conſuetudo & ſtatutum non valet, tanquam ambitioſum, & propter auaritiam factum, & introductum, quia omnia, quæ debent eſſe Communitatis, eis debent communicari, & ſic eſt contrarium eius, quod Alexand. voluit.

MEM-

Digitized by Google

MEMBRVM C.

ALBINGANA CIVITAS, ET EIVS ſtatuta, priuilegia, & conſuetudines.

1. ALbingana Ciuitas eſt confœderata cum ciuitate Ianuæ; Bal. *conſ. 460. Ioan. de Albingana, in pr. lib. 1.*

2. Statutum habet circa ſucceſſionem, ſi quis inteſtatus deceſſerit, non relicto patre, auo, fratre, nepotibus, vel pronepotibus, vel patruo, relicta auia materna, relictoque filio patrui maſculi, vel ſororis patris defuncti ſuccedat in totum filius patrui, vel ſororis patris, videlicet filius ſororis æqualiter cum auia: Bald. *conſi. 460 per totum, libr. primo*, vbi qualiter intelligatur.

3. Item, quod ſtatuta intelligantur ad litteram, prout iacent ſine aliqua gloſſatione; Bal. *d. conſi. 460.* vbi, quam interpretationem requirant vel admittant, lib. 1.

4. Item quod forenſes non ſuccedant, ſed quod ciuis factus demum habeat priuilegia Ciuium, ſi non deſerit incolatum; Bald. *conſ. 460. n. 3. verſ. tamen hoc non obſtante, lib. 1.*

MEMBRVM CI.

ANCONÆ CIVITAS, ET EIVS priuilegia, ſtatuta, & conſuetudines.

1. LIgam fecit Commune Anconæ cum ciuitate Firmana, & Dominis Camerini, Fabriani, Mathelicæ, & Montis Bodij, de an. 1389. Ang. *conſ. 369. Punctus eſt, anno Domini.*

2. Poteſt condere ſtatuta, & tollere appellationem, quia ex conceſſione Papæ habet primam & ſecundam inſtantiam, vt per Corn. *conſ. 262.* maxime *numero nono*, *libro quarto.* vbi loquitur de ſtatuto datij Piſcatorum.

3. Ciuitas Anconæ non poteſt compellere Ciues Caſtracani loci Sedis Apoſtolicæ, licet Communitas dicti loci ſe ſuppoſuerit Comuni Anconæ de

Digitized by Google

de facto, quia in hoc alijs præiudicare non poteſt: Petr. de Anch. *conſ.* 10. *Videtur efficaciter, per tot.*

4. Caſtrum Corrinaldi ſeu Corimarti eſt in prouincia Anconitana, & fuit propter rebellionem deſtructum, & amiſit territorium tempore Ægidij Cardinalis Legati, poſtea fuit conceſſum per Vrbanum V. Nicolao de Neapoli: Bald. *conſi.* 321 & 322. *libr.* 4. vbi an in præiudicium libertatis acquiſitæ ex deſtructione cenſeatur facta reſtitutio, & Ioann. de Lignano, cuius eſt *conſilium* 321. dicit quod non, Baldus *conſil.* 322. dicit contrarium.

5. Caſtrum Caſtracani de facto ſuppoſuit ſe Communi Anconæ, & non potuit præiudicare Sedi Apoſtolicæ, cui ſubeſt, ſupra *n.* 3.

6. Caſtrum Ficcardi non eſt ſub iuriſdictione Anconæ, ideo iudex Anconæ non punit forenſem homicidium committentem in dicto Caſtro: Ang. de Peruſ. *conſ.* 27. *Quidam Victor*, per totum.

7. Villa Sanctæ Mariæ de Laureto erat de diſtrictu Anconæ, & ſecundum ſtatuta Anconæ gubernatur: Alexan. *conſil.* 115. *Viſa ſcriptura, per totum, lib.* 7.

8. Marchiæ conſtitutiones ſeruantur in ciuitate Anconæ: Ang. *d. conſi.* 27 *n.* 3.

9. Vſus Ciuitatis Anconæ circa licitationem datiorum & gabellarum eſt, vt ponantur ad certum pretium honeſtum, poſtea licitantur cum promiſſione, quod plus offerentes lucrentur certas pecunias pro augmento à tanta ſumma, vſque ad tantam: Bald. *conſil.* 327. *Modus & forma, in princip. lib.* 2.

10. Statutum Anconæ, quod omnes naues ſoluant gabellam, ſeu datium etiam pro rebus alibi conductis, & non conductis ad portum Anconæ, non ligat forenſes: Bal. *conſ.* 51. *Quaeritur an Florentini, lib.* 4 *per tot.* vbi declarat d. ſtatutum.

11. Item ſtatutum eſt Anconæ, quod nullus Nobilis vel potens poſſit facere accuſationem vel querelam de aliquo ciuitatis Anconæ, vel aliunde, niſi ſolum pro iniuria illata in perſonam accuſatoris, vel denunciatoris, vel ſuorum, vel in rebus quas poſſidet, & Poteſtas non admittat ſub pœna, &c. Bal. *conſ.* 332. *Statuto ciuitatis, lib.* 3. vbi quod non valet ſententia etiam contra contumacem accuſatum lata ad inſtantiam Nobilis, niſi ſit in caſu permiſſo à ſtatuto, & conſtet, quia iuriſdictionem tollit ſtatutum, niſi in caſu permiſſo, quod conſilium duplicatur *lib.* 5. *conſi.* 420.

12. Angel. tamen *conſil.* 399. *Datus eſt terminus, circa med.* in alio conſilio

ibi inſerto, incipit, *In cauſa ver. ente*, videtur tenere, quod [illegible] valeat accuſatio, imo ſubſtinet eam, quamuis contrariam.

13. Statutum Anconæ, quod mulier non poſſit facere aliquem contractum donationem, quietationem, vel quamcunque aliam obligationem, ſine conſenſu, & præſentia patris, vel ſi non habet patrem, duorum conſanguineorum, & aliter factus contractus etiam cum iuramento non valeat ipſo iure, non habet locum in aditione hæreditatis opulenta, & non damnoſa; quia tale ſtatutum habet locum, quando ſe obligat principaliter, non autem quando in conſequentiam: Angel. *conſ.* 317. *Statutum, quod mulier.*

14. Statutum, quod mulier non poſſit teſtari ſine præſentia proximiorum conſanguineorum, eſt Anconæ, excipit tamen caſum periculi mortis, ſi locus vel tempus non patiatur: Corn. *conſ.* 131. *In hac conſultatione, n.* 2. *l. b.* 4. vbi, quod non habet etiam locum ſtatutum, quando adeſt peſtis in ciuitate.

15. Captura ſuſpecti de fuga ex forma ſtatuti Anconæ poteſt fieri in citato debitore, ne fuga inſtruatur, neque debet probari cauſa ſuſpicionis aliter, quam per iuramentum, vel vnum teſtem, ſuper quo Caſtr. *conſil.* 474. quod eſt vltimum, *lib.* 1. vbi plura.

16. Statutum Anconæ circa præſcriptionem 10. annorum requirit bonam fidem, ſed ſtatutum circa præſcriptionem 20. annorum procedit etiam cum mala fide, quia in 10. diſtinguit, in 20. ſimpliciter loquitur: ita Alex. *conſi.* 115 *n.* 6. *& ſeq. ver. pro h c etiam facit, lib.* 7. vbi *nu* 8. *& ſeq.* tollit obiectum, quod non valeat, quia dicit non valere ad tollendum beneficium iuris communis, ſed ad tollendum beneficium ſtatuti ſecus, & adducit ſimilia.

17. Statutum Anconæ ſuper exequutione inſtrumentorum, admittit exceptionem ſolutionis, & præſcriptionis: Alexan. *dict. conſi.* 115. *per totum, lib.* 7.

18. Item dictum ſtatutum vult, quod debitor poſſit capi ad inſtantiam creditoris ſine citatione, quod procedit, quando inſtrumentum eſt liquidum, & ad inſtantiam nominati in inſtrumento, ſecus ad inſtantiam hęredis, niſi prius liquidato, quod ſit hęres is, qui facit carcerare, & interim captus debet relaxari: Alexand *d. conſi.* 115. *in fin. nu.* 10. *verſic. poſtremo, lib.* 7.

MEM-

MEMBRVM CII.

ASSISIVM, ET EIVS STATVTA, conſuetudines, & priuilegia.

1. Ciuitas Aſſiſij non eſt de diſtrictu, neque ſubiecta Peruſinis, quia eſt de Ducatu Spoletano, & ſubiecta ſoli Papæ: Bald. *conſil.* 382. *Arbitrium datum, lib. 2. in fin.*

2. Cõtrarium, quod ciuitas Aſſiſij fecerit pacem cum Peruſinis, & ſubiecerit ſe Communi Peruſij, dicit Bar. *conſi.* 92. *In quæſt. nu.* 7. *libr.* 1. vbi ponit tempus initæ pacis & ſubiectionis, & enumerat tempus pacis 1322. de menſe Aprilis.

3. Monaſterium Sancti Sebaſtiani de Canario, Ordinis S. Claræ, olim erat vnum & idem cum Monaſterio S. Margaritæ de Aſſiſio, ſed fuit ſeparatum de anno 1340. Separationis tenorem ponit Feder. de Sen. *conſil.* 29. *Quidam volens*, vbi tenet, quod non valuit.

4. Statutum Aſſiſij, licet diſponat, quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, tamen ſi non extant maſculi, ſuccedunt: Bartol. *conſilio quadrageſimoprimo. Factum tale, numero tertio. v. rſicul. nec obſtat ſtatutum, libro primo.*

5. Statutum eſt Aſſiſij, quod donec extiterint maſculi, fœminæ dotatæ non ſuccedant, de quo Baldus *conſil.* 3. *Ad conſeruationem*, vbi inſerit ſtatutum, *libro ſecundo*, & dicit quod non excludit, ſed ſuſpendit ſucceſſionem: ideo ſi moriantur maſculi, admitterentur fœminæ extantes, vel deſcendentes ex fœminis. & *conſil.* 409. *Factum tale eſt, libro tertio.* vbi ponit verba ſtatuti, vbi interpretatur illa verba, *quouſque deſcendentes ex eis*, vt intelligantur de mortuis maſculis, non de parentibus, vt ſit minor iniquitas, niſi adſit conſuetudo contraria.

6. Bartol. *conſi.* 28 *In quæſtione, in fin. libro primo.* dicit, quod ſtatutum Aſſiſij diſponit, quod fœmina dotata non ſuccedat, & ideo concludit, quod ſi pater eam non dotauit, neque inſtituit ſimpliciter, ſed ſub conditione caſuali, vel mixta, debet ſuccedere in ſua portione. & *conſil.* 31. *Quidam, libro primo*, quod attenditur tempus mortis teſtatoris, an ſit dotata, vel ne, vt ſuccedat, licet Romanus *conſilio* 442. dicat attendi tempus ſucceſſionis factæ.

7. Statutum eſt Aſſiſij, quod nulla mulier poſſit teſtari ſine præſentia filiorum, ſi habet filios, vel ſine præſentia nepotum ex filijs, ſeu ex fratrib. ſi non habet filios, neque nepotes ex eis: Bald. *conſi* 395. *Statuto ciuitatis, lib.* .vbi quod filij banniti, cum ſint inhabiles, non computantur, ſed tamen nepotes, vel alij ſucceſſiue vocati à ſtatuto debent adhiberi, *l br* 3. ideo dicit teſtamẽtum nullum, in quo non interuenerunt nepotes, licet extarent filij banniti.

8. Item ſtatutum prædictum eſt, quod requiratur conſenſus patris, & mariti, ſi habet patrem & maritum, vel alterius, ſi habet alterum, & ſi non habet iſtos, ſine præſentia filiorum, vt ſupra: Bald. *conſ.* 109 *Pro Tranquill. & Pacifico*, vbi inſeritur ſtatutum ad litteram, libr. 4. vbi quod non habet locum iſtud ſtatutum in cancellatione, licet ibi referat, quod Petrus & Guil. tenuerunt contrarium, quia in teſtamento aderat clauſula, quod cancellabat ad effectum, vt ab inteſtato talis ſuccederet.

9. Item, quod nulla mulier ciuitatis Aſſiſij vel Comitatus, ſi nupta ſit, poſſit contrahere, vel teſtari ſine præſentia viri, habet locum etiam in muliere Peruſina nupta Aſſiſij, quia non poteſt teſtari etiam Peruſij: Bald. *conſ.* 139. *Statuto Communis Aſſiſii, lib.* 5.

10. Item, quod contractus mulierum non valeant ipſo iure, niſi interueniat cõſenſus certorum proximiorum, quod ſtatutum habet locum etiamſi mulier ſubdita faciat contractum extra territorium, ſed tamen non habet locum in muliere ſorore tertij Ordinis: Bal *conſi.* 60. *Quadam ſoror, lib.* 5. per tot.

11. Statutum Aſſiſii, quod omnia inſtrumenta à decem annis tunc celebrata eſſent nulla, niſi eſſet facta exequutio, ſuper quo Bart. *conſ.* 36 *Statuto ciuitatis Aſſiſii, lib.* 1. dicit, ꝙ eſt odioſum, & contrarium eius eſt fauorabile, ideo facta dicitur exequutio, licet ſit ſolum cœpta, quia res eſt fauorabilis, vt ſtatutum excludatur, & loquitur Bart. etiam ad fauorem Hebræi habentis exequutionem cœptam.

12. Et *conſi.* 87. *Factum tale, lib.* 1. dicit, quod tale ſtatutum non trahitur ad cauſas iam deciſas tranſactione, vbi Apoſtil. *in verſi. compromiſſa*, dat concord.

13. Item non habet locum, ſi infra 10. annos factum fuit compromiſſum de iure, & de facto in arbitratorem, qui acceptauit, & pendet compromiſſum, quia dicitur tranſactio de ſtando laudo ferendo, & ſi fertur poſt 10. annos, trahitur ad tempus compromiſſi: Bartol. *d. conſi.* 87. *num.* 2. *& ſeq. libr.* 1.

14. Cri-

Digitized by Google

14. Criminale ſtatutum Aſſiſi diſponit, quod quando probatum eſt maleficium contra aliquam perſonam, per quam probationem poſſit vel debeat torqueri ſecundum formam iuris,tunc iudex debet illum citari facere,ſuper quo Bart.*conſ.*111.*Quaritur,n.*3,*ver. nunc videndum,lib* 1.vbi quod ſi non conſtat,vt in ſtatuto,citatio facta eſt nulla,& condemnatio in contumaciã facta eſt nulla,& *n.*4. *verſ ſuper ſecundo* dicit,quod verba ſententiæ, *quod prædicta omnia conſtant nobis vera fuiſſe per legitimas probationes, & etiam per eorum contumaciam,quos citari fecimus*,&c.debent intelligi copulatiue & coniunctim, non autem diuiſim, quia omnia ſimul ſufficiebant ad citationem,non autem quod contumacia ſit diſiuncta, vt citatio ſit ad condemnationem,alias implicaret contradictionem,vt ibi demonſtrat.

15. Item ſtatuta, quod pœnæ duplicentur ratione loci vel temporis, vel aliis caſibus,de quibus Bart.*conſ.*41.*Statuto ciuitatis, lib.* 2.vbi quod debet intelligi,quod duplicatio etiam pluries facienda,intelligatur de pœna ſimplici,& naturali,non de accidentali,& ſemel duplicata.

MEMBRVM CIII.

AGRIGENTINA CIVITAS, ET EIVS ſtatuta,priuilegia,& conſuetudines.

1. Ciuitas Agrigentina erat Ducis Auſtriæ,& in bello,quod ille habuit cum Duce Burgundiæ, vt ſequeretur pax, ipſe Dux Auſtriæ eam donauit Duci Burgundiæ cum territorio & omnibus pertinentiis, vt dicit Abb.*conſil.* 62. *In controuerſia, column.* 6. *numer.* 12. *verſic. ſecundo facit, libro* 2.

2. Orta vero controuerſia ciuili ſuper nonnullis vallibus, videlicet Scantu,Gearifa,Legii,Vaſſiuo, & Palulagii, an illæ eſſent pertinentiæ Ciuitatis Agrigentinæ donatæ; an vallis Sancti Martini, quæ erat Ducis Auſtriæ: Abb.*d.conſ.*62.*col.*5.*& ſeq.verſ.circa tertium*,dicit,quod ex quo de antiquo Dux Auſtriæ eas diſmembrauerat, prout potuit, eaſque applicauerat alteri Ciuitati, ideo ſpectant ad Ducem Auſtriæ, quia donatio ciuitatis Agrigentinæ non ex liberalitate facta ſtrictiſſime debet interpretari.

3. Licet turres fabricatæ in capite Pontis Caſtri Tricii ſint in territorio Ciuitatis Agrigentinæ, tamen quia fuerunt fabricatæ ad vſum Pontis

caſtri per Dominum ciuitatis & caſtri, ideo cenſetur territorium illud caſtro donatum, quia hoc caſu ſolum cedit ædificato: Abb. *d. conſ. 62. col. 7. nu. 13. & 14. verſ. venio ad quartum, lib. 2.*

MEMBRVM CIV.

AVXIMANA CIVITAS, ET EIVS ſtatuta, conſuetudines, & priuilegia.

1. Ciuitas Auximi habuit litem cum ciuitate Rechanati ſuper exemptione ab omnibus vectigalibus & gabellis, pro tranſitu ſuper territorio Rechanati, & tandem facto compromiſſo, fuit latum laudum ad fauorem Auximi, quod tranſiuit in iudicatum, & fuit emologatum: ideo durat exemptio, etiamſi per mille annos Auximani non traduxiſſent aliquid, quia iſtud eſt facultatis: Abb. *conſil. 18. Primo quod*, per totum, *libro ſecundo.*

2. Extende, quia non fuit præiudicatum dictæ libertati, licet aliqui Auximani ſoluerint, quia requiritur ſcientia & patientia ciuitatis cum lapſu 30. annorum, vel quod maior pars particularium & ciuitatis ſoluerit: Abb. *d. conſ. 18. col. antepen. & ſeq. verſ. non obſtat, quod de præſcriptione, lib. 2.*

MEMBRVM CV.

RECANATI CIVITAS, STATVTA, conſuetudines & priuilegia.

1. Recanati eſt terra de ſtatu Eccleſiæ Romanæ, vt per Zabarel. *conſ. 133. n. 5.* Abb. *conſ. 18. Primo quod, in fi. lib. 2.* vbi, quod ſufficit præſcriptio 30. vel 40. annorum in præiudicium ciuilitatis, licet ſit Romanæ Eccleſiæ, & loquitur de ciuitate Auximi, & Recanati.

2. Caſtrum Montis S. Mariæ eſt de diſtrictu Recanati, quia venit ad obedientiam ciuitatis cum conuentionibus factis, quod dictum caſtrum habeat merum & mixtum imperium, & poſſit condere ſtatuta, dummodo non ſint contra honorem & ſtatutum Recanati: Abb. *conſ. 104. Videtur primo, lib. 2.* vbi, quod dictum caſtrum poteſt creare notarios, qui poſſunt in eo exercere officium notariatus, non obſtante ſtatuto Recanati, quod nullus

Digitized by Google

lus notarius poſſit in ciuitate vel diſtrictu Recanati exercere officium notariatus, niſi ſint matriculati, quia qui poteſt ſtatuta condere, poteſt contra legem ſuperioris ſtatuere, dummodo non contra bonos mores naturæ, & dummodo non contra ſpecialiter reſeruata in priuilegium ſupremi Principis, & non dicitur contra honorem vel ſtatum; licet contra legem ſtatuat, quando non eſt in caſibus reſeruatis.

3. Litem habuit cum ciuitate Auximi ſuper ſolutione vectigalium, quam prætendebat ab Auximanis pro rebus, quas conducebant Auximani ſuper territorio Recanati, & fuit laudum contra Recanatenſes, & emologatum, & licet aliqui Auximani particulares ſoluerint, non potuerunt præiudicare ciuitati, niſi poſt ſcientiam & patientiam, & niſi per lapſum 30. annorum: ita Abb. *conſ.* 18. *Primo quod Communitas*, per totum, *lib.* 2.

4. Non poteſt imponere vectigalia, niſi ex priuilegio Papæ: Ab. *d. conſ.* 18. *in fi. verſ. item in facto noſtro, lib.* 2.

5. Statutum Recanati, quod vendens rem eandem, vel donans duobus, non facta mentione in ſecunda datione de prima, tanquam falſarius punitur, & præfertur is, cui vere, & non ficte, ſcilicet per conſtitutum, vel precarium, primo res tradita fuit; Bald. *conſ.* 200. *Quicunque in ſolidum, lib.* 4. vbi dat intelligentiam ad ſtatutum, vt non excludat fictam traditionem, alias quam per conſtitutum & precarium, veluti per reſeruationem vſusfructus.

6. Habet ſtatutum, quod filiis non ſuccedat mater, ſed agnatus excludat matrem, præterquam à quarta & legitima; quod ſtatutum non habet locum quoad bona alibi extra territorium Recanati ſita, quia quoad ſucceſſionem ſeruari debet ſtatutum loci bonorum, vel ſi non extant ſtatuta de hoc, ſeruari debet ius commune: Caſtr. *conſ.* 32. *in prin. lib.* 2.

7. Et huiuſmodi ſtatutum cum loquatur in perſonam, non habet locum, ſi is, de cuius ſucceſſione agitur, vel is, qui debet ſuccedere, eſt forenſis, non ſubditus Recanati, & multo magis ſi ambo: Caſtr. *conſ.* 32. *in princip. lib.* 2.

8. Contrarium in hoc vltimo dicit Curt. Iun. *conſ.* 9. per tot. vbi, quod non eſt curandum de Caſtrenſi in hoc conſilio, quia contra eum eſt communis opinio.

MEM.

Digitized by Google

MEMBRVM CVI.

VRBS-VETVS, ET EIVS STATVTA, conſuetudines, & priuilegia.

1. Diuiſa fuit Vrbs-Vetus in partes factioſas, & pro vna parte erant Muſſari & Bretones; pro alia parte erant Mercurini pro Eccleſia: & Bretones expulerunt Vicarium Papæ, tamen factæ ſunt treguæ inter iſtos Nobiles, ſuper quorum facto & deprædationibus conſuluit Bald. *conſ. 140. Factum ſe habet, lib.* 4.

2. Comites de Marſiano habent eorum fœuda libera empta à ciuitate Vrbis veteris, & ſunt exempti ex cauſa contractus, quia ſe fecerunt ciues Vrbis-veteris: Angel. *conſilio centeſimo trigeſimo octauo. Viſis omnibus, per totum.*

3. Item ſtatutum circa ſucceſſionem decedenti ab inteſtato, quod ſuccedant agnati in paternis, cognati in maternis, habet locum etiam ſi infans & inteſtabilis decedat: Ang. *conſ. 99 per tot. & conſ. 221. Factum tale, nu.* 4. & de eodem ſtatuto Vrbis veteris conſuluit etiam Bart. *conſ.* 141. quod habet locum, etiamſi impubes decedat, *lib.* 1.

4. Item idem ſtatutum præferens maſculos fœminis operatur, quod quomodocunque filia ſit dotata, non poteſt dici præterita, & valet teſtamentum in quo maſculi ſunt inſtituti: Ang. *d. conſ. 99. in prin.*

5. Statutum, quod decedenti ab inteſtato ſuccedant agnati excluſa matre, quod etiam procedit in impubere decedente ſecundum Bart. qui ſuper eo conſuluit *conſ.* 141. *Statuto Vrbis-veteris, lib.* 1. vbi, quod non obſtat, quod viuente matre non poſſit habere bona materna, ergo ſtatutum non loquitur hoc caſu, quaſi vtrumq; præſupponat, *quia* (vt inquit) *quando duo ſubſtantiua vel adiectiua neutraliter poſita ſunt copulata vnumquodq; ſtat per ſe principaliter, ſecus quando acceſſorie iunguntur.*

6. Contrarium, quod ſtatutum Vrbis-veteris non excludat matrem, licet habeat locum in impubere decedente, tenet Angel. *conſ.* 99. *Petrus de Vrbe-veteri*, qui dicit moueri, quia diſponit, quod decedenti ab inteſtato ſuccedant agnati in paternis, & cognati in maternis, ergo non loquitur de de matre, niſi vſus ita induxerit, & idem Ang. *conſ.* 211. *Factum tale eſt, n. 4. verſ. quod quintum, vſq; in fin.*

7. Item

7. Item quod teſtamentum inter filios, & nepotes ratum & firmum eſſe debeat, nec poſſit retractari: Bald. *conſ.* 391. *Punctus quæſtionis, lib.* 4. vbi quod intelligitur, ſi teſtamentum eſſet nullum propter ſolemnitatem, ſecus ſi propter præteritionem, quia non tollit legitimam filiorum, imo præteriti poſſunt dicere de nullitate.

MEMBRVM CVII.

LONZANI TERRA, STATVta, conſuetudines & Priuilegia.

1. TErra Lonzani habuit à Legato Sedis Apoſtolicæ, quod non poſſit ſubiici alicui ciuitati, ſed quod omnes terræ de territorio Lonzani deberent contribuere dicto caſtro: Alexand. plene *conſ.* 125. *Viſo titulo, num.* 5. *& ſeq. verſ. denique cum per prius, lib.* 2. vbi, quod non cenſetur derogatum huic Priuilegio per derogationem generalem ab eodem Legato, & per totum conſilium.

2. Habet ex conſuetudine immemorabili datium ſuper venditione vini in quocunque loco ſui territorii: Alexand. *conſ.* 125. *Viſo titulo, libr.* 2. *in princ. & per tot.* vbi, quod probari hæc conſuetudo exigendi datium vini à tanto tempore citra, quod non eſt memoria in contrarium, ſciente & patiente Officiali loci, qui repræſentat ibi Curiam, vbi, quod hæc conſuetudo fuit per Legatum confirmata, quod potuit, quia poteſt Legatus condere ſtatuta, & quod etiam per Paulum II. fuit approbata.

3. Villa Gambarolæ donata à quodam Barone vni priuato non derogat Priuilegio, & datio Communis Luciniani, quod habet in dicta villa, & toto territorio: Alex. *d. conſ.* 125. *in princ.* & per tot. maxime *nu.* 2. *& ſeq. verſ. videndum eſt, libr.* 2.

4. Villa Boſchi pariter erat de territorio Lonzani, ſed per Legatum fuit ſeparata, & facta exempta ab omnibus contributionibus, & oneribus realibus & perſonalibus dicti caſtri. Alexand. *conſil.* 125. *numer.* 7. *verſ. non obſtat ſi diceretur, cum ſeq. libr.* 2. vbi, quod in iſta exemptione non comprehenditur villa Gambarolæ.

Digitized by Google

MEMBRVM CVIII.

MATVLIANI TERRA, EIVSQVE STAtuta, conſuetudines, & Priuilegia.

1. TErra Matuliani eſt libera, & non ſubiecta Florentiæ, neque de illius diſtrictu, ſed recommendata: Corn. *conſil.* 187. *In conſultatione*, per totum, vbi ſunt capitula inita cum Communitate Florentiæ, *libr.* 4.

2. Appellari debet ad Priores terræ Matuliani, non autem ad Commune Florentiæ: Corn. *d. conſ.* 187. *in princ.* & per totum, *lib.* 4.

3. Statutum Matuliani prohibet appellari à ſententia lata ad Conſilium Sapientis; & tale ſtatutum ligat clericum litigantem contra laicum in foro ſeculari: Corn. *d. conſ.* 187. *num.* 13. *& ſeq. lib.* 4. *vſque in fin.* vbi de communi, & magis communi.

MEMBRVM CIX.

SCARLINI TERRA, ET EIVS STATVta, & Priuilegia.

TErra Scarlini eſt libera, & ſe commendauit Domino Plumbini, promiſit ſoluere, & accipere ſal ab eo, & ſeruare ſtatuta ſuper ſale, non tamen ſe ſubiecit; ita quod poſſit Dominus Plumbini capifacere fraudantes ſal in terra Scarlini, & illos adducere captiuos ad terram Plumbini, ſed debet iuſtitia fieri per iudices terræ Scarlini: Abb. *conſil.* 51. *Ad dilucidationem*, *per totum*, *lib.* 2.

Vide, *Recommendati non dicuntur eſſe ſub iuriſdictione, ſed ſub protectione*, tom. 6. R. concl. 56.

MEM-

MEMBRVM CX.

CASTILLIONI TERRA, EIVSQVE STATVta, conſuetudines & Priuilegia.

CAſtilionenſes erant liberi, & recommendati Populo Florentiæ, ideo non erant ſubditi, nec poterant collectari, plene Caſtrenſ. *conſil.* 314. *Poſtremo, per totum*, vbi ait, quod præſcripſerant merum & mixtum imperium, & recitat multa capitula confœderationis, dicit tamen, quod quoad aliqua erant ſuppoſiti, quia recognoſcebant Populum Florentinum in dominum, hoc eſt, in maiorem, cui erant recommendati.

Digitized by Google

PARS IV.

DE IVRE REGVM CÆTERORVM IN EVROPA, EORVNDEM PRIuilegiis, & conſuetudinibus Regnorum: nec non de iure Statuum prouincialium.

MEMBRVM I.

ANGLIÆ CONSVETVDO, STATVTA, & Conſuetudines.

1. VXor moriente marito, debet habere certam portionem in bonis mariti de conſuetudine, vel ſecundum ſtatuta Angliæ, quæ localis eſt ſecundum Lap. *alleg. 92. num. 2. ver. ſecunda, & num. 7. & 8. verſ. ſuper quarto.*

2. Filia fœmina non poteſt exhæredari à patre; niſi in certa portione, ſecundum ſtatuta & conſuetudinem Angliæ, quæ localis eſt; Lap. *d. alleg. 92. nu. 2. & nu. 7. & 8. ver. ſuper quarto.*

3. Primogenitus de conſuetudine, & ex ſtatutis Angliæ ſuccedit in omnibus bonis. de conſuetudine loquitur Bart. *in l. 1. C. de ſumm. Trinit. numer. 41. in fin. verſ. ſed poſſet dubitari*: de ſtatuto Calderin. *conſil. 17. de conſtitut. Statuto ciuitatis*, Signorol. *conſil. 166. numer. 4. verſ tertio caſu.*

4. Teſtamenta non valent in Anglia, Francia, & aliis Regnis, niſi ſint inſinuata coram Epiſcopo loci: & hoc de conſuetudine, quæ eſt valida, vt per Gemin. *conſil. 139. circa princ verſ. quod autem circa merita.*

5. Conſuetudo, quod Rex Angliæ poſſit cognoſcere ciuiliter & criminaliter in clericos ſolutos, eſt nulla, non obſtante quacunque conſuetudine, præſcriptione vel vſu, etiam data ſcientia Papæ, quia eſt contra præceptum diuinum negatiuum, & contra libertatem Eccleſiaſticam: Rota, vt in *deciſ. Biſignet. 2, de conſuetud.* quæ duplicatur in *antiq. eod. tit. deciſ. 10.* alias 844. Angliæ regnum in duabus ſororibus deuenit, & nouiſſime

niſſime in Regimam hæreticam, & peſſimam, cui tandem optimus Rex, vt ſperamus, ſucceſſit.

MEMBRVM II.

SCOTENSIVM STATVTA, CONSVEtudines, & Priuilegia.

1. SCoti habent conſuetudinem, quod teſtamenta non valeant, niſi ſint inſinuata coram Epiſcopo, vt de ciuitate & Epiſcopo Bretonenſi atteſtatur Gemin. *conſil.* 139. *per totum*, maxime circa princ. *verſ. quod autem circa merita,* vbi tuetur hanc conſuetudinem validam eſſe.

2. Legare ſeu relinquere tenentur tertiam partem bonorum ſuorum eccleſiis & piis locis de conſuetudine, quam pariter validam oſtendit Gemin. *d. conſil.* 139. *ver. ſed dicit pars adue ſa, numer.* 1. *in fin.* vſque per totum conſilium, vbi, quod eandem conſuetudinem habent Veneti circa decimam mobilium relinquendam, vt ſupra, & Britones circa tertiam mobilium, & quod ſunt compellendi obſeruare talem conſuetudinem.

3. Vxori etiam tertiam legare tenentur, vt per Gemin. *d. conſil.* 139. *nu.* 6. & 7. *verſ. ſed dicebat pars aduer a,* vbi conſilium eſt incorrectum, ſed ibi appoſui correctionem, quia ita dicere debet.

4. Scotatio eſt quædam conſuetudo ſic appellata, obtenta in contradictorio, per quam ſine poſſeſſione ex ſo'a oblatione ſuper altari, vel in manibus Prælati dabatur parum terreni, & dicebatur; *Do pro anima mea,* Eccleſia acquirebat, & acquirit dominium & poſſeſſionem, tex. *in cap.* 2. *de conſuetud.* vbi omnes, Oldrad. *conſ.* 230. *n.* 1. 2. Deci. in *ca. prude tia, num.* 4. *de offic. deleg.*

BRITONVM CONSVETVDINES, ſtatuta, & Priuilegia.

RElinquere tenentur Britones de conſuetudine tertiam partem bonorum ſuorum mobilium Eccleſiis & locis piis: Geman. *conſil* 139. *nu.* 5. *verſic. & quod de conſuetudine, & numer.* 6. vbi attentatur hanc conſuetudi-

Digitized by Google

tudinem eſſe Venetiis de decima parte, & quod hoc tenent Doctores *in cap. ad Apoſtolicam, de Simon.* & dicit Gemin. quod ſunt compellendi ad obſeruantiam prædictæ conſuetudinis.

MEMBRVM III.

REX HISPANIÆ NON RECOGNOſcit Imperium, & ſtatuta, Conſuetudines, & Priuilegia Regni.

1.] Rex Hiſpaniæ non ſubeſt Imperio, quia illud Regnum de manibus infidelium fuit ereptum: Oldrad. *conſil.* 69. *numer.* 9. *verſ. certe melius, vſque in fin.* vbi alios allegat, maxime Hiſpanos, 63. *diſt. cap. Adrianus*, licet in principio dicat Hiſpaniam fuiſſe Imperii & Romanorum.

2. Amplia in tantum, vt imo Hiſpani legem condiderint, qua ordinarunt, quod quicunque legem Imperatoris in iudicio allegaret, plecteretur capite. ita atteſtatur Oldrad. *conſil.* 69. *num.* 6. *col.* 2. *verſ. ſed cum ſimpliciter.*

3. Infantes vocantur filii Regis Hiſpaniæ vulgariter: Oldrad. *conſil.* 95. *Ex forma, in princ. ver. nam ſecundum vulgare.*

HISPANI DEVOTI.

1. Hiſpani ſunt multum deuoti, & libentius viſitant limina Apoſtolorum Petri & Pauli: quam Eccleſiam S. Iacobi: Oldrad. *conſ.* 62. *col. fin. verſic. ſed natione Hiſpanorum.*

Vide, *Rex Hiſpaniæ non recognoſcit ſuperiorem*, Concluſ. 345.

2. Conſuetudo eſt in Hiſpania, quod ſi meretrix petit matrimonio copulari cum damnato ad mortem, ſolet concedi gratia: Clar. §. *fin. quæſt.* 98. *nu.* 6. *ver. quæro etiam.*

3. Conſuetudine etiam ſeruatur, prout in multis locis, quod denegatur ſacra communio reis damnatis. Et certe cum Eccleſia hoc permittat,

Digitized by Google

tat, religio tanti Regis Catholici deberet ſaltem petentibus gratificari, vt poſſent ſanctiſſimum Sacramentum ſumere ad ſalutem animarum eorundem. De hac rigoroſa conſuetudine in Hiſpania & Francia atteſtatur Clar. *in §. fin. quaſt. 98. numer. 3. verſic. ſed quaro*, vbi etiam atteſtatur de eadem conſuetudine Mediolani, ſed ſuo tempore potuit eſſe verum, nunc autem totum contrarium ſeruatur, & bene, quia, vt ipſe Clar. dicit, laudabilis eſt conſuetudo, quod hoc concedatur, & omnes Doctores in hanc pietatem conueniunt.

HISPANI CONTRARII IMPERIO.

1. HIſpani non recipiunt Leges Imperiales: Oldrad. *conſil. 69. numer. 6.*

2. Amplia, in tantum vt in Hiſpania adſit lex, quod quicunque allegauerit legem Imperatoris in iudicio, capite puniatur: Oldrad. *d. conſil. 69. numer. 6. verſic. ſed cum ſimpliciter.* Sed hoc eſt falſum hodie, quia imo celeberrimi Iuriſconſulti & Interpretes Legum Imperialium ſunt effecti Hiſpani. Bene verum eſt, quod habent proprias Leges Regni, de quibus Couarru. meminit, & interpretatur multas ex eis, ſed tamen etiam ſeruantur Leges & Ius commune in defectum Legum propriarum.

MEM-

MEMBRVM IV.

REX ARAGONVM NON RECOGNOſcit ſuperiorem, Statuta, conſuetudines, & Priuilegia Regni.

1. REx Aragonum, prout Rex Franciæ, non recognoſcit Imperatorem: Ægid. Bellam. *conſil.* 41. *numer.* 9. & eſt tex. in *c. Abbate ſane, de re iudic. in* 6. quem ad hoc citat Roman. *conſil.* 198. *Circa præmiſſa, in princ.* vbi per illum tex. dicitur, quod Rex Aragonum in Regno ſuo à tanto tempore tunc citra, quod non erat memoria hominum, ſuperiorem non recognoſcit, & in Regno ſuo vices Imperatoris obtinet, etiam in iis, quæ Imperatori in ſignum ſingularis prærogatiuę competunt.

2. Contrarium dicit Angel. Aretin. *conſil.* 119. *In themate ſupradicto, nu.* 6. *& ſeq. verſic. capio ſecundum.* vbi quod recognoſcit Papam, prout omnes Reges, ideo non poteſt reſeruata Papæ, & Imperatori, prout legitimare ſpurios, quia eſt de reſeruatis Papæ, & Imperatori, & non poteſt vti plenitudine poteſtatis.

3. Declarat tamen idem Angel. Aretin. *d. conſil.* 119. *Circa fin.* prædicta procedere, niſi habeat in facultatibus, vel niſi præſcripſerit legitime, *nu.* 13. *& ſeq. ver. ſed quod dixi.*

4. Sodomiæ crimen ex conſtitutione Regni punitur pœna mortis, vt Sodomita comburatur, & bona illius fiſco applicentur, ſuper qua Ant. de Butr. *conſil.* 58. *per tot.* dicit, quod ſi moriatur Sodomita ante ſententiam condemnatoriam, ceſſat confiſcatio bonorum, quia morte extinguitur delictum, & dicit procedere, ſiue pœna confiſcationis imponatur principaliter, ſiue in conſequentiam, quando iure ſpeciali, & ſtatutario imponitur, alleg. *l. indicii nu r, ff. de accuſat.*

5. Extendit, etiamſi extra Regnum committatur hoc delictum, & ponit caſum in eo, qui in ciuitate Lucana commiſit hoc delictum, & ſe ipſum ante ſententiam interfecit, ſtante ſtatuto Lucano, quod bona illius confiſcata ſint, dicit, quod ex quo ſpoliatur iure bonorum in ciuitate Lucana, poterunt bona in Regno Aragonum confiſcari: vide eum.

REX

Digitized by Google

REX ARAGONVM, ET ILLIVS REgnum à quibus proueniat.

1. IN Regno Aragonum tempore Petri Ancharani fuerant octo generationes deſcendentium, & vltima erat in Rege Ioanne II. qui habuit filiam vnicam, quæ fuit nupta Regi Ludouico Siciliæ, & eam fecit renunciare Regno, & inſtituit fratrem, qui ſucceſſit in Regno, nomine Martinum, quo mortuo ſine filiis legitimis, dubitabatur de ſucceſſione inter ſuperſtites, vt infra: Anchar. *conſil.* 339. *numer.* 5. *verſic. his itaque.*

2. Septima generatio fuit Regis Petri, qui habuit tres: filios duos maſculos, videlicet Ioannem & Martinum, qui ambo fuerunt Reges, & Eleonoram, quæ fuit nupta Regi Caſtellæ: Anchar. *d. conſil.* 339. *numer.* 5.

3. Ex Ioanne Rege penultimo maſculo deſcendente nata eſt vnica filia Iolans, quæ nuptui tradita fuit Regi Ludouico Hieruſalem & Siciliæ ex familia Reg s Francorum: Anchar. *conſ.* 339. *nu.* 5. *& nu.* 27. vbi in fin. quod iſta filia bis renunciauit Regno cum iuramento, videlicet antequam eſſet traducta, & poſt.

4. Ex Rege Martino, fratre Regis Ioannis, natus eſt alius Martinus, qui mortuus eſt ante patrem relicto filio naturali Federico.

5. Ex Eleonora, ſorore duorum Regum Ioannis & Martini, nupta Regi Caſtellæ natus eſt Ferdinandus Infans Rex Caſtellæ.

6. Superſunt etiam alii de linea Regali magis antiqua. Nam Rex Iacobus, qui fuit Quartus Rex Aragonum, habuit duos filios, videlicet Alphonſum, qui ſucceſſit in Regno, & ex eo venerunt Reges, & ex aliis filiis Alphonſi ſuperuiuebat Iacobus Comes Vrguelli.

7. Item habuit idem Rex Iacobus IV. alium filium, qui non ſucceſſit in Regno, nomine Petrum, ex quo deſcendit Alphonſus Dux Gandiæ.

8. Origo Regni Aragonum eſt à fœmina: quia quædam Maioralis Gleborienſis Regina Hiſpaniarum & Aragonum ſucceſſit in vtroque Regno, & poſt eam ſucceſſit in Regno Aragonum Reminus priuignus dictæ Reginæ; ex quo primo Rege Aragonum venerunt alii Reges.

9. Rurſus cùm deficeret linea, quidam alius Reminus, ſeu Remigius Monachus ſacerdos ex diſpenſatione Apoſtolica accepit vxorē, ex qua ſuc-

Digitized by Google

ſcepit Petronillam, quæ ſucceſſit in Regno, & nupſit Raymundo Bregernenſi Comiti, & Marchioni, ex quo matrimonio progreſſæ ſunt octo generationes per lineam deſcendentem vſque ad Reges Ioannem & Martinum fratres.

10. Succeſſio igitur in Regno Aragonum fœmineo ſpectat ad filiam legitimam, & naturalem Regis Ioannis, qui fuit penultimus, excluſis agnatis, licet ex prole Regia ſint: item excluſa amita, & filiis amitæ maſculis: item excluſo nepote naturali legitimato ex vltimo Rege Martino, non obſtante, quod iſta filia renunciauerit patri, quando fuit nupta, quia ſibi non præiudicat, & petita abſolutione, ſibi Regnum debetur: Anchar. *conſ. 339. per tot.* vbi eſt caſus.

11. Extende, in tantum deberi Regnum filiæ fœminæ, quando eſt fœmineum, vt eſt Regnum Aragonum, vt pater inſtituens tranſuerſalem etiam fratrem, non poſſit priuare filiam Regno: Anchar. *d. conſil. 339, num. 18. & numer. 24.*

TARRACONENSIS ECCLESIÆ, ET prouinciæ ſtatuta, conſuetudines, & Priuilegia.

1. EPiſcopi Eccleſiæ Tarraconenſis & in prouincia de conſuetudine concedunt ad vitam, quibus ſibi placet de redditibus ſuæ menſæ de tacito conſenſu Capituli, & ſufficit de conſuetudine ſola ſcientia Capituli: Oldrad. *conſ. 226. num. 5. verſ. quintus caſus*, vbi *num. 10. verſ. tertia*, dicit, talem conſuetudinem non eſſe approbatam à iure, & in magnis donationibus non valere, quia eſt oneroſa Eccleſiis.

2. Præpoſitus Eccleſiæ Tarraconenſis, licet non habeat Curam regulariter, tamen de conſuetudine, vacante ſede, adminiſtrat, & habet Curam: Oldrad. *conſil. 227. & conſil. 102.*

MEM-

Digitized by Google

MEMBRVM V.

REX PORTVGALLIÆ, ET ALIqua de eo.

1. REx Portugalliæ Ferandus obiit relicta vnica filia, quam nupſit Regi Caſtellæ, & poſt eius obitum Rex Caſtellæ per vim occupauit Regnum Portugalliæ, ſed Ioannes frater naturalis Regis Ferandi eiecit Regem Caſtellæ, & auxilio populi ipſe fuit Rex creatus: Bald. *conſ.* 271. *in princ. Caſus conſilii talis eſt, lib.* 1.

2. Nauem onuſtam Oberti & Luciani de Spinollis patronizatam per Stephanum de Auria capi fecit Rex Ferandus ſine cauſa: Bald. conſ. 271. lib. 1. vbi, quod ſucceſſor in Regno etiam per occupationem tenetur ad refectionem de ſuo fiſco, ſi bona per fiſcum fuerunt vendita; ſin minus, tenetur ex bonis particularibus Regis defuncti ſatisfacere.

3. Rex Portugalliæ cum eſſet mali gubernii, prodigus, grauaret Eccleſias indebite, Papa Innocentius Quartus illi dedit fratrem Regis Coadiutorem quaſi male gerenti, vt *c. grandi, de ſuppl. neglig. Prælat. in 6.* vbi Gloſſ. quod etiam ex delicto Eccleſia priuat Reges non recognoſcentes ſuperiorem.

MEMBRVM VI.

REX POLONIÆ, ET ALIQVA facta ab eo.

1. CAſimirus fuit Rex Poloniæ, & Neophita, qui donauit Fratribus Cruciferis duas ciuitates, ſuper quo facto Caſtrenſ. *conſil,* 70. *libr.* 1. conſuluit pro nullitate donationis, quia ſine conſenſu Principum, & populorum ſuorum non potuit in præiudicium Regni donare.

MEMBRVM VII.

DALMATIÆ PROVINCIA, ET EIVS ſtatuta, & Conſuetudines.

1. DAlmatiæ ſtatutum diſponit circa ſucceſſionem, vt proximiores de parentela ſuccedant, & intelligantur proximiores illi, vnde bona defuncti exiuerunt: Angel. *conſ.* 268. *Statutum Dalmatia*, vbi quod tale ſtatutum extenditur vſque ad Tritauum, quia parentela hoc ſignificat, à Tritauo ſupra vocantur maiores, & ſtatutum non habet locum.

2. Prouincia Dalmatiæ eſt de Regno, Vngariæ, & cum fuiſſent captæ à Venetis multæ ciuitates, quas nominat Anchar. *conſ.* 204 *Punctum vnius inſtrumenti*, tandem de anno 1381. inita pace Veneti reſtituerunt Regi Vngariæ Iadram, Stardonam, Sibinicum, Tragurium, Spalatum, Raguſium, & multas alias ciuitates, & loca.

SPALATI CIVITAS, EIVS STATVta, conſuetudines. & Priuilegia.

1. SPalati eſt ſtatutum, quod appellans ad Collegium infra certum tempus debeat ſufficientia pignora depoſuiſſe, alias non valeat appellatio, quod ſtatutum eſt formale: Card. Zabarell. *conſ.* 27. *Ortalite, nu.* 2. & per totum.

Tuſch. Pract. concl. Iuris, tom. 5. L. concl. 342. numer. 29 & tom. 7. concl. 589. num. 1.

2. Si quis acquirat eccleſiæ ex donato, vel alio titulo, certum eſt, quod priuilegium eſt ſingulare illius Eccleſiæ; ſed poſtquam acquiſiuit, debet Eccleſia tueri priuilegio vniuerſali competente cuicunq; aduerſus omnes in re quæſita facta ſua. Vnde ſi fiat ſtatutum contrarium, eſt contra libertatem Eccleſiæ, quia violatur priuilegium immediatum vniuerſale, quod ſubintrauit, & cauſa immediata, & proxima attenditur. Et ita reperio iudicatum fuiſſe per Regem Vngariæ, qui caſſauit ſtatutum ciuitatis Spaleti contra Archiepiſcopum pro molendino dato Archiepiſcopo titulo ſingu-

Digitized by Google

ſingulari: Anchar. *conſ.* 155. per totum, maxime *nu.* 10. *in fin. per l. ſtatuimus*, §. *ſi*. C. *de Epiſcop. & cler.* quia tenetur ſecularis tueri eccleſias, & bona eccleſiaſtica, plene Caccialup. *in l. omnes populi, nu.* 98. *& ſeq. ff. de iuſt. & iur.*

Eod. tom. 5. num. 55. tom. 7. num. 5.

3. Quando ſtatutum exprimit, quod ex teſtamento, vel venditione res immobiles in cauſam piam, & perſonas non ſuppoſitas Communi non alienentur, vt erat in ciuitate Spalatri, eſt contra libertatem eccleſiaſticam: Petr. de Anchar. *conſ.* 14. *Super quinque*, quod eſt Collegii Doctorum Bononiæ.

CATARI CIVITAS, EIVS STATVta, conſuetudines, & Priuilegia.

1. CAtari ciuitas erat de Regno Vngariæ, alias occupata fuerat per Venetos, & tandem in pace facta cum Rege Vngariæ, illam reſtituerunt cum obligatione de non exercendo aliquam iuriſdictionem in ea, neque in aliis Ciuitatibus Dalmatiæ pariter reſtitutis, vt dicit Ancharan. *conſil.* 204. *Punctum vnius inſtrumenti, in princ.*

2. Deinde effecta eſt de iuriſdictione Regis Boſſinæ, vt dicit idem Ancharan. *d. conſil.* 204. *numer.* 6. *& ſeq.* vbi, quod Ciuitas petebat Officialem Nobilem Venetum de conſenſu Regis Boſſinæ, & quod non frangitur pax.

MEMBRVM VIII.

REX CYPRI RECOGNOSCIT IMPErium, & aliqua facta de eo.

1. REx Cypri fuit captus à Ianuenſibus, pro liberatione ſuæ perſonæ dedit Communi Ianuæ ciuitatem Famauguſtanam liberam: Bald. *conſ.* 182. *Caſus talis eſt, in princ. libr.* 5. vbi an libertas conceſſa præiudicet habentibus obligatos redditus dictæ ciuitatis, & dicit, quod non.

2. Vide tamen Zabarel. qui dicit *conſil.* 137. quod promiſſio facta

per Regem Cypri detentum in carcere cum filio à Ianuenſibus eius inimicis, etiam ratificata poſtquam fuit Rex, & liberatus medio iuramento, dum filius eſſet adhuc in manibus Ianuenſium, non valet, & quod non obligatur: Zabarell. *conſil.* 137. per totum, vbi, quod eſt conſilium Collegii Paduani.

3. Regnum Cypri fuit captum à Ianuenſibus, vbi tenebant Admiratum, & fuit de anno 1352. quo tempore ſubiugarunt totam inſulam ad vindictam necis quorundam Ianuenſium: Bald. *conſil.* 378. *Saluo ſemper ſaniori, libr.* 5.

4. Superiorem habet Imperatorem Rex Cypri: Bald. *d. conſ.* 182. *nu.* 2. *verſ. quanto probatur, lib.* 5.

MEMBRVM IX.

HIERVSALEM EST SVB MONARchia Imperii Chriſtiani.

Hieruſalem, & partes Terræ Sanctæ, fuerunt ſub Monarchia Imperii, ideo poſſunt licite occupari, & eripi de manibus infidelium; Geminianus *conſil.* 96. *nu.* 8. *& nu.* 9. *verſ. ſed dicitur.*

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Google